Hic est Helise⁹ ꝓpheta q̄ pallio helie iordanē diuisit. cū sale aquam dulcorauit. xlij. pueris sibi illudētibus maledixit q̄s vrsi deuorauerūt. trib⁹ regib⁹ aquā dedit sufficiētē exercitui toti. Oleū vidue mltiplicauit. filiū sunamitis resuscitauit. colloqntidas emēdauit. Panes ordeaceos pplo augmentauit. Naamā mūdauit. Giezi cū ꝓgenie sua leprosuz fecit. exercitū syrie cecauit. samariā a fame ꝛ obsidiōe liberari ꝓphetauit. Asabel regem syrie ꝛ hieu regem super israel constituit: regi ioas tres victorias de Syris ꝓmisit. mortuūq₃ suscitauit.

Numitor iste restitut⁹ in regnū, statī p⁹ occisus fuit a romulo.

Linea regum italie

Aremulus siluius

Auētinus siluius

Prochas siluius

Amulius

Numitor



Linea pontificū

Amarias



Achitob



Sadoch



Sellum



Hic regnū Israel fuit sine rege annis.33. vt habetur ex collatione regum iuda.

Amos



Amos fuit tercius de duodecim .pphetis. ↄtra gentes multas .pphetat ꝛ specialiter ↄ.x.trib⁹

Abdias fuit quartus de.xij. .pphetis prophetat cōtra Edom. is antiquissim⁹ moriens in sepulchro belize sepultus.

Abdias



Eo tpe spartani seu lacedemonij per annos.l. bellando vagātes scripsert vxorib⁹ suis vt alios maritos ducerent ne gen⁹ periret.

Jonas



Jonas .ppheta ↄ.xij. .pphetis mittit ad niniuitas q̄ audierunt euꝫ.

Micheas



Micheas iste est sextus de.xij prophetis.

Iste Naū est septimus de. xij. prophetis.

Naum



Hic texit hystoria thobie exemplaris tota.

Thobias



Moritur autē thobias annoꝝ. 120 vir sanctus plenus opibus bonis et prophie spiritu clarus. .pphetauit nāq̧ de destructione hierusalem ꝛ templi q̄si iam factum esset cum tamen adhuc futurum esset propter certitudinem .pphetie. Statim post eius mortem vxor ei⁹ mortua est. Et egresso tobia minore cuꝫ filijs suis Niniue destructa fuit.

Iste Zacharias rex israel cepit regnare anno. xxxviij. Ozie regis iude fecitq̧ malū sicut pdecessores sui. et hic ē quart⁹ p⁹ hieu et pcussit eum Sellū ꝛ regnauit .p eo. q̄ statim pcussus a manahen: regno et vita caruit. vtꝫ 4. regū.15.

Iste manahē cepit regnare āno. 39. osie regis iude fecitq̧ malū coraꝫ dño. Et eū tradidit de⁹ in man⁹ regis assyrioꝝ qui indixit ei talēta argenti mille.

Phaceya etiaꝫ fecit malū corā dño eumq̧ pcussit phacee et regnuit pro eo.

Istū phacee Interfecit ozee ꝛ regnauit pro eo: fecitq̧ pactū cum raasin rege Syrie et vastauit Judam: Ideo theglathphalasar rex assyriorum oppressit eū et trāstulit quasi tres tribus in Assyrios.

Ozee fuit vltim⁹ rex israel. ꝛ captus est a salamanasar rege Assyriorum et israel trāslatus est in assyrios.

Sine rege. reges Israel

Zacharias



Sellum



Manahen



Phaceya



Phacee




Ozee



Israel transfertur in assyrios.

Anno.xi. Osie qui est annus mūdi.3151. Etatis vero q̄rte.cc lxi. cepit regnū Macedonū in q̄ prim⁹ regnauit caran⁹ vel carnaus ānis.28. ꝛ cucurrit istud regnū vsq̧ ad alexādrū magnū inclusiue p.24. reges. q̄ quideꝫ cepit āno mūdi.3530. et regnuit p ānos.12. ꝛ 6. mēses q̄ mortuo apd̄ babilonē impiū ad m̄ltos trāsfert.



Medorum regni principium fecit Arbaces natione medus. Sardanapalli olim regis prefectus. an/
no sexto Ozie regis. Sardanapallus ei vltimus assyriorum rex cū regnasset annos. xx. de quo dio-
dorus Siculus in historijs grecorum multa disseruit. Justinus quoqꝫ scribit. Sardanapallus rex
vir oīm muliere corruptior repertus est ab Arbace prefecto suo inter scortorū greges purpuram colo tra-
hens sub mulieri habitu eius fila partiens. Unde indignatus arbaces in eum milites in cōiuratione exci-
tauit: et pugna cōmissa vincitur rex qui regiam suam ingressus pyrā quā ipsemet fecerat incendit. et seipm̄
cum innumerabilibus diuitijs concremauit. Jussitqꝫ vt Tullius libro quinto tusculanarꝫ questionū refert
hec verba busto suo inscribi. Hec babui que edi queqꝫ ex saturata libido hausit. Alia iacent multa et precla-
ra relicta. Ac sic illud maximum omnium regnorum finem sue tante diuturnitatis accipiens ad medos trāſ-
latum est post annos (vt diuus pater Augustinus libro. 18. de ciui. dei ca. 22. scribit) Mille trecentosquiqꝫ
vt etiam beli qui primus rex fuit tempora computentur. Apud medos aūt regnatum est annis. 128. Ipsam
eīn orientis monarchiam (vt Justinus scribit) spe nō re quidē ad medos suos transtulit. quod postea da-
rius perfecit. Uerumtñ post Sardanapallum etiam assyriorum fuere reges: sed non monarche vsqꝫ ad Ni/
niue ciuitatis subuersionem. Media autem regio in asia minori est assyrie et persie ac mari hyrcano conter/
mina. In qua quattuor regiones memorantur esse. Ubi medus ipse Medee filius in honorem matris me-
deam vrbem condidit. vbi et regnū ex suo nomine medorum constituit. Sub cuius potestate per hec tem-
pora orientis imperium fuit. Id autem postea sub astyage in magno culmine fuit. sicut patet Judith ca. i.
Uerum Cyrꝰ persarum rex imperium illud extinxit. et ad persas detulit. Post persas medi etiam macedo-
nibus paruerunt. deinde parthis. Media aūt vulgati nōis terra a septentrione hircano mari terminaṫ. ab
occasu maior armenie et assyrie partes. A meridie persidē. ab occidēte hyrcania ac parthia q̄ montibꝰ exclu-
ditur. Strabo quoqꝫ dicit mediā multū ⁊ olim potentē regionē in medio Tauro sitam esse eā in duas ptes
diuiserūt. Alterā maiorē vocauere. Alterā atropaciā. Maioris metropolis Ebatana fuit magna ciuitas et
imperij medie caput. qua ⁊ parthi postea vsi sunt. Nā reges ibi estatem agebāt cū sit frigida. hyemē vero se-
leucie que secus tygrim est ꝑpe babilonē. Atropacia ab atropate duce noīata est qui obstitit ne ea macedo/
nibus subigeretur Medie pars is postea rex declaratꝰ regionē hāc a media sequestrauit cuiꝰ successores re-
gnū cōtinuātes cū armeniorꝫ regibꝰ affinitatē cōtraxere deinde cū syris et postremo cū parthis.



Macedonum regni principium Carnaus quidam macedo fecit. Uir ingenio et manu promptissimꝰ
post innumera prelia cum finitimis regibus strennue gesta Macedoniā ortus sui prouinciam si-
bi subijciens. in eaqꝫ regni sedem primus constituit. Atqꝫ duodecimo regni Ozie regnare incipiēs
(teste Eusebio) regnauit annis. 28. Macedoniam autem huius carnai regnum europe prouinciam esse di-
cunt. et a macedone Osyridis filio primo cognominatam fuisse inuenimꝰ. quā (Solino teste) Tracius Li-
mes ab oriente precingit. A meridie epyrothe thessalie: Ab occidente dardania et illiricus. Et in septentri/
one paphlagonia. Fuit tamē in isto principio angustis termīs. sed postea regum suorum virtute et gentis
industria subactis finitimis ita ampliata. qꝫ eam plinius in quarto Centū quinquaginta populos aliquā-
do tenuisse scribat. De qua Solinus qui edonij olim populi queqꝫ migdonia erat terra. aut emathiū thes-
salicumqꝫ erat solum. nunc oīe vniformi vocabulo macedonica res est factum corpus vnum. Regnū ita/
qꝫ macedonicum illustre potensqꝫ fuit. Et qꝫ maxime Alexandri magni temporibꝰ. Sed onie pontificis in-
deorum temporibus destructum fuit. In quo quidem regno memorabile quoddā factū legimus cōtigisse
qꝫ cum illirici ⁊ thraces coadunati finitimos hos macedones atterere conati essent. cogerenṫ qꝫ macedones
ꝯmissa pugna fugere. tulerūt in cunis infantē defuncti regis filiū: quo iuxta aciē posito. acrius repetiere cer-
tamē. quasi ideo victi essent. qꝫ bellātibꝰ defuerit auspicia regis sui victoris futuri. Tandē illiricos magna
cede fuderūt. ostendētes hostibꝰ priore pugna regē. nō virtutē macedonibꝰ defuisse cuiꝰ quidē regis nomē
ignoraṫ. Macedonia aūt terrarꝫ imperio quōdaꝫ potita que inter duo maria ꝑtendiṫ Egeū ⁊ Adriaticum
Latus eiꝰ meridionale thessalie atqꝫ magnesie terga ꝑtegūt. Partē septentrionalē peonia ⁊ paphlagonia
excipit et ipe regiones in macedonū postea iura cōcesserūt. macedonie addite. Epyrus quoqꝫ macedoniā ⁊
Illirica terra. altera meridiē. altera septentrionē excipiens in adriatico littore.



Lydorum regni principium fecit Ardisius siue ardis quidam grecus vir genere et animi magnitudine insignis. Octauo et quadragesimo regni Ozie anno lydus primus regnare cepit. Et regnauit teste Eusebio annis. 26. Lydia vero minoris asie regio quam in parte nunc moream appellare dicimus. Et vt plinio placet libro quinto naturalis hystorie. prius Meonia dicebatur: sed postea a lydo Athis regis filio fratreqȝ Tyrreno lydia dicta fuit. Qui duo fratres propter regni breuitatem se simul ferre non possent: Tyrrenus forte discedens in ytaliam venit. Eamqȝ partem que ad mare inferum versa est: quā etiam Tyrrenam a se nomiauit. Lydus vero illuc remanens meoniam a se lydiam vocauit. In qua fuerūt vrbes Ephesus. Colophon. Clazomene et phocea. Id tñ regnum haud multum insigne fuit: quod postea a persis sub Cresio rege (qui chaldeis contra persas auxilium tulit) subuersum fuit. Hoc regnum ducentis et triginta annis sub nouem regibus steterat. Quorum nomia et tempora hic apponimus.

Ardisius	1	añ. 36	Candaules	4	añ. 17.	Sadyates	7	añ. 15.
Aliaces	2	añ. 14.	Gigius	5	añ. 36.	Aliactes	8	añ. 49.
Meles	3	añ. 12.	Ardis	6	añ. 37.	Cresus	9	añ. 15.

Olympias prima apud grecos quinquagesimo regni Ozie anno ex agone Gymnico instituta est a captiuitate troye vsqȝ ad olimpiadem primam anni. 406. Aeschyli atheniensium iudicis secūdo anno. prima olympias acta quod erat agon gymnicus in qua Chorebus helyensis extitit victor. Hely agunt quinquēnale certamen quattuor annis in medio expletis. In quibus principes annui constituuntur quattuor quā Olympiadē iphitus filius Praxonidis siue hemonis primus cōstituit. Quāqȝ alij scribant ꝙ hercules octauo Iair iudicis israel anno Olympia cum agonē apud grecos ad honorem iouis in Olympo mōte prim⁹ ꝯstituit qđ de ꝗnquēnio i ꝗnquēniū quattuor in medio āñis expletis fieri voluit. A quo vsqȝ in presens tempus suppotantur anni. 405. Greci aūt quiquēnale certamē celebrare assueti etiam quattuor annuos principes in ludo et certamine illo constituentes tempus illud quattuor annoꝝ olympiadem appellauerunt. Quadriēnio scȝ in vna olympiade supputato: hec nāqȝ festiuitates et ludi in quinquēnio semel fiebant. Ne si vlterius protraherentur obliuioni darentur. Aut si citra fierent expensarum nimietas grauaret. Olympias igitur quattuor plenos continebant annos. Et quidem sub centesima nonagesima tercia olympiade dominus noster iesus xp̄s nasci voluit ab hoc tempore greca de temporib⁹ hystoria vera creditur. Nam ante hoc vt cuiqȝ visum est diuersas sententias protulerunt.

Spartanorum origo

Spartanorum genus. et ipsum tempestate hac. Alcumene lacedeniorum rege mortuo. eorumqȝ regno consumpto. hoc modo principium habuisse Iustinus in tercio Epitomatum suorū refert. Lacedemonios cōtra Messenos decennale bellum sumpsere. Qui post aliquot annos querelis vxorum et post tā longam viduitatez reuocarentur. veriti ne hac ꝑseuerantia belli spem prolis amitterent. Decreto statuerunt vt virgines eorum cum iuuenibus domi relictis promiscue concuberent. maturiorem futuram conceptionem rati. si eam singule per plures viros experirentur. Ex his nati ob notam materni pudoris spartani euocati sunt. Qui cum ad annum trigesimum peruenissent metu inopie (nulli eīn pater existebat cuius in patrimonium successio speraretur) Ducem phalantum assumunt filium Araci. Itaqȝ nec salutatis matribus quarū adulterio infamiam collegisse videbantur. ad sedes requirendas proficiscuntur. diuqȝ per varios casus iactati. tandem in italiam deferuntur. Et oppugnata arce tharentinorum. expugnatis veteribus incolis. sedem sibi constituunt: Quoruz postmodum amiciciam egiptij reges ac iudei summope quesierunt. vt libri Machabeorum testantur. Sed post annos plurimos dux eorum Phalantus per seditionem in exilium ꝑturbatus brundusium se contulit. quo expulsi veteres tarentini concesserant.

Linea christi Juda sine rege

Ozias



Joathan



Achas



Ezechias



Manasses





Ozias (Anno mõi. 4388.) Amasie regis filius: duodecimꝰ regũ iuda multe mãsuetudinis ⁊ dignitatꝭ. Uir iste fec̃ qd̾ bonũ erat coram dño: excepto ꝙ sibi sacerdotiũ vi vsurpauit sub azaria põtifice. In eo ꝙ voluit adolere incẽsum sup altare thimiamatis. ꝓpter qd̾ lepra ꝑcussus est: ⁊ terre motꝰ factꝰ. Ex q̃ media ꝑs mõtis scissa est ⁊ ortos regales opp̃ssit. hostes tñ ꝑ circuitũ ꝓstrauit ⁊ hierusalẽ exornauit ⁊ muros q̃s ioas destruxerat restituit leprosꝰ factꝰ zacharias ſm legẽ moysi extra ciuitatẽ eũ expulit: ⁊ Joathã filiꝰ eiꝰ ꝓ eo rexit. Uerũ cũ obiisset trãstulerũt eũ ĩ hierl̃m ⁊ sepelierũt ĩ sepulchꝭ regũ

Iste Sardanapallꝰ omĩ muliere corruptior fuit primꝰ puluinaria ĩuenit: hĩtu femĩeo indutꝰ int̃ meretricũ greges purpurã colo trahẽs. Demũ ꝑ arbacẽ p̃fectũ medorũ ĩdicto sibi bello deuictꝰ. cernẽs se nõ posse euadẽ seipm̃ cũ diuitijs ↄcremauit: cessauitq; illa mag̃ mõrchia assyriorũ: q̃ stetit vltra. 1305. annos. Et surgũt tꝑa horrẽda pene ad xp̃i natiuitatẽ in q̃bꝰ sanguis hũanꝰ in toto mõdo q̃si aq̃ effusꝰ ẽ.

Phull rex Assyriorũ ⁊ sequẽtes volẽtes recuperare monarchiã nõ modicũ turbauerũt terrã.

Joathan anno mundi. 4440.

Iste Theglathphalazar cepit terraꝫ neptalim et gallileã. Et eos q̃ trãsiordanẽ erãt trãstulit in assyrios. postea ob petitionẽ Achas obsedit damascũ et Raasim regem damasci interfecit.

Salmanasar obsedit samariã ⁊ trãstulit isrl̃ in assirios. ⁊ cessauit regnũ isrl̃ qd̾ stetit ãnis. 282.

Iste Achas (Anno mõi. 4466.) regnauit in iuda post mortẽ patris sui Joathã: Hic pessimus fuit ydolatrie deditꝰ: cõtra quẽ veniẽs in preliũ phacee rex occidit in vna die de iuda centũ viginti milia bellatorũ: ⁊ ducẽta milia puerorũ: ⁊ puellarũ. et mulierum duxerũt captiua: q̃s tamẽ refectos remiserũt cõsulente ꝓpha. Cuiꝰ tꝑe condita est roma.

Ezechias Anno mõi. 4472. filius Achab quatuordecimꝰ regũ in iuda. optimus fuit: reduces populũ ad cultũ dei: huiꝰ tꝑe regnũ isrl̃. s. decẽ tribuum defecit: trãslatus a rege salmanassar assyriorũ: huius Ezechie tꝑe sennacherib rege Assyriorũ veniente cõtra ezechiã ⁊ regnũ eiꝰ: ⁊ obsidẽte hierusalẽ oratõnibꝰ eiꝰ ⁊ ysaye ⁊ humiliatiõibꝰ in vna nocte angelꝰ dñi interfecit centũ octogintaquiq; milia exercitꝰ sennacherib: sicq; liberatꝰ est: Ipe aũt Ezechias siue ꝓpter elationẽ siue ꝓpter ingratitudinẽ ad mortẽ vsq; infirmatꝰ ẽ. Sed penitẽs sanatꝰ signo sibi dato de reuersiõe solis ꝑ decẽ lineas q̃ oratoribꝰ babilonie ondit oẽs thesauros. Cui ysayas p̃dixit oĩa a babilonijs asportãda: phase aũt solẽnissime a pp̃lo celebrari fecit. Dormiuit deniq; Ezechias cũ patribꝰ suis.

Iste Sẽnacherib ascẽdit in iuda cõtra Ezechiaꝫ virũ sctm̃. ⁊ ꝑcussit dñs exercitũ eiꝰ vt sup̃. Ipse aũt turpiter fugiẽs ꝑuenit in niniuẽ ⁊ afflixit iudeos et thobiã. tandẽ a suis filijs occisus est.

Manasses (Anno mõi. 4501.) filiꝰ Ezechie post eũ regnauit in iuda quiquagitaquiq; ãnis: hic pessimꝰ fuit: ydolatrie deditꝰ ⁊ augurijs. ꝓphas occidens ⁊ p̃cipue ysayã serra lignea secari faciẽs. Qui tñ captiuꝰ ductꝰ in babilonẽ penitẽs ⁊ valde hũiliatꝰ in illa captiuitate veniã obtinuit. Et ad regnũ suum reductꝰ est. cui successit filiꝰ eiꝰ amon patrẽ imitatꝰ in vicijs ſ; nõ in pnĩa. q̃ ⁊ a suis occisus est.

Iste Assaradon fuit filius Sennacherib.

Linea regũ assyriorum

Sardanapallus



Phull



Theglathphalasar



Salmanasar



Sennacherib



Assaradan



Linea pontificū

Elchias



Azarias filius elchie



Sarayas filius azarie



Josedech



Sophonias



Sophonias ꝓpha nonus duodecim ꝓphetarum Chusi nobilissimi inter hebreos viri filiꝰ: ꝓphetauit destructionē hierusalem et reedificationē.

Iste Urias ꝓpha occisus est a rege ieconia.

Prophete minores

Urias



Baruch



Abacuck ꝓpha in numero duodecim ꝓphetarum decimꝰ ꝓphie spiritu plenus: apud iudeā in precio fuit: ꝓphauit cōtra Nabuchodonosor ⁊ babilonē hic etiā danieli prandiū attulit dum in lacu leonuz esset apud babilonem.

Abacuck



Baruch hieremie prophete notarius propheticum librum edidit: in quo cōsolationem de reditu a captiuitate prenunciat.

Hieremias



Iste hieremias ꝓpha sctissimus ⁊ ab ipo matris vtero sctificatꝰ ex sacerdotibꝰ natꝰ incepit ꝓphare adhuc puer. xiij annoꝝ tpe regis Josie contra hierusalē ⁊ teplū ꝓphizauit autē annis. xl. preter hos qbꝰ ꝓphauit in egipto. Ibidez post mltas iniurias sibi illatas apō Taphnas ab eodez pplo lapidibus obrutꝰ occubuit. Eoqꝫ in loco sepultꝰ. ⁊ qꝛ serpētes fugauerat post mortē eum venerati sunt.

Olda ꝓphetissa



Istum Sarayam interfecit Nabuchodonosor in reblata cum alijs consiliatoribus sedechie.

Olda ꝓphissa fuit vxor Sellū summi sacerdotꝭ claruit ac ꝓphauit Josie regi et presertim hierosolimoꝝ euersionē ac populi ipius captiuitatem.

Omnes isti sex cū Joachim rege adhuc pueri in babilonē ducti sunt captiui. Nabuchodonosor statuā aureā. lx. cubitoꝝ altitudine in campo statuit ⁊ cōuocauit oēs principes regionū ad dedicationē statue. ⁊ preco clamabat. Adorate statuā q̄ nō adorauerit eadē hora mittet in fornacē ignis ardentis. Et adorauerūt oēs preter socios danielis: ⁊ accusati sunt ad regē ⁊ succensa est fornax septuplū: ⁊ missi sunt vincti cū vestibꝰ in mediū fornacis. Uiros autē illos q̄ miserāt eos interfecit flama ignis. Angelꝰ aūt induxit quasi ventū roris flantē refrigerantē eos. Tūc illi tres vno ore benedicebant deum.

Mizahel. anania. azaria.



Daniel.



Ezechiel.



Mardocheus.



Josedech pontifex filiꝰ Azarie egressus est quādo transtulit dominus iudam et hierusalem per manus Nabuchodonosor. Et ductus est cum alijs captiuus in babilonē: dicunt aliqui istum fuisse Esdrā scribam et sacerdotem aut forsan ipsius fratrem.

Rhea virgo vestalis





Regnū romāorū Romulus





Remus



Rhea que et Ilia dicebat̃ Numitoris vltimi latinorum regis filia hac tē‑pestate adhuc virgūcula: patre eius vi regno priuato: ab amulio patruo vestalibus virginibus addita ad ꝑpetuam virginitatē cōpulsa est. Que cum in pleniorem deuenisset etatē stimulis acta venereis in amplexus incogniti viri. Et vt alij referunt in martis coniunctionē deuenit. Et pregnans effecta. Romulum ⁊ Remum eodē partu enixa est. Quos dum peperisset iussu regis Amulij viua defossa est. Qua mortua etiam geminos in tiberim deijci iussit. Verū nequeuntibus ministris ad ripam fluminis propter aquarum multitudinē deuenire: illos in ripa posuere. Et sic Amulij imperio abiectus in profluentē Romulus cum Remo fratre non potuit extingui. Et tiberinum amnem repressit: ⁊ relictis catulis lupa vagitum secuta: vbera admouit infantibus. matrēq₃ sese gessit. Sic repertos apud arborem faustulus regis pastor tulit in casam atq₃ educauit sustē‑tatosq₃ fere inter greges pecorum agresta vita nutriuit. Marcios pueros fuisse: siue q̄ in luco martis enixi sunt. siue q̄ a lupo que in tutela martis est nutriti. Adulti inter pastores de virtute quottidiana certamina et vires ⁊ pernicitatē auxere. Cum autem adoleuissent non parua pastorum ⁊ latronū manu collecta Amulium patruum regē interfecerunt. et numitorē auum in regnum restituerunt. Is tamen sequēti anno extinctus. Sic latinorum seu Albanoru₃ regum defecere nomina. vbi sub vno ⁊ viginti regibus sexcētis ⁊ viginti tribus annis regnatū est.

Remus Rhee vestalis virginis ex incognito patre filius: Romuli frater hoc anno vna cum fratre suo ⁊ auo suo Numitore in regno latinorum restituto. deinde interfecto vrbē vbi nunc Roma est cōstituerunt ac condiderunt. Et cu₃ gemini erant: vter auspicaretur ⁊ regeret: adhibuere piacula. Remꝰ montem Auentinum: Romulus palatinum occupauit. Prior ille sex vultures: hic postea sed duodecim vidit sic victor. augurio vrbem excitat plenus spei bellatricem fore. ita illi assuete sanguini ⁊ prede aues pollicebantur ad tutelam noue vrbis sufficere vallū videbat̃. cꝰ dū irridet angustias Remꝰ: idq₃ icrepat. saltu dubiū an iussu frīs occisus est. Prima certe victima fuit. munitionē vrbis noue sanguine suo consecrauit. ferunt eum a fabio Romuli duce cultro pastorali occisum Et in eodem loco vbi futuri muri vestigiū transgressus est sepultus fuit.

Romanorum regni principium

Romulus primus Romanorum rex vigesimoquarto supra trecētesimu₃ regni dauid anno: etatisq₃ sue primo ⁊ vicesimo numitore perempto: regnoq₃ latinoꝝ in confuso posito pastorum non parua manu collecta vna cum fratre Remo iam dicto statim vrbem paruam in solo nequaq₃ munito conditam ⁊ a se Romam nominatam primum regnare incepit teste Eusebio regnauit annis. 38. Romulus autem licet sub dubio partu natus: eius tamen indolis (vt plutarcus ait) nequaq₃ seruilis erat: sed quanda₃ regiam magnitudinē ac ꝓbitate₃ pre se ferebat. Eminebat in eo natura facilis ⁊ ad consilium ciuilem probitatem aptissimum ingenium: quapropter euenit ad magnum dignitatis culmen. Post romam autem conditam primum eos quibus etatis vigor inerat in militares legiones distribuit. Ceterani vero multitudinem populum appellauit Centum deinde Senatores creans eos patres dixit: ac ex eis genitos patricios Prius enim incole deerant: et cum in proximo erat lucus: hunc Asiliū fecit et statim mira vis hominum latini tusciq₃ pastores quidam et transmarini phriges q̄ sub Enea archades qui sub Euandro duce influxerant: ita populum romanum ipse fecit. Matrimonia vero a finitimis petita quia non impetrabantur manu capta sunt simulatis quippe ludis equestribus: virgines que ad spectaculum venerant prede fuere. Et hec statim causa bellorum. Auctis tamē breui viribus hūc rex sapientissimus statum reipublice imposuit: vti iuuenta diuisa per tribus in equis et in armis ad subdita bella excubaret cōsilium reipublice penes senꝰ esset his ita ordinatis cum contionem haberet ante vrbem apud Capree paludem e conspectu ablatus est.

Numa pompiliꝰ



Numa pompiliꝰ scđs Romanoꝝ rex. septimo ⁊. xx. regni Ezechie āno pꝰ Romulum regnare cepit. Et regnauit annis. 41. Quem curribus sabinis agentem vltro petiuere ob inclitam viri religionem. Ille sacra ⁊ ceremonias omnemqꝫ cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices. Augures ceterosqꝫ ꝑ sacerdotia. Annū quoqꝫ in duodecim menses: fastos dies nephastosqꝫ descripsit. Hec omnia quasi monitu dee egerie: quo magis barbari acciperent. Eo deniqꝫ ferocem populum redegit vt qđ vi ⁊ iniuria occupauerat impius religione atqꝫ iusticia gubernaret. Obijt deniqꝫ octogenarius leui morbo.

Tullus hostilius



Tullus hostilius tercius Romanorum rex: trigesimo nono regni manasse anno post numam pompilium regē a Romanis rex suffectus. Regnauit annis. 31. Cui in honorem virtutis regnum vltro datum. Huius cunabula (vt Eutropius scribit) tugurium agreste cepit. ⁊ postea adolescētia in pascendis pecoribus occupata fuit. Validior deinde factus Romanū rexit populū Et primus quidam Romanorum regum fastibus ⁊ purpura vti cepit. Ac vrbes adiecto celio monte ampliauit. Post longam deniqꝫ pacem in albanos bella tulit deuictos in vrbem admisit: ⁊ eorum vrbem preter templa euertit. Tandem cum magna gloria belli regnasset cum tota domo ictu fulminis conflagratus est.

Anchꝰ Marciꝰ



Anchus marcius Nume regis ex filia Nepos. quartꝰ Romanoꝝ rex. q̄rto Iosie regni anno post Tullum hostilium regnum accipiēs. Regnauit annis. 25. Hic nulli superiorum regum belli pacisqꝫ artibus ac gloria vmqꝫ inferior fuit. Et menia muro amplexus est. Auētinum ianiculumqꝫ montes vrbi addidit ⁊ pontem primus Tiberi adiecit: hostiamqꝫ in ipso maris fluminisqꝫ confinio Coloniam posuit. presagiens animo futurum: vt totius mundi opes et cōmeatus illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur. tandem morbo correptus vitam cum morte mutauit.

Tarquiniꝰ priscꝰ



Tarquinius priscus quintus Romanorum rex anno vigesimoseptimo regni Iosie post anchum Marciū rex delectus. regnauit annis. 37. Is trāsmarine originis regnum vltro petens accipit ob industriam ⁊ elegantiā quippe qui oriundus Corintho grecum ingenium italicis artibus instituit. Hic et senatus maiestatem numero ampliauit: ⁊ centurijs tribus auxit neqꝫ pace tarquinus ꝙ bello promptior. xij. namqꝫ tuscie populos frequentibus armis subegit. Inde aureo curru quattuor equis triumphauit. Qui post multa strennue gesta ab anchi filijs interfectus est.

Per ea adhuc tempora reges Hastas pro dyademate habebant quas greci sceptra dixere. Nam et ab origine rerum ꝓ dijs immortalibus veteres hastas coluere. ob cuius religionis memoriā adhuc deoꝝ simĺacris haste addūtur.

Phaleris



Phaleris Agrigentinus tyrannus ⁊ orator hac tempestate floruit cui quidam perillus eris ingeniosus artifex ⁊ ei amicissimus ex athenis agrigentum ad eū venit: cognita hominis seuicia vt eidē placeret ex ere taurum artificiosum fabricauit. Et in eius latere ianuā posuit vt reus in eo inclusus subiectis ignibus torqueṫ. vt sonus vocis hominis bouis mugitꝰ videreṫ: quo accepto illum includi iussit. Et primꝰ artificij sui prebuit expimentum vt Ouidiꝰ dicit. Nec enim lex equior vlla est: ꝙ necis artifices arte perire sua hec ipē phaleris Atheniēsibus de se pro illo conquestis rescripsit. Extant em̄ huius phaleris adhuc celebres ⁊ graues epistole.

Sibilla erithea



Sibylla Erithrea omnium aliarū clarior in babilonia orta tempore illo vixit: monachali veste induta: velo nigro in capite: manu gestans gladium nudum non multum antiqua. mediocriter facie turbata. habens sub pedibus circulum aureum ornatum stellis ad similitudinem celi dicit sic. In vltima etate humiliabitur deus: humanabitur proles diuina vnietur: hūanitati diuinitas. iacebit in feno agnus: et puellari officio educabitur.

Roma vrbs toto orbe celebrãda: rerũ domina in latio ad amnẽ tyberĩ sita. A romulo eiꝰ ↄditore noĩata. vndecimo Ezechie regꝭ iuda ãno: Scdoqꝫ octaue olympiadis ãno ab ip̃o conditã fuisse affirmãt. Ambitũ eiuſ vrbis Plinius ex traditionibꝰ Augusti scribit milia passus vigĩti. Flauiꝰ vopiſtꝰ scribit Aurelius impatorẽ ambitũ vrbis ad trigĩta milia passuum ampliasse. Nostra aũt ratio metiẽdi a priscorũ ratiõe multũ variat: si ad nr̃e etatis consuetudinẽ metiri volemꝰ vix passuũ milia quatuordecim oĩs rome ⁊ ianicule siue trãstiberine regionis ⁊ vaticani ambitꝰ implebit. Tyberis fluuiꝰ a septẽtriõe vrbẽ intrat: ⁊ ex latere meridiano versus hostiã exit. ita vt ex latere quidã dextro vaticanũ cõperiat ⁊ Ianiculũ: q̃ duo regiõz trãstiberinã complẽt. A sinistro vero sit romane vrbis ambitꝰ septẽ ↄplectẽs colles. Portas vrbis triginta aptas. ⁊ septẽ clausas fuisse scribit pliniꝰ. Noĩa que apud priscos vsitata fuerĩt elucidare libet. Nã cũ diuersis tp̃ibꝰ aucta fuerit: ⁊ q̃ intra vltimũ muroꝝ ambitũ remanebãt porte formã amitterẽt. fuitqꝫ deinde roma diruta ideo inuestigari oĩs relinq̃mꝰ. Flumẽtana p̃ma porta appellata: q͛ tyberim eaz influxisse affirmãt. nouissime porta pp̃li dicta. Scd̃a piciana a collatia oppido ꝓpe romã Collatia. Tercia q̃ nũc salaria fuisse quirinalẽ postea collinã q͛ ea in collem quirinalẽ itur. Quarta viminalis nũc sctẽ agnetis aut numẽtana. qꝛ ad viminalẽ collẽ ducebat Quĩta exquilina qꝛ in exquilijs itur. nũc sancti Laurẽcij. Sexta neuia q̃ maior dicit̃. Septima Asinaria nũc sctĩ iohãnis. a priscis celimõtana a celio mõte. Octaua q̃ in abdito angulo clausa cernit̃ ⁊ metrodori porta dicit̃: Gabiusam fuisse a maiorib ꝰ appellatã. Latina deinde porta ĩmutatũ retinet vocabulũ qd̃ ea in latinam ducebat. Porta appia olim Capena. Vltima trigemina intra tyberim aliq̃n hostiensis ⁊ sctĩ pauli appellatã restat. cũ ad eiꝰ basilicã ducat ⁊ hostiam versus. Est ⁊ alia intra tyberim romane vrbis carmẽtalis. Postremo porta triũphal' oĩm celeberrima q̃ etate nostra extat p quã triumphi agebant̃. Cuiꝰ fundamẽtorũ moles in extrema tiberis ripa cõspici possunt. ⁊ pons similiter ad illã cõducẽs vsqꝫ ad hospitale sctĩspũs et via q̃ ab eo põte vsqꝫ ad Neronis circum in quo Caycallicule obeliscꝰ aspicit̃. q̃ nũc corrupte iulia nũcupat̃. ⁊ ad sinistrũ latꝰ basilice btĩ Petri adiacet triumphale territorium nuncupatur. verum triumphale territorium ⁊ adherẽtia loca vaticani nomẽ a vaticano colle assumpsere. et cõstat iã vaticanũ collẽ eũ esse qui eccĩe btĩ Petri adiacꝫ p̃ cũctis em̃ rebꝰ celebrior ⁊ religiosior cõspicit̃ vaticanꝰ reliquijs btĩ petri. ⁊ eiꝰ excelsa basilica et romani põtificis pallatio qd̃ Nicolaꝰ papa secundꝰ fundauit ⁊ grãde viridariũ muris cinxit. Ianiculꝰ regiõz ip̃am totã trãstiberinã excepto vaticano indicat. vaticanũ vero primitꝰ leo papa quartus muro muniuit ⁊ de suo noĩe ciuitatẽ leoninã vocauit. Ea sex portas nũc stãtes habꝫ prima in Ianiculũ dimittẽs ab eccĩa cui subiacet sanctĩspũs nomẽ accepit. Alia est edita in colle ptusa. hec ⁊ pforata vocat̃. Tercia posterule nomẽ accepit. Quarta viridario põtificis subiacet viridaria vocat̃. Quĩta iuxta molẽ hadriani quod nũc castꝝ sancti angeli vocat̃. porta sancti angeli dicit̃. Sexta sb̃ adriani meta ad vrbẽ p pontẽ cõducit ab eneis foribꝰ Enea vocitatur Colles septẽ rome ab auctoribꝰ describunt̃ dicẽte virgilio libro Georgicoꝝ. 2. scilicet. Et rex facta ẽ pulcherrima roma. Septẽqꝫ vna sibi muro circũdedit arces. Quorũ noĩa sunt Capitolinus. Auẽtinꝰ. palatinꝰ. Celiꝰ. Exq̃linꝰ. viminalis ⁊ quirinalis. Et absqꝫ ianiculo ⁊ vaticano septicollis ip̃a vrbs dicebat̃. Capitolinꝰ mons dictus cũ in eo fundamẽta edis iouis foderẽtur caput humanũ inuẽtũ est ⁊ ante Tarpeiꝰ a torpeya virgine vestali dicebat̃. ⁊ mõs saturni a q̃ saturnia tellꝰ. fuit in hac arce capitolij celeberrimum iouis optimi maximi templũ ⁊ iunonis monete. ⁊ in eo clangore anserũ ⁊ alarũ strepitu M. manliꝰ gallos in p̃cipiciũ dedit. huiꝰ totius arcis ornamẽta cũctis miraculis egiptiorũ erãt anteponẽda. quare aurea capitolia cognominãtur ⁊ domiciliũ deoꝝ. Circa eũ locũ duo fora iũgebant̃ boariũ ⁊ pistariũ. Nũc aũt preter laceratam domũ a bonifacio nono ruinis sup edificatam p̃ter are celi fratrũ btĩ francisci eccĩaz in feretrij iouis templi fundamẽtis extructã. nihil hꝫ is mõs capitolinꝰ. tantis olim edificijs exornatus cũ delubra edes sacella et tẽpla vltra sexagĩta habuerit. Auẽtinꝰ collis ab aduẽtu hoĩm vl' a rege auẽtino albano ibi sepulto dictꝰ fuit. in h̃ mõte ara herculi ab euandro posita. Et iunonis templũ ⁊ tẽpla diane ⁊ minerue ⁊ lucine: fuit super eodẽ mõte lauretũ silua ioui sacrata: ⁊ edes libertatis. habꝫ vero nũc is mõs mõsteriũ sancte Sabine ⁊ aliud sctĩ bonifacij. reliquꝰ mons aut ruinis aut vineis p̃ter sancti Alexij cenobiũ quod mihi vetustissimũ cõspicit̃ contectus est. Palatinꝰ mõs cũ palatini aborigines ex agro reatino cum euãdro venerũt hoc nomẽ accepit. Sup hoc mõte vt ex cornelio tacito accepimꝰ p̃mo vrbs roma edificata fuit. Et in eo reges deinde cõsules postea impatores maiori ex pte sedem habuerũt. Habuit ⁊ edes vani ducis. Liuius quoqꝫ inquit matrẽ magnã deũ a grecia aduectam in edem victorie q̃ est in palatio ptulere Fuit ⁊ in palatio teste plinio phanũ febri dicatũ Et templũ diui Augusti deinde incẽdio cõsumptum C. Calicula sup templũ hoc ponte transmisso palaciũ capitoliũqꝫ cõiunxit. Cuiꝰ ⁊ reliq̃as quasdã adhuc cõspicere libet. Idẽ cesar Augustꝰ templũ appollinis in ea pte excitauit. Addidit porticꝰ cũ bibliotheca latina grecaqꝫ. quo in loco iam senior sepe senatũ habuit. Id edificium admirãdis opibꝰ exornatũ erat. copluraqꝫ a multis extructa sunt. Nũc p̃ter sancti Nicolai eccĩam a calixto papa edificatã q̃ etiã male integra cernitur. nullũ is celeberrimꝰ mons hꝫ edificiũ. qualis aũt et quãtꝰ olim fuerit ea edificiorum moles indicãt ruine inter ceteras vrbis cõspiciende. Cũ itaqꝫ tres illos mõtes q̃ primi et soli in p̃ma vrbe a Romulo conp̃hensi fuerũt seclusis ruinis videri poterit ea nuditas quã Roma nõdum cõdita habuerit. Fuit aũt in ea parte pallacij quã septẽtrionẽ versus in triũphalez Constantini imperatoris arcum vergentem videmus. locꝰ palladij cuiꝰ insignes extant ruine

binas habẽtes ex marmore portas eo in murorum ambitu eccl'ia sancti Andree de pallara concluditur. Ce-
teras partes alto circundatas muro vinea implet. Celius mons a celio iubẽnio duce (qui Romulo auxilio
venit contra latinum) nomẽ assumpsit. ⁊ fuit vrbi additus quo tpe Tullus hostilius albaꝫ euertit. ⁊ postea
ibi habitauit: ⁊ curiã fecit que hostilia appellata est. In eo mõte Uespasianꝰ templũ diui claudij edificauit
fuerũt in eo phauni veneris ⁊ cupidinis. aliorũqꝫ deorum edes Are ⁊ templa. Et macellũ magnũ. Antruꝫ
ciclopis lupanaria. cohortes quinqꝫ vigilũ: castra ꝑegrina ⁊ armentariũ. Medio in eiꝰ dorso bine aquedu-
ctus suꝑbissimi opis cõspiciunt̃. Nũc eccl'ijs xp̄ianis mõs est ornatꝰ in ea parte ad palatinũ montẽ vergẽs
monasteriũ est btī Gregorij in paternis edibꝰ ab eo edificatũ. Inde sanctoꝝ Johãnis ⁊ pauli eccl'ia. Estqꝫ
in eo hospitale saluatoris: ⁊ eccl'ia sancte Marie in dñica. Alteraqꝫ eccl'ia sctī Steffani rotunda de ip̄o mõte ce-
lio cognomẽ hñs: Ea in fauni ede priꝰ fundata fuit. Simpliciꝰ papa eam exornauit. Cernit̃ nũc integra ad
eiꝰ mõtis sinistrã sctõꝝ quattuor coronatoꝝ eccl'ia. Sctiqꝫ erasmi mõsteriũ. Proximũ noui opis in mõte ce-
lio est xenodochiũ lateranẽse. In extremo eiusdẽ mõtis iã est basilica lateranẽsis sic cognomĩata: qꝛ in late-
ranẽsiũ nobilissime gẽtis edibꝰ extructa fuit. Hec venerabilis eccl'ia capita Apostoloꝝ seruat ceteraqꝫ sctĩmo-
nia: ediũqꝫ suꝑbissima structura toto orbe celeberrima a Constãtino data btõ Siluestro cõstãtiniana basili-
ca appellata. Ea sic̃ Romanoꝝ põtificũ primaria est sedes. sic ab eis plurimũ olim habitata fuit. Nũc vero
pallacia quibꝰ circũdata fuit basilica maiori ex ꝑte corruerãt. Uisit̃ quoqꝫ in celio mõte porta maior neuia
dicta ⁊ amphiteatrũ semidirutũ: qꝺ statilij thauri maiores nr̃i appellauere. Et alia basilica sctẽ crucis ĩ hie-
rusalẽ ab Helena cõstãtini matre cõstructa. Eo loco vbi templa erãt veneris ⁊ cupidinis cõiunctũqꝫ est mõ-
steriũ qꝺ Cartusiẽsibꝰ nũc incolit̃. Exquilini mõtis oĩm maximꝰ varro longã posuit expositionẽ ab excu-
bijs regis Tullij dictꝰ. Exquilie em̃ mõtes duo habiti. Celebrior pars a foro Trayani ⁊ turribꝰ quas co-
mitũ ⁊ militie appellãt incipiẽs ꝑ montẽ cui caballo nũc nomẽ est: ⁊ ad termas vsqꝫ diocletianas ꝓtendit̃
Et in portã exq̄linam q̃ iam sctī Laurẽtij noĩat̃ desinit. Altera ꝑs collis via intersecat̃ que patricij vicꝰ dici-
tur. Et suꝑ hac ꝑte eccl'ia est celeberrima sctẽ Marie maioris dirimit̃ a celio mõte ꝑ viã que porta Neuia vs-
qꝫ ad amphiteatrũ qꝺ collosseũ vocamꝰ reducit̃. Fuerũt in exquilijs edificia q̃plurima ⁊ admirãda. Et pri-



mo a turri militiarū ascēdendo cernunt ruine termaꝝ Constātini: ⁊ ingētes seminudoꝝ senū marmoree statue. Abinde pene cōtiguo loco cōspiciunt Caballi marmorei ingētes cū viris seminudis lora tenētibꝫ miro artificio copacti quoꝝ vnꝰ opus praxitelis. Alter phidie latinis lr̄is inscribit. Inde nō longe sunt diocleciani terme edificiū pulcherrimū ⁊ admirādum: ⁊ alie terme claroꝝ viroꝝ. Fuit in eodē colle maccelluz ⁊ ibi cōspicit eccīa sctī Viti cui cōtiguꝰ est arcꝰ triūphalis galieni. multeq̄ eccīe in eo extant ⁊ alia innumerabilia. Viminalis collis a Joue vimineo cuiꝰ ibi are sunt. Etsi plura ī eo fuerūt edificia: nil tn̄ certū repitur q̄ꝫ tres speciosissimas ī illo totiꝰ vrbis domos fuisse. M. Crassi. Q. Catulli. C. aquilij eq̄tis romani. Fuerit in illo scdm̄ aliquos Salustiani horti quoꝝ reliquias obstupēdas designāt. a porta viminali in collinam ⁊ ad Sanctā vsq̄ꝫ Susannā extēdi putāt. Quirinalis collis a quirini phano edez fortune p̄mogenie habuit. Varro aūt ob paruitatē colles ⁊ nō mōtes appellat. Hos duos colles scribit liuiꝰ Seruiū regē addidisse cū amplificādevrbi animū adiecisset. inibiq̄ꝫ vt loco dignitas fieret habitasse. Aggeris fossa ⁊ muro circūdedisse vrbē. Claudit roma ab oriēte aggere tarquini inter prima opa mirabilia. Nā cū muris equit q̄ maxie patebat aditu plano. estq̄ꝫ is tumulꝰ quē nūc sctē marie in pplo supeminētē ad pinciani vsq̄ꝫ pallacij fundamēta ꝓtendi videmꝰ. Campꝰ marciꝰ sic describit a liuio agger tarquinoꝝ q̄ inter vrbē ⁊ tyberi fuit campū marciū dixerūt: cū eo tpe vrbs ad capitoliū aut parū citra finiret. Et virginea aq̄ p q̄rinalis colli cauernas campum olim marciū q̄ nūc triuij regio dicit illabit. hec sola aqua ex exteris iā romā ingredit. Habuit campꝰ marciꝰ edificia olim admirāda. quoꝝ puule ruine adhuc restāt. Et adhuc eccīa cōspicit q̄ sctē Marie in ecuria vocitatur. Erat ⁊ templuz Jsidis: cōspicit adhuc colūna rerum gestarū elaborata. Juxta hanc q̄nq̄ꝫ Conuitia fiebāt. Fuerūt ⁊ in vrbe duodecim terme: ⁊ aqueductꝰ mirabiles. Hi sunt arcꝰ altissimi sbleuati. Arcus q̄ꝫ triūphales fuisse q̄ꝫ plrimos ⁊ legimꝰ ⁊ cōspicimꝰ quosdā tamē dirutos. quosdā ruinis cooptos. q̄sdam nouis edificiolis ab aspectu hoīm semotos. Cernūt q̄ꝫ diuersoꝝ edificioꝝ spectande insignesq̄ꝫ ruine ideo cum his Rome descriptionem relinquimus.

Oblectat me roma tuas spectare ruinas. Ex cuius lapsu gl'ia prisca patet. Sed tuꝰ hic pplus muris defossa vetustis. Calcis in obsequium marmora dura coquit. Jmpia tercentum si sic gens egerit annos. Nullum hic indicium nobilitatis erit.



GEnua ligurum domina ⁊ regina. quaz etiam Januam dicimus ytalie vrbs celebris clarissimaqꝫ in ligustici maris littore a quodam Genuo saturni regis filio conditam ⁊ cognominatam dicunt. Alij vt paulus perusinus hystoricus a genuino phetontis socio ob nauseam maris in littore relicto cū parte nauium custode qui iunctus accolis loci siluestribꝰ hominibus oppidum condidit: et genuā ex suo nomine nuncupauit. Alij quoqꝫ a Jano ytalorꝫ rege et post troyanam cladem ampliatā vbi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum est cuiꝰ sigilli inscriptio sic haberi dicit᷑. Griffus vt has angit: sic hos ianua frangit. Quidam tamē ante belli punici tempora nullam eius vrbis mentionez haberi dicunt. Liuius autē eius incremētum habuisse dicit Lucretio prorogatum imperium vt genuam oppidum a magone peno destructum exedificaret. Postq̄ꝫ tempora liguribꝰ genuensibusqꝫ amicicioribus vsi fuerunt. quibꝰ quiuz magne copie variaqꝫ bello vsui futura mitterentur maxime oportuna fuisse videtur genua loci natura tunc etiam portuosa. Eam Karolus magnus imperator pipinusqꝫ filius rex ytalie ⁊ successores franci reges per annos circiter cētuz summa cum iusticia ⁊ humanitate sicuti et ceteras ytalie vrbes gubernarūt ducibus illi administrande qui comites appellarentur prefectis. Hec plane ciuitas totiꝰ ligustici sinꝰ emporiū est Que a q̄dringentis annis citra (cum ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementuz. Unde et ingentes nacta vires ⁊ portu edibusqꝫ superbissimis ac reliquis in omī genere ornamentis nunc vsqꝫ preter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes superat. Queqꝫ et naualis belli peritia adeo excelluit: vt ānos multos maris imperio potiretur ⁊ piratarum abstulerit latrocinia. Post karolum vero magnum et filios plurimam ciuium sustinuit tyrannidem. Propter quod et peregrinos dominos sibi supinducere aliquando necesse habuit que ciuilibꝰ agitata discordijs memoria nostra imperiū maris amisit eius enim creberrimas mutationes ⁊ oriens simul et occidens admiratur que sic auxilio et consilio destituta imperium eius longe lateqꝫ diffussum pene exhaustum est. Peraz enim vrbem Constantinopoli oppositam. mitilenam insulam. Famagustam vrbem totius Ciprie insule columen. Chium insulam: aliasqꝫ grecanicasqꝫ vrbes plurimas a thurcis: alijsqꝫ gentibꝰ ablatas deperdidit vel tributarias fecit. Capha etiam eius coloniā in thaurico Cheroneso non procul a bosphoro cymerico amisit. Ornat᷑ autem hec ciuitas Genua maxime cineribus p̄cursoris domini. Et cathino quodam Smaragdino impreciabili quem tradunt illum fuisse in q̄ dominus iesus xpus agnum paschalem in cena domini cum apostolis suis comedit.



Tales



Tales philozophus Asianus e septem grecie sapientibus primus his tēporibus athenis claruit. Hic sapiens appellatus est: scdm quem ⁊ septez sapientes vocati sunt. fuit autem conscriptus ciuis mileti: ideo thales milesius appellatus est. Scripsit autē de conuersione ⁊ equinoctio: ⁊ primus inter philozophos dicitur de Astrologia tractasse. nec non ⁊ solares eclipses ⁊ versiones predixit ab egiptijs geometriā didicit. In politicis vero optime est consiliatus. Aiunt eñ coniuge eum caruisse; et interrogatus cur non duceret dixit. ob filiorum amorem: hic principium omnium aquā posuit. mundūq̃ aniatum dixit ⁊ demonibus plenum. Tempora quoq̃ anni fertur inuenisse. ⁊ in. ccc lxv. dies diuisisse. Scripsit autē de Astronomia multa que in ducentis carminibus cōphendit. Tabulam auream siue mēsam a piscatorib⁹ casu inuentam altercatio suborta cuius esset appollinem delphicum adierūt vt indicaret cui danda esset. Appollo respondit illi esse dandam: qui sapiētia ceteros p̄emineret: his auditis taleti pho data est. Ille eam dedit bianti. Bias pitacho. Ad vltimum ad solonem puenit. qui et titulum amplissime prudentie ⁊ etiam premiū ipsam scz mēsam auream ad appollinez transtulit: hic tales paup erat: vacans philozophie studijs: acquisitioni pecunie intendere non valebat. Item fructuuz ⁊ olei vbertatē per Astronomiam futuri anni nouit. Ferturq̃ de ipso q̄ dum nocte quadam duceretur extra domum a vetula vt astra consideraret. incidit in foueam: eoq̃ lugente: dixit vetula: tu quidā o tales que ante pedes sunt videre nequis: quō que in celis sunt posses cognoscere: obijt aūt anno etatis sue. lxxviij.

Solon



Solon philozophus Atheniēsis scdus de septem sapientib⁹ athenis floruit. Atheniēsibus leges optimas condidit: quas postmodum Romani ab eisdem acceperunt. multaq̃ beneficia eis cōtulit: ⁊ multo tpe eos sua prudentia a seruitute ⁊ tyrānide liberauit. ⁊ tandez fortuna mutata profugus in egiptum se transtulit: hic dum senex esset pisistrato tyrāno athenas occupare volenti: toto conatu restitit multis ex ciuibus consentientib⁹ pisistrato. Interrogatus autem qua spe fretus vt tam audacter resisteret: ait senectute. Hic etiam solon dixit: boni ⁊ virtuosi viri apud tyrannos equiparanᷣ calculis rationum quorū vnusquisq̃ plura qñq̃ pauciora signat. Ac sic in ꝯspectu tyranni qñq̃ magni dicunᷣ ⁊ clari: qñq̃ autē ⁊ honore carentes. Interrogat⁹ etiā a creso rege lidorū quis ei felix esse videreᷣ ait Tribalanus atheniēsis ⁊ cleobis ⁊ bico ignoti ⁊ homines quorum fama latet. Cresus aūt rex ornans se omi ode regisq̃ fastu sedens in solio: interrogauit eū siquid miri melioris vidisset respondit. Gallos phasianos ⁊ pauones naturali enim colore ⁊ flore decorati sunt ⁊ millesies meliori. Huic soloni mortuum filium lugenti: non esse flendum ait quidam eo q̄ flere nihil prodesset. Cui solon eo magis ploro: quo damnū meum irremediabile videaz. Interrogatus an vellet q̄ sui de morte eius lugerēt ait. ad hoc multis conatib⁹ laboraui: vt in morte mea dolore et lamentis non caream amicorum. Ait etiam nemo dicere debere: se ceteris quibuscūq̃ intollerabiliores amaritudines sustinere. Inter ceteras autez leges eius ait. Siquis parentes indigentes non alat ingloriosus est. Filij eorum qui pro republica obiere publice nutriantur ⁊ doceantur. Itē statuit tutorem cum orphanoruz matre non habitare: nec tutoris officium exercere: in quē orphanorum defunctorum substantia pueniet: nec sculptori anuli licere tenere signū anuli venditi: ⁊ si vnū oculum habentē quis illo priuauerit. Viceuersa ipe geminis careat: ⁊ q̄ princeps si ebriosus fuerit damneᷣ nece. Respōsa solonis ad quedā quesita sunt hec. Quid est verbum: ymago operum. quo firmaᷣ verbū silentio. Quo firmaᷣ silentiū tpe. Quid est rex fortis potestas. Quid est lex: aranee tela q̃ si in eam ceciderit quid debile retineᷣ: graue aūt ptransit tela rescissa. Mortu⁹ in cipro octogenarius tpe Sedechie regis.

Chilon



Chilon phus Lacedemonius athenis claruit terci⁹ de septem sapientibus grecie qui ob eius pfundissimam sapientiam breueloqu⁹ dictus est. Hic ingēde causa societatis missus fuit corinthū: vbi duces ⁊ seniores popli ludētes inuenit in alea pter quod infecto negocio reuersus est: dicēs se nolle gloriam spartanorū quorū virtus constructo bisantio clarescebat: hac maculari infamia vt dicereᷣ cū aleatorib⁹ cōtraxisse societatē. Interrogat⁹ q̄d est fortuna. Respondit ignarus medicus: multos eñ excecat. Docebat aūt Chilon dominari lingue: ⁊ presertim in cōuiuijs. nō esse maledicēdū proximis. alioquin audire oportet ea quibus quis tristabiᷣ. Itez non esse minandū cuiq̃: quoniā hoc est muliebre. Cicius ad calamitatem amicorum q̃ ad prosperitatem ire. Humiles nuptias facere. non esse maledicendum mortuo. Seniū honorare. Cauere sibipi. Dānum malle q̃ prauum lucrū. Illud enim semel contristabit hoc vsquequaq̃. Nō irridere infelicem dominatorem ⁊ fortem mansuetum esse decet. vt eū subditi magis reuereantur q̃ timeant. Ire dominari. non cupere impossibilia. Et claruit tēpore Sedechie regis. vixit autem quinquagintasex annis.

Pitacus



PItacus Asianus mitilenus illustris phus quartꝰ de. vij. sapiētibus grecie. nō doctrina solū sed etiā in re militari strēnuus cū bellū inter atheniēses ⁊ Mitilenos instaret. q2 ipe mitilēsiū exercitus ductor erat. pugnare statuit cum firmone Atheniēsiū duce in singulari certamīe ⁊ rhete habēs sub scuto furtim circūuoluit firmonē: ⁊ occidēs eum saluauit terram. Mitilēses autē ei principatum obtulerunt quē ipe decēnio tenuit: ⁊ ad optimum ordinem ciuitate reducta: deposuit principatū ac decē annis alijs supuixit. ⁊ cum pdiues esse potuisset: spreuit diuitias. Hic pitacus vidēs multum vinū in insula mitileñ crescere: volēs ebrietati hominuz pcauere lege publica statuit: vt peccās ebrius dupliciter puniret. dicebat autē vinū malum et bonum esse: malum quidē ex crapula: bonu ex natura. Interrogatꝰ quid optimū. ait ad presens bñfacere: q̄d fidele: terra: quid infidele: mare. Vixit aūt annis. lxx. Et claruit tpe Joachim regis iude.

Bias



BIas Asianꝰ pmensis phus quītꝰ de. vij. sapiētibus grecie. Hic cū inter primēses et messanēses instaret bellū ⁊ primēsiū milites virgines multas messanēsiū captiuas duxissent cōfestim bias his visis indoluit: ⁊ puellas captiuas liberās: tanq̄ ꝓprias filias custodiuit induēs eas vestibꝰ nouis et singl'is dotes tribuēs: sb fida custodia remisit ad gentes: inimicis exhibēs pietatē. Alio q̄z tpe dum Aliatꝰ princeps primēsiū ciuitatē obsideret sperās primēses fame deficere: bias tali arte defectū intraneū ⁊ victualium palliauit: duas eñ mulas sero impiguatas de ciuitate dimisit vt quasi fortuitu ab hostibꝰ caperent. quas cum aliatꝰ cerneret putauit illos victualibus copiosis abundare. Misitq̄z ad biantē vt egrederetur ad eum de concordia tractaturus. Respondit bias si exirem forsitan primeñ: cepas ederent: Unde tu magis intromitte legatum. timuit enim ne ab hostibus captus: flere faceret primēses. Cunq̄z legati aliati ingrederentur vrbem: Bias aceruum arene spargens ⁊ diffundens desup triticum ostēdit legato. quod audiens aliatus: reconciliatōne facta recessit: ⁊ sic fuit ciuitas p biantis prudentiam liberata. Alio vero tempore (vt valerius narrat) cum terraz eius fortuna mutata hostes inuaderent: ⁊ qui euadere hostes potuerunt preciosarum rerum suarum pondere onusti fugerent nihil ipse de his deferēs fugit. Interrogatus autē cur nihil de bonis suis secum ferret ait: omnia bona mea mecū porto. pectore enim illa gestabat non visenda oculis: sed animo extimanda: que domicilio mentis inclusa erant. Interrogatus quid sit in hac vita optimum: ait Mens sibi bene rectitudinis conscia. Interrogatusq̄z quid sit dulce homini ait. proprium. Claruit tempore Sedechie regis et scripsit vtilia multa. Eo mortuo primēses ei templum dicarunt.

Cleobolus



CLeobolus phus Lindius sextus de. vij. sapiētibus grecie claruit tempore Zedechie regis iude. Cuius filia Cleobula inuentrix enigmatum fuit Huius enigma fuit: vnus pater: filij duodecim horum cuilibet nati sunt triginta difformes: nam quidam horum albi visu: quidam vero nigri: immortales autē cum sint corrumpuntur omnes ⁊ deficiunt. Est autē annus duodecim mensium pater ⁊c̄. Celebres sentētie eius sunt hee. Amico benefac vt amicicior fiat. Inimicum vero amicum facere stude. Magis enim amicorum inuidiam q̄z inimicorum insidias cauere debemus. Illud enim apertum est. hoc autē celatuz malum: nocendiq̄z fraus que non speratur potentior est. Quanto plus licet tanto minus libeat: vxorem ex paribus ducere. nam si ex maioribus duxeris dominos habebis cognatos: non irrideas exprobratos nam fies odiosus his. Prosperatus ne superbias. ⁊ depauperatus ne deijciaris. Mutatiōes fortune viriliter scito ferre. Scripsit autē de enigmatibus questiōnes trium milium carminuz Obijt vero completis annis vite sue. lxx.

Periander



PEriander Corinthius phus e septem sapientibus phis septimus hac tēpestate floruit: scripsit dogmata vtilia in duobus milibus versuum. Sētentie eius hee sunt celebriores. volentes secure tyrannos fieri. oportet beniuolentia fulciri non armis. amicis felicibus ⁊ infelicibus idez sis. Quodcūq̄z promittis obserua. Claruit autem periander tempore Sedechie regis iude. Mortuus est ferme octogenarius.

Anatharsis



Anatharsis phūs scita genere. Hic licet magnus ꝛ audax in rebus bellicis strennuꝰ esset: vt in doctrina grecoꝝ moribusqꝫ ꝓficeret iuit athenas. ꝛ ad Solonis sapientissimi domū profectus: nūciari soloni fecit ꝙ venisset ad eum Anatharsis scita cupiens eum videre ꝛ eius amicus fieri si effici possit. Solonis aūt responsum fuit: ꝙ in ꝓprijs patrijs conciliantur amici. Cui mandauit Anatharsis dicens: nunc ipē in patria sum: ideoqꝫ licet mihi amicos conciliare. Solon vero in eius promptitudine stupens introduxit eum: et amicū maximum sibi fecit et grandis philozophus est effectus per Solonem. Huius sententie hee sunt. Interrogatus quō quis fieri posset nō amator vini: ait. si pre oculis habeat inebriantium se turpitudines: nūqꝫ erit amator vini. Dicebat etiam nauigātes distare a morte ad spissitudinem quattuor digitorum tantū: quia sciebat spissitudinem tantam esse nauis. Interrogatus que nauium sint tutiores: ait que in terra quiete iacent. Interrogatus quid est in hominibus bonum et malum: ait lingua. Interrogatus quid est curia: ait determiātus locus ad decipiendū ꝛ superādum seinuicem. Ait etiā turpe quid ausurus te sine teste time. Ait etiam meliꝰ est vnum amicum habere multis dignum: qꝫ multos nullius dignos. Post hec abiens in Scythiam iura moresqꝫ atheniensium in scitas introducere conabatur volens patrie profectū afferre: ob quā causā inuidus frater eius in venatione sagittam in eū fixit: letale vulnus phō infligens: qui moriēs ait. Per sapiētiam in grecia saluatꝰ sum: sed propter inuidiā in patria pereo.

Empimenides



Holofernes princeps militie Nabuch. Cambisis multas terras domino suo subiugauit. et tandem venit ad bethuliam: et ibi a Judith muliere interficitur in cubiculo papilionis sui et omnis eius exercitus fugaturꝰ. Fuit autem Judith vidua mulier ꝑstātissimi animi et incredibilis aspectus et postq̄3 holofernem pricipem obtruncasset. tanto in precio habita est apud iudeos vt cūctis diebus vite sue omnibus iudeis preferreret: et triūphali laude ꝑpetuisq3 preconiȷ̄s celebraretur. Et cum centum et quinq3 annos complesset moriens apud virum in betulio cum ingenti luctu et pompa sepelitur.

Babilonia noua cōdit a Cābise i egipto.

Linea Cõsulum Romanorum

Brutus Tarq̃nus collatinus



Valeri⁹ publicola Postum⁹



Largus dictator



Decem tribuni



Marcus Gneus maulius



Valerius



Anno.cc xxiiij. ab vrbe condita exactis regibus romani loco eorũ consules instituerunt qui annua exercerent imperia. ne tractu tẽporis erigerentur in superbiam. Quorum precipui hic annotant̃ ex quibus primi duo habuerunt bellum cum porsenia rege etruscorũ. Brutus vero duos filios habuit qui reuocare volebant regem quos virgis cesos securi percussit. Collatino sublata est dignitas. quia ne nomẽ Tarquini in vrbe esset.

Sibylla cumana



Sibylla Cumana que fuit tempe Tarquini prisci vestita aurea veste. librum apertuʒ ꝛ altum in manu gestans et librum in sinistra habens super genu capite discoopto dicit sic. Magnus ab integro seculoꝝ nascit̃ ordo iam reddit et virgo redeũt saturnia regna. Jam noua ꝓgenies celo dimittit̃ alto. Tu modo nascẽti puero quo ferrea primũ. Desinet ac toto surget gẽs aurea mũdo. Casta faue lucina tu⁹ iã regñt appollo.

Isti duo vicerunt sabinos et de eis triũphatum est. et Ualerius fataliter mortu⁹ paup.

Anno vrbis condite. xxv. romani bello sabinorum cõsternati creant dictatorẽ. cuius auctoritas et potentia consules preiret. et est nomen officij dignioris.

Manli⁹ torquatus



Iste. T. Manli⁹ Lelij manlij filius. belluʒ cum gallis inchoauit. pcussoq̃ʒ gallo qui eũ ad singulare certamẽ prouocauit. torquem auream de collo eius tulit suoq̃ʒ imposuit. Vñ dictus est torquatus ꝛ torquati cognomẽ suis posteris obtinuit.

Popilia v̇go vestalis



Galli Senones gens natura ferox morib⁹ incondita. ob hoc ipa corporũ mole ac armis ingentibus adeo omni genere terribilis fuit: vt plane nata ad hominũ interitũ vrbium stragem videretur. deinde totam vrbẽ igne ferro manibus exequãt sex mẽsibus barbari: et Manli⁹ nocte subeuntes clangore anseris excitat⁹ a summa rupe deiecit.

Popilia virgo vestalis ob crimen stupri viua defossa est.

Tempore illorum duorum fuit bellum vegentinum in quo tot ceciderunt de victoribus romanis quot de victis.

Dictature dignitatis institutõ

Nono post exactos reges anno (vt Eusebius habet) Rome noua dignitas scilicet dictatura creata est. et equitum magister. qui dictatori in omib⁹ obsequeret̃ et largũ al's lerciũ dictatorẽ primũ ꝛ Sp. cassiũ magistrũ equitũ scribit. Institut⁹ est itaq̃ʒ dictator vt auctoritate et potẽtia cõtra hostes cõsules precederet. Eo maxime qꝛ porsenia clusij rex (ea ciuitas thusta erat) armis Tarquiniũ supbum reducere conat⁹ esset. qd̃ ne fieret dictator obstitit. Verũ pace cõfecta in amiciciam ppli Romani porsenia sũmis recept⁹ honorib⁹. Quinci⁹ cincinat⁹ prestantissim⁹ postea dictator cũ agriculture operã daret: a senatu rogat⁹: puluere ac sudore absterso: dictature dignitatẽ inuit⁹ suscepit. Js nedũ romanos obsessos sed hostiũ quoq̃ʒ exercitũ superatũ cũ innumerabili preda romam perduxit. Sic expeditiõe finita redijt ad boues: victoriãq̃ʒ q̃si securã tenens.

Sub isto valerio consule ciues exules seruiq̃ʒ fugitiui inuaserunt capitoliũ ꝛ incenderũt. Et tam atrox fuit bellũ: ꝙ ipse consul fuit occisus: Publicola quoq̃ʒ roman⁹ patrici⁹ cui publi⁹ valeri⁹ ꝓpriũ nomẽ ante fuerat. Et ipe ꝑ hoc tẽp⁹ expulsis Tarq̃nijs vna cũ bruto in locũ collatini consul est suffect⁹ de quo sup. Js cõmissa pugna in quo brut⁹ occubuit ipe de Tarq̃nij exercitu quindecim milia ꝛ trecẽtos viros interfecit qua victoria prim⁹ ex cõsulib⁹ in curru inuect⁹ triũphauit: que res pulcherrimũ spectaculũ plebi sine vlla inuidia ꝓbuit. fuit aũt magne iusticie ꝛ eq̃tatis vir.

Marcus Curciꝰ



Aracus



ARacus Astrologus et poeta clarissimus cum eudoxo (vt ait Augustinus) vniuersum se numerum stellarum comprehēdisse et scripsisse iactauit. quos (inquit augꝰ) illa contēnit auctoritas que dicit ad abraham. Aspice stellas ⁊ numera eas si potes. geneß. xv. Quomodo em̄ dinumerari possunt cum non omnes possunt videri. Cū astrologie nō ignarꝰ esset. De astrologia librū scripsit elegantissimū dicēte Cicerone li. primo de oratore. Cōstat inter doctos homines ignarum astrologie ornatissimis atqꝫ optimis versibus. Aracum de celo stellisqꝫ dixiste et conscripsisse.

OS inferni in medio vrbis vasto hyatu horribiliter apparuit ⁊ viui homīs sepulturā interpretantibꝰ aruspicibꝰ expetebat. Rome em̄ (vt Liuiꝰ ait) siue interemptu seu alia aliqua vi forū ferme specu vasto collapsum in immensam se aperuit altitudinē. quā voraginē nullo videbat̄ posse oppleri materia. Tum Marcus curcius eques romanꝰ bello egregius eo audito. templa deorū que foro illi imminebāt intuens. Equo maxime ornato insidēs zelo patrie armatus se in hyatū misit. ꝗ mortuo statī hyatꝰ obturatꝰ est.

Esopus



ESopus adelphus poeta fabulator clarissimus. claruit tpe Cyri regis persarum. Fuit autē grecus de ciuitate Attica: vir ingeniosus ⁊ prudens. qui cōfinxit fabulas elegantes quas romulꝰ postmodū de greco trāstulit in latinū. ⁊ filio suo Tibertino direxit. In quibus docet quid obseruare debēt homīes. Et vt vitam hominū ostendat ⁊ mores: inducit aues. arbores. bestiasqꝫ loquentes ꝓ ꝓbanda vita cuiuslibet fabula. quas qui diligēter inspexerit inueniet ioca. loca apposita que et risu miscent̄ ⁊ ingenium acuant. Hic ꝑmo anno Cyri regis persarum fertur fuisse ꝑemptus. Nouissime eas fabulas omnes vna cū ipsius Esopi vita Rinutiꝰ quidaꝫ eruditꝰ vir: ad Antoniū tituli sancti Crisogoni cardinalem latinas accuratissime fecit.

Decem virorum rome electio

DUodecimo Artaxersis regni āno. ccc. ⁊ altero ab vrbe cōdita. L. menenio ⁊. P. sextillo capitolino cōsulibus. Romanis placuit qđ consulare impium cessaret: et eius loco decem viri deligerent̄: ꝑ quos sine ꝓuocatione omnis regeret̄ ciuitas. leta eius ingratus tpa (vt Liuiꝰ ait) nimium luxuriare incipiēs. cicius eius res lapsa est. Quia post annū exacti sunt ob facinora Appij claudij.

Leges duodecim tabularū

ROmani cum hucusqꝫ legem non haberent magnaqꝫ inter tribunos et consules de legislatore orta est disceptatio. terciodecimo regni Artaxersis anno legatos athenas miserunt. Qui non solū ab atheniensibus Solonis leges obtinerent. verūetiam ex alijs grecie ciuitatibus mores institutaue romani perferrent. Ac sic ab eisdem legibus traditis scilicet decem tabularum. Romani postea duas addiderunt. vnde et postmodum illa decem tabularum famosissima emanauit lex vt habet̄. ff. de ori. iu. l. ij. et dis. vij. c. ij. Ordinataqꝫ erat in. xij. tabulis tota iusticia.

Tribuni et ediles Rome creati

QUartam seditionem bonorum cupido excitauit. vt plebei quoqꝫ magistratus crearent̄. Fabius ambustus duarum pater: Alteram sulpitio patricij sanguinis dederat. alteram plebeio. Tribuni igitur plebis sextodecimo regni Artaxersis anno rome creati sunt. Quod quidem tribunatus officium et si magistratus dignitatem non haberet. maximi tamen momenti in republica fuit.

Ueturia romana



VEturia Coriolani patricij romani mater ꝑ hoc tempus iam senex laudabili opere annos suos in viriditatem traxit ꝑpetuam: quia filium suū qui infensissime vrbem obsidebat: quem legatorum maiestas ⁊ pontificum reuerentia nequiuerant ipa ab ira retraxerat durissima: ⁊ eius ꝓpositum vertit in bonū. Nam relinquens obsidionem ciuitatē liberam dimisit. Ob cuiꝰ mulieris beneficiū: ne ciuitas ingratitudine argueret̄ ex Senatusconsulto ad ꝑpetuam rei memoriā eo in loco quo hec veturia filij iram moliuit templū ⁊ ara fortune constructa sunt insup cum nullꝰ vsqꝫ in id tp̄s vel modicꝰ a viris mulieribꝰ ꝑstaret̄ honor sanccitū est vt mulieribus homīes semꝑ assurgerent ⁊ in via eis cederēt qđ nuncusqꝫ apđ nobiles seruatur. Et ꝙ eis liceret vti auro ⁊ purpurea veste aureisqꝫ fibulis ⁊ armillis nec immerito cum suis precibus steterit romana libertas.

Monarchia Regum persarũ
Dariꝰ histapsis



DArius histapsis filius quartus persarum rex anno septuagesimio captiuitatis: persis regnare cepit. Is cum alijs sex nobilibus Smerdim ⁊ patizetem magum eiꝰ fratrem trucidauit. Conuenerunt de regno persarum. Cuius equꝰ sequenti die in ortu solis hynnitũ ante regiam prius emitteret ille persaruꝫ rex habeẽ. Darius Oebaris stabularij sui solercia effecit: vt ante om̃es hynnitũ equꝰ eiꝰ primo daret: quo facto: euestigio rex creatꝰ est. Regno suscepto Atosam cambysis filiam duxit vxorem. Ex qua p̃ter xersem etiã alios genuit filios. Dedit potestatem zorobabel vt iudeos in hierusalem reducere posset et vasa reddi iussit: ⁊ ꝓ edificatione templi viginti argenti talẽta ꝑ singulos annos iudeis darent. Ideo templum edificarũt. Verũ anteq̃ e vita discederet egiptus ab eo defecit.

Xerses



XErses darij ex Atosa filius quintus persarũ rex: Centesimoquarto iudaice captiuitatis anno: ꝑsis regnare cepit. Et regnauit annis. 20. Is voluntatis p̃rne colendi deum israel: heres apparuit. Iudeis liberaliter vtens. Esdre sacerdoti amicissimꝰ crudelitatꝭ ⁊ seuicie paterne successor. Recepta egipto que a patre defecerat cũ vniuerse asie potireẽ: innumerabili exercitu grecie bellũ intulit. Athenas incendit: et infinitas strages dedit. Tandẽ leonide Spartanoꝝ ducis solercia duobꝰ acceptis vulneribꝰ fugiẽs: qui priꝰ mare nauibꝰ strauerat: in piscatoria scapha vix trepidꝰ aufugit. Et nõ multa post ab Artabano eiꝰ prefecto spe regni potiundi interfectus est.

Artabanꝰ



ARtabanus sextus persarum rex ꝑsis regnare incipiens: regnauit mensibus septem. Qui ꝓ anno computantur: hic xerse rege trucidato: cum essent ei duo filij nomĩe Darius ⁊ Artaxerses: Iuniorẽ in maioris necem solicitauit: Affirmans illũ ꝓprium obtruncasse patrẽ. Vagabusus aũt huius sceleris consciꝰ: Artaxerse filio rem postea ꝓdidit omnẽ. Is cõuocans omnes armatos: numerũ militũ recensurus: vbi Artabanꝰ inter eos astitisset: Artaxerses se breuiorẽ simulat habere loricam q̃ deceret: iubens secuꝫ cõmutare. Quo nudato euestigio cũ septeꝫ filijs eũ transfodi iussit: atq̃ ita Artaxerses egregiꝰ iuuenis cedẽ patris: necemq̃ fratris ⁊ seip̃m ab insidijs vindicauit.

Artaxerses



ARtaxerses septimus ꝑsarum rex regnauit annis. 40. Hic omniũ hominum pulcherrimꝰ fuit: sed tanta ei erat brachiorũ longitudo vt genua contingeret: et ꝓpterea longimanus dictꝰ est. Qui tributa persis p̃mus instituit. eo q̄ maximã impensaꝫ auri atq̃ argenti in edificijs constituisset: vbi tributa et que exigebat recondere posset ad bene rei administrate monimentuꝫ Et cum pacis auctor ⁊ conseruator habereẽ: Idcirco ab omnibꝰ amari promeruit. Esdras quoq̃ sacerdos et dei ꝓpheta clarissimus elegantis memorie eius imperium insigne reddidit. Neemias quoq̃ eius ⁊ Darij pincerna fuit.

Democritus philozophꝰ



DEmocritus abderides philozophus ꝑ hoc tp̃s floruit: is primo quosdam magos caldeos audiẽs: adhuc puer theologiam ac Astrologiam optime didicit: deinde vt Geometriam ꝑciperet in persidem ⁊ ad mare perexit: postq̃ etiam ad cognoscendas res diuinas in Caldeam athenasq̃ se trãstulit: vbi a nullo cognitus ip̃e Socratẽ cognouit. Tandẽ doctissimus in patriam reuersus: patrios agros ⁊ innumerabiles opes reipublice sue cõcessit. Satius dicens eum pauptate studiorum libertate letari: q̃ opum seruili cura vexari. Nam in hortulo suo iuxta vrbis muros ad contemplandas rerum naturas se contraxit: vbi ⁊ nature secreta subtiliꝰ rimari posset (sicut Cicero in quinto tuscul'. questionũ refert) Oculos sibijpsi effodit vt vegetiores cogitationes haberet. Aut ne videret bene esse ciuibus malis: vixit annos. c. et. 9. Ex eius sententijs hanc optimã habemus. Conuenientius est vt parcitatem in tuo serues q̃ luxum in alieno: parcitas eñ necessitatis remedium est.

Heraclitus



HEraclitus philozophus asianus cognomento Scotinus hoc tempe in precio fuit. Cuiꝰ libri adeo obscuri fuere vt a philozophis vix intelligeretur. vnde et ꝓpter eorum obscuritatem heraclitus dictus fuit tenebrosus. Qui cuꝫ in vltimo vite a discipulis quereret: vt notabile quid in medium ꝓferret. Nihil respondit: sed digitum voluẽs significabat omnia inferiora in cõtinuo motu esse. Hic (vt Macrobius refert) dixit animam esse scintillam stellaris essentie.

Themistocles



Themistocles atheniēsis phus: ⁊ naualis belli clarissimus ac sapientissimus dux his tpibus: tam sciētia quā rei militaris gloria inclitꝰ et clarꝰ habitꝰ est. Cuiꝰ consilio parta est victoria in maritimo prelio: supato xerse ab atheniēsibꝰ: Cū adhuc puerulꝰ esset: natura prudens: eximia semꝑ cogitabat. Cū a disciplinis ꝑcipiendis animū laxare licebat: nō ludis aut inercie sed cōponendis oratiōibꝰ sese dedit. Glorieqꝫ cupiditate incensus cupiens sibi vrbis principatum vendicare. Cum eum quidam consuleret de filia: an eam daret pauperi sed ornato: aut locupleti probato vxorem. Malo inquit virum pecunia: q̄ pecuniam viro indigentem.

Aristides



Aristidem phum atheniensem virum vtiqꝫ disertissimum per hec tpa floruisse Cicero in tercio de officijs tradit. Erat autem tum omnis virtutis tum iusticie in his que ad cōem referunt vtilitatem: ex quibus iusti nomē assecutus est: huic plato tantū tribuit vt p̄ ceteris clarissimis qui athenis claruerunt eū solum laude dignum censuerit. ferunt hunc ita inopem mortuum fuisse: vt suo sūptu efferri ad tumulum nequiuerit.

Anaxagoras



Anaxagoras phus etiam hac etate in Clazomeno asie oppido inclitus fuit. Qui cum diues admodum esset studēdi desiderio ductus: patrimoniū omne suis concessit: ⁊ in longinquas partes secessit. Post multa vero tempa reuersus cum suas possessiones desertas vidisset ait. Non essem ego saluꝰ nisi iste perijssent. Cuidā dicēti. Nōne tibi patrie cura vlla est: respondit. mihi patrie cura est: et summa quidē atqꝫ ita dicens: digitū celum versus extendit. Interrogatꝰ ad q̄d factus fuisset. Ad contēplandum inquit solem ⁊ lunam ⁊ celū. Hic audita morte filij illi qui nūciauerat ait: nihil noui nūcias. Ego ēm ex me natuꝫ sciebā esse mortalem. Cumqꝫ annis. 72. vixisset ab atheniēsibus in carcere positus: e poto veneno interijt quia solem lapidem ignitum dicebat: quē illi pro deo colebant.

Empedocles



Empedocles phus Atheniēsis his tempibus laudat: qui adeo canendi pericia edoctus erat. Ꝙ cum hospotē eius iuuenis quidā furibundꝰ inuaderet eo ꝙ patrem eiꝰ accusatione damnasset: ita dulciter canendi modum inflexisse dicitur: vt iuuenis iracundiā temperarit. Huiꝰ autē hec fuit sentētia. Tria sunt (inquit) in tota rerum varietate scꝫ affluentie mobilis conteptꝰ: future felicitatis appetitus: ⁊ mentis illustratio. Quorꝫ primo nihil honestius: scdo nihil efficacius Tercio nihil de amborum adeptione compendiosa efficacius. Descripsitqꝫ deuꝫ Deus est spera cuius centrum est vbiqꝫ ⁊ circūferentia nusqꝫ. Arbitratus deniqꝫ animas immortales se incendijs dedit.

Sapho poetissa



Sapho lesbia ex Mitilena vrbe oriunda altera poētrix. hac etiā temp estate inclita fuit: honestis ⁊ claris parentibus orta: Adeo generose fuit mētis vt etate florens ⁊ forma: non contenta solum litteras iungere plurimas sed ampliori feruore animi ingenijqꝫ suasa viuacitate conscenso studio vigili ꝑ abrupta parnasi vertice celso se felici ausu musis non renuentibus immiscuit: quid multa eo studio deuenit vt vsqꝫ in hodiernum clarissimum suum carmem testimonio veterum lucens sit. modulos lyricos expromere non dubitauit. Et ꝓpterea illi erecta fuit statua enea ⁊ suo dicata nomini. Et ipsa inter poetas celebres numerata. Eiꝰ tamen opera maiorum negligentia amissa sunt.

Zeusis heracleotes et Parrasius pictores



Zeusis heracleotes maximus pictor ⁊ ipē etate hac (vt Eusebius habet) inclitus fuit. Qui plinio teste lib. 35. naturalis historie: peniculū ad magnam gloriam perduxit. Opesqꝫ tantas acquisiuit vt institueret donare opera sua: eo ꝙ nullo precio satis digno ꝑmutari posse diceret. Pinxit autem vt idem Plinius ait. puerum vuas ferentē ad quas aduolarēt aues: processit iratus operi: ⁊ dixit. vuas melius pinxi q̄ puerꝫ Nam et si hunc consūmassez aues ipse timuissent. Idem etiam scdm Quintilianum vmbrarum inuentor perhibetur. Parrasius quoqꝫ hac etate summus pictor cum predicto Zeuside in certamen descēdit. Et cum zeusis detulisset vuas tanto decore pictas vt aues aduolarent. ipē lintheum auibus pictum detulisse traditur. Ita veritatem representantis vt zeusis alitum iudicium efflagitaret. Sed tandē remoto lintheo et ostensa pictura atqꝫ errore intellecto palmam ingenuo pudore concesserit parraso: quoniam ipē aues fefellisset.


Tolosa prouincie Gallie transalpine vrbs. a quodam Toloso troyano iacta sunt eius fundamenta Quam cum romani cepissent illuc colonias deduxere. Et amphrteatro capitolio alijsqz edificijs e quibus aliqua adhuc extant ornatam reddiderunt. Hec Narbonensi ciuitati ab Enee socijs condite finitima est: et in aquitania haud longe a Sonciatibus populis in qua paulus discipulus Sancti Pauli miraculis quiescit in pace. Metropolis ciuitas est. eiqz iohannes. xxij. pontifex Archiepiscopatum primo cōcessit. Atqz ex eius castellis in ciuitate sex erexit. Et eidē Archiepiscopatui subiecit: vt haberet Tolosan9 archiepiscopus: quibus cum dignitate preesset Francorum regi subdita: qui in ea bonarū litteraruz gymnasium etiam constituit. In ea corpus sancti Saturnini ꝛ aliquorum apostolorum reliquie summo venerātur honore. Is eiusdem vrbis primus episcopus a paganis tentus atqz e summa capitolij arce ꝑ omēs gradus precipitatus capite colliso excussoqz cerebro et omī corꝑe dilaniato dignā ibi xp̄o exalauit animā.

Turo quoqz gallie prouincie metropolis ciuitas a bruto brittanorum rege condita est. Quā a turno eius nepote ibidem a Gualfredo aquitanorum duce in prelio interfecto Turonē nominauit. ea siquidem celebris nunc ciuitas est: ligeri enim fluuio abluitur. Qui Bituriges ab heduis diuidit: et ab occeano sursum nauigationem habet. A qua non paruam cōmoditatē ciuitas ipsa percipit: hic quippe cum Archiepiscopalis sedes existat: vndecim suffraganeos continet. Qui ꝛ pro maiori parte in Celtica sunt: et ex maiori parte in Brittanie citerioris ducatu nomen retinens In francorum regno sita est. Ipsa cum multarum rerum opulentissima sit habita: etiam non ignobiles continet edes. Habuit hec ipsa ciuitas plurimos celebres viros omni virtute et sanctitate insignitos. Inter quos diuus Martinus eiusdem episcopus sanctissimus fuit. qui tante sanctitatis extitit pontifex vt trium mortuorum meruerit esse suscitator. Atqz alium nomīe perpetuum habuit episcopum admirande sanctitatis virum.

Tolosa



Mediolanum



MEdiolanū ciuitas potētissima apud insubres totiꝰ Cisalpine gallie metropolꝭ ⁊ vrbiū ceteraꝝ Mater Originē habuit: quā Liuiꝰ patauinꝰ ⁊ Trogꝰ pompeyꝰ narrāt a gallis qui duce Brēno in ytaliam ascēderāt populiq̄ꝫ loca incolētes in quibꝰ est edificata Insubres appellabāt impante assuero persarū rege a gallis senonēsibꝰ nō cōdita vt multi astruere: sed aucta ⁊ instaurata fuit. Eā tñ Josue hebreoꝝ iudicis tpe aliq̄ ꝑmo conditā fuisse dicūt. Et tpibus troyanoꝝ clarissimā fuisse. Cū Sicambri germanie ppli a sicambria ꝑami sorore dicti tpe Sampsonis occupat͛ germanie ꝓuincijs Mediolanū versus hostili anio aciez dirigētes Juliū insubrū regē obuiū habuerūt. Cū quo pace cōfecta federa ꝑcussere vt vnꝰ populꝰ ⁊ vnū efficeret̃ regnū: fuit tamē vsq̄ꝫ ad Brennū ducē haud ciuitas mag̃. Eiꝰ aduentū mirūimmoduz aucta ⁊ instaurata. Cū antea Subria ⁊ Mesopia ⁊c̄. dicta fuerit. Mediolanū qđ mltoꝝ animū circūdata appellata ē. Scribit Liuiꝰ exercitū romanū tūc ꝑmū vltra paduz fuisse ductū: ⁊ gallos insubres aliquot ꝑlijs supatos in deditiōꝫ tūc primū venisse qđ quidē ad annos rome vrbis cōdite. cccc lx. fuissevidet̃. Claudius marcellꝰ deinde boios ⁊ insubres gallos subegit⁊ triūphauit. Post quē triumphū vrbs Mediolanēs̄ ꝑ annos ferme quīgētos pacatissima altera roma cognomīata: adeo florēs fuit. vt illā ꝑncipes romani (quo ad ꝑoccupatiōes licuit) inhabitauerint. Nerua trayanꝰ Adrianꝰ maximianꝰ philippꝰ ⁊c̄. Emporiū certe totiꝰ longobardie fuit: ⁊ agrū vniuersuz in oī bonitate feracissimū babet. Eam herculeꝰ maximianꝰ menibꝰ ornauit: murū scđm adiecit⁊ vrbē ampliauit. Et ex suo noīe herculeā appellauit: in honorē herculis phanum struxit: qđ nūc diuo laurētio extat dedicatū. Post tā diuturnā felicitatē primas habuit molestias beato Ambrosio adhuc supstite Arrianis infestantibꝰ. Paulo post attila ytaliā ingressus Mediolanū diruit: Instaurataq̄ꝫ parū quieuit: a longobardis ea vrbs maxīs molestijs agitata est. Illis a karolo magno domit͛ ꝑ annos sexagita⁊ trecētos floruit: quousq̄ꝫ Fridericꝰ barbarusso impator eā solo eq̄uit. Deinde Mediolanēses a parmēsibꝰ ⁊ placētinis adiuti: tanto patriā reedificauerūt aīoꝝ ardore: vt intra trienniū. ditior. potētior frequētiorq̄ꝫ solito facta videret̃. Inde mirabile habuit incremētuz Mediolanū eī phisico nāli situ suo ab incēdijs caumatū ⁊ frigoꝝ rigoribꝰ eq̄liter abesse Alexāder q̄ntꝰ noīe summꝰ pontifex scribit ⁊ ꝓpterea locum totiꝰ orbis tempatissimū aeremq̄ꝫ serenissimū ⁊ aquarū in puteis ⁊ fontibꝰ salubritatē obtinere. Quā tamē lacꝰ pulcherrimi decē ⁊ septē: ⁊ sexagita q̄tuor flumīa terre supficiē irrigātia in illiꝰ agro repiant̃. Porro ciuitas hec quātū temploꝝ magnitudīe: regaliū domoꝝ amplitudīe: clarissimoꝝ ediū nobilitate: ⁊ vicoꝝ ꝓbitate: necnō ⁊ oīm artiū bonitate floruerit nr̄aq̄ꝫ etate floreat: tū potētissimoꝝ dñoꝝ ducali maiestati obsequētiū: tū vtriusq̄ꝫ sexꝰ cōtuberniū religiosoꝝ inhabitantiū. Ac caterua huiꝰ vrbis equestris ordinis virorū ac doctoꝝ necnō ⁊ armoꝝ ⁊ pannoꝝ ⁊ oīmfariā vestimētoꝝ fabrica ⁊ mercatura declarant. Dicit ꝑscriptus pōtifex Barnabā pauli cōdiscipulū ꝑmū fuisse mediolanēs̄ ecc̄ie epm̄. Cui paulo post successerit Beatus Ambrosiꝰ doctor ecc̄ie celeberrimꝰ. A q̄ sctūs Aureliꝰ augustinꝰ doctor ⁊ ipē excellētissimꝰ in ipō Mediolano ad fidem xp̄i conuersus est: duces postremo castrū supbissimū in ea ⁊ hospitale celeberrimum cum templo beate Marie virgini dicatū edificauerūt. Ac alijs q̄ꝫ plurimis exornarūt.

Monarchia regū persarū

Xerses



Sogdianus



Darius notus



Assuerus



Ochus



Arsanus vel argus



Darius



XErses eiꝰ nomis scd̄us: Octauꝰ psarum rex reg̃-
uit duobꝰ tm̄ mensibꝰ; pꝰ quē Sogdianꝰ nonus
regnauit mēsibꝰ. 7. de quibꝰ ob tpis breuitatē nil me-
morie dignum habemꝰ.

ILle iesus filiꝰ syrach natiōe hebreꝰ: librū q̄ eccl'ia-
sticꝰ dicit̄ edidit. quē hebrei panarethos vocāt a pan
qđ est totū. ⁊ rethon qđ est virtꝰ: quasi totꝰ virtuosus
In quo de oī virtute tam theologica q̄z politica pul-
cherrime tractat. Quez ideo ecclesiasticū noīauit: Eo
q̄ de moribꝰ totiꝰ ecclesiastice discipline religioseq̄z cō-
uersatiōis magnā curā habere visus fuerit.

HErodotꝰ grecꝰ hystoricꝰ omībꝰ grecis p̄ferendꝰ
ea tēpestate hystoriar̄ libros edidit. q̄s cū athe-
nis in cōcilio legisset p̄rimū honoratꝰ est qui vt Qui-
tilianꝰ ait. Dulcis ⁊ cādidꝰ. Pliniꝰ li. 12. nāalis hysto-
rie dicit eū scripsisse hystoriā.

DArius cognomēto notꝰ decimꝰ psarū rex: regna-
uit ānis. 29. Hic inito impio ɔtra Athenīēses grauis-
sima mouit bella. Ideo ɔuersi in fugā nec deinceps p-
sis occurrere sunt ausi: Eiꝰ regni anno decimo egiptꝰ ab eo discessit.

SOphodes athenīēsis poeta tragicꝰ. Quē cicero ob ingeniȷ̄ magnitudinē
diuinū poetā appellauit. Is vltimis vite sue diebus
tragediā in certamīe ad iudiciū peritor̄ miserat: ⁊ in-
tellexerat q̄ victor esset. p̄ gaudio expirauit.

ARtaxerses eiꝰ nois scd̄us cognomēto Memnō
quē hebrei Assuerū noīant vndecimꝰ psarū rex
regnauit ānis. 40. Dariȷ filiꝰ potētissimꝰ sup om̄s q̄
an̄ eum fuerūt. Cuiꝰ regnū ab india vsq̄z Ethiopiā su-
per. c xxviȷ. p̄uinciās fuit. Tercio regni sui āno grāde
cōuiuiū p̄parauit ⁊ subiectos magnifice pauit in tab-
naculo mirabili. Reginā vasti cū venire recusasset eaz
abiecit. Et honorē hester p̄buit: ⁊ in locuz eiꝰ p̄ regina habuit.

ARtaxerses terciꝰ qui ⁊ ochꝰ Assueri ex Hester filiꝰ duodecimꝰ psaruz rex regnauit
annis. 26. vir certe seuus atq̄z īmanis vt suis facinori-
bus eternā sibi apđ psas cōparet memoriā. Hic Nec-
tanabo egipti rege ī ethiopiā pulso ad suū reuocauit
regnū. Hic suor̄ cōiuratiōe veritꝰ: cognator̄ cede: pri-
cipūq̄z strage: totā impleuit regiaz: nullo sanguīs aut
sexus etatisue habito respectu. verūtamē diuinā non
euasit vltionē. Quia a suis obtruncatꝰ fuit.

ARsanꝰ ochi regis filiꝰ. 13. psarū rex regnauit an-
nis. 4. Genuit aūt filios multos de quibꝰ hero-
dotꝰ memīt: de eo aūt nil memorie dignū habet̄. Ia-
dus vero sextꝰ iudeor̄ pontifex hoc ip̄o āno in de mor-
tui iohānis pōtificis p̄ris pōtificatu succedēs. sedit an-
nis. 50. vir certe bonus. ⁊ pacis amator.

PArmenides ph̄us athenīēsis cōsortia hoīm fu-
giens in rupe caucasi montis consedit. Et logicaz
primus inuenit. Hic zenonis p̄ceptor extitit.

DAriꝰ Arsani p̄dicti regis filiꝰ vltimꝰ psarum rex ⁊-
ip̄e primo anno regni Alexandri psarū regnū acci-
piens regnauit ānis. 6. Hic cū potētissimꝰ essz: ne regie
maiestatis honor deesset: bellū cū Alexandro magno va-
ria fortuna gessit. Tandez ab eo victꝰ ⁊ superatꝰ: ⁊ a co-
gnatis turpiter occisus. vitā pariter cū psar̄ reḡ finiuit.

MElissus ph̄us ex Samo insula originē ducēs. Parmenidis auditor: quez
Aristoteles p̄sepe nomīat: magna virtutis sue documenta edidit.

BRenus Senonēsiū gallorū dux. Monuchri anglor̄ regis filius. 13. assue-
ri psarū regis anno cū exercitu trecētor̄ miliū Galloruz relicto ꝓprio solo
ytaliam venit. Et expulsis veteribꝰ tuscis: eorūq̄z vrbibꝰ occupatis multarū vr-
biū (policrate ac iustino testibꝰ) fundamēta iecit. vt mox dicetur.

Jesus filius sirach



Herodotus



Sophocles



Parmenides



Melissus



Hippocrates medicꝰ



Hippocrates filius Eraclidis vt Galienus primo regis acutorū (licet quidam scribāt asclepij) filiꝰ: et pitagore discipulꝰ: oīm medicorū pnceps: in insula Choo genitus ꝑ hoc tp̄s clarissimus habitus est. Hic medicinā longo tempore ꝑditam reuocauit in lucem. que quingētis annis post esculapij morte latuerat. Is voluptates omnes admodum detestabatur: discipulos suos vt diuꝰ Hieronimus scribit iuramento astrinxit vt silentium seruarēt: vt mansuetudinē in habitu moribusqꝫ ostenderēt: fuit (vt ferunt) corꝑe paruus pulcher forma: grandi capitis. tardiqꝫ motus multe cogitationis. tarde locutionis: ⁊ modici cibi. Vixit autē annis nonagintaquinqꝫ. Cuiꝰ hec fuit pulcherrima sentētia. Qui vult liber esse: non cupiat quod habere non potest. Qui vult habere qđ cupit: cupiat qđ habere potest. Qui vult in hac vita pacifice viuere: similis fiat illi qui ad conuiuium inuitatur. Qui de om̄i apposito gratias agit: et de defectu rerum nō murmurat.

Zeno philozophꝰ



Zeno philozophus actiensis ex cypro greca ciuitate fenicibus frequenter accolis. Fuitqꝫ napsei (siue vt alij dicunt demei) filius. Appolonius autem Tyrius dixit eum gracili corꝑe fuisse: statu procero ⁊ atra cute. Unde illū Chrysippus palmitē egiptium vocabat. Crura habuit turgida ⁊ imbecilla atqꝫ infirma: ob quod teste ꝑseo multas cenas declinauit. Vescebatur libēter ficubꝰ recētibus ⁊ ad solē passis: auditor fuit cratis. Stilpionē etiam ⁊ xenocratē decennio audiuit: fuitqꝫ vna cum Cytheo philozopho stoyce secte auctor: quorū sentētia fuit. Id summū bonum qđ honestum est. Nihil deest ad recte viuendū ei in quo virtus est. Tanto in honore apud atheniēses habitus est: vt apud eum claues vrbis deponerētur. Ornaruntqꝫ ip̄m aurea corona ⁊ imagine erea: hocip̄m ⁊ sui ciues fecere. Habuit auditores eximios: inter quos antigonus cum ibat athenas eiꝰ erat auditor: cui ⁊ aliquando epistolam scripsit. Hic adolescētulo cuidam inepta multa loquēti ait. Ideo duas habemus aures: os autē vnum: vt scilicet multa audiamus: ⁊ pauca loquamur. Nonagesimo etatis sue anno decessit incolumis integer ac sine morbo.

Socrates phus



Socrates atheniēsis philozophꝰ clarissimꝰ ex pago alopecēsi filiꝰ sophronisci marmorarij: ⁊ phanerete obstetricis filius. Fuitqꝫ vt quidam ferunt Anaxagore primum auditor: postea Archelai cui in scola successit magisterqꝫ Platonis ⁊ p̄mus ethice inuentor his tempibus floruit: philozophiam em̄ vt Citero scribit euocauit e celo ⁊ in vrbibꝰ collocauit: demosqꝫ introduxit. ⁊ coegit de vita ⁊ moribus rebusqꝫ bonis ⁊ malis q̄rere. Quā obre vt scribit Solinꝰ non solum consensu hominum verūetiam appollinis oraculo fuit sapiētissimus iudicatus. Fuitqꝫ orator ꝓmptus ⁊ acer: et p̄mus teste fauorino cum Eschino discipulo oratorie artis campos apuit. Qui ad acquirēdam sapiētiam vsqꝫ ad senectutē vltimas terre regiones ꝑlustrauit ⁊ licet sapiētissimus esset: se tamē nihil scire reputauit. Unde sepe illud dicebat vt hieronimꝰ ad paulinū ait. Hoc vnū scio qđ nescio. Fuit insuꝑ socrates mirabilis castitate. iusticia: alijsqꝫ virtutibus: in cuius quidem sigillo (vt dicitur) sic scriptum erat. Amicꝰ hominis est sapiētia eius Inimicus vero homis est stulticia eius: huius quippe multe fuere sentētie. quarum hec p̄ciosissima cēsetur. Age sic alienum vt tuum non obliuiscaris negotiū et qualis vis videri talis esto: Demum accusatus ꝙ derideret quercum: canes ⁊ hyrcos esse deos: quos atheniēses colebant. Tandē veneni poculo defunctꝰ est Post mortē eius atheniēses penitētia ducti: imaginem auream pro eius memoria in templo collocarunt.

Isocrates orator grecꝰ



Isocrates natione grecus orator clarissimꝰ: Gorgie auditor multorū phorū p̄ceptor eximiꝰ: vt Macrobiꝰ attestaꝭ. Hic teste quintiliano in diuerso dicēdi genere nitidꝰ fuit ⁊ comptꝰ: ⁊ palestre magis q̄ pugne accomodatꝰ. oēs dicēdi veneres lectatꝰ: inuētione facilis ⁊ honesti studiosus. Ac in cōpositione adeo diligēs vt cura eiꝰ reprehēdaꝭ. Huiꝰ oratiōes et oꝑa extant ac aliqua traducta sunt: que maxīa voluptate leguntꝭ. Edidit quoqꝫ libellū exhortatoriū in quo hec poniꝭ sentētia: Talis fias parētibꝰ: quales erga te natos fieri ꝑoptas. Serua magis verborum q̄ rerum deposita. Vixit annis. 94.

Thucydides hystoricus



Thucydides grecus hystoricus ⁊ quidē grauissimꝰ hoc etiam tp̄e teste Eusebio agnosciꝭ. Et teste quintiliano: est densus ⁊ breuis ac semꝑ sibi instans: quem Thucydidem laurentius vallensis postea et herodotum latine loqui docuit. quorū opera nūc in precio habentur.

Xenophon phus



XEnophon phus et dux exercitus Atheniensium insignis Grylli atheniensis filius: homo verecundus ⁊ speciosus vtraqꝫ dici possit. moratusqꝫ probus et omnibus gratus. Fuit socratis discipulus ⁊ platonis emulus. Quia xenophon inclito illi operi platonis quod de optimo statu reipublice ciuitatisqꝫ administrande scripserat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucē venerant se opposuit. et cōtra multa scripsit. Quo audito valde permotū fuisse platonem ferunt. Hic primus ex his que a socrate dicebātur notis excepit et in publicum edidit cōmentaria scribens. Et primus omnium phoꝝ scripsit hystoriam. Fuit etiaꝫ dux strennuꝰ. et qui ex vltimis babilonie finibus exercitū reduxit asperis et difficilimis itineribus p infestissimas gentes ac barbaras incolumē in patriam conduxit. Vixit autem annis. 89.

Archita tarentinus



ARchita tarentinus fuit Mnesagore (siue vt Aristoxenus ait) Estei filiꝰ philozophus pytagoricus his temporibus nobilissimus. et in omni virtutis genere maxime admirationi habitus. Hic platonem phm cum a Dyonisio necādus esset per epistolaꝫ eripuit. Multaqꝫ composuit ex quibus hanc precipuā sententiam habemus. Nulla pestis capitalior est q̄ȝ voluptas corporis. Cuius aude libidines temere et effrenate ad potiendum incitantur. Hinc patrie proditiones. hinc rerumpublicarum euersiones. Nullū deniqꝫ scelus: nullum facinus est ad quod suscipiendū non libido voluptatis impellat.

Plato phus



PLato philozophus nominatissimus p hoc tempus Eusebio referēte omnium phoꝝ clarissimus fuit. Aristone patre: et matre perictonia siue (vt alij dicunt) petona. Athenis simili die natus quo apud delon appollo: vt retulit appollodorus. Mater a Solone certissimuꝫ duxit genꝰ: Similiter aristo illiꝰ pater ad Codrū melanthi filiū refertur. Habuit fratres plato Adimantem ⁊ Glauconem Et sororem petonam de qua Speusippus phus ortū duxit. Litteras didicit apō dyonisiū grāmaticū: sed in palestra apud aristonē exercitatus. Primū namqꝫ picture studuit: poemata edidit ⁊ tragedias. Et plato pro egregio corporis habitu cognominatꝰ cum priꝰ Aristocles ex aui paterni nomine diceretur. Vicēnis audiuit Socratem illo mortuo audiuit Crathylū ⁊ hermogenē. Annoꝝ. 29. megaram ad euclidem se contulit. Hinc Cyrenē profectꝰ theodorū audiuit: Postea in egiptū pfectꝰ pphetas sacerdotesqꝫ audiuit vbi comitē habuit euripidem tragicum. Regressus athenas in achademia morabatur. Terqꝫ in siciliam nauigauit vbi cum mortis periculū euasisset venditus est. Interrogatꝰ aliquādo in quo sapientiam quis adipisci posset. Respondit in non expectādo que euenire nō possunt: nec de pteritis recordari. Obijt deniqꝫ plato in conuiuio discumbens anno etatis sue. 81.

Antistenes



ANthistenes atheniensis phus. Hic in initio Gorgiam audiuit oratorem: deinde Socrati sese addixit. Et cum habitaret in pyreo: quottidie quadraginta stadijs emensus audiebat socratem. A quo tollerantiam addiscēs tranquillitatisqꝫ illius imitator effectus. Cynicam prior sectaꝫ inchoauit: princepsqꝫ in ea fuit. Platonem insimulabat fastu turgidum. Et cum audisset aliquando platonē sibi maledicere. Regium est inquit male audire cū benefeceris. Libros multos ⁊ diuersarum rerū scripsit. De eo Hieronimus cōtra iouinianū scribit. q cū rhetoricam gloriose doceret audiēs socratem discipulis dixit. Abite ⁊ magistrū vobis querite: quia ego mihi reperi. Cuius sententia pulchra fuit: in scientia est multa discere: et qd̄ scitis est nescire.

Speusippus



SPeusippus atheniensis phus Eurimedontis filius. platonis ex sorore nepos: octo annos scole platonice magister fuit. Irascebat facile: ⁊ voluptati dederat manus. Epicuree enim secte manuꝫ dedit. Unde diogenes phus eum dure redarguit: deinde cum paralysi solueret: orauit xenocratem vt sibi in docēdo succederet. Plutarcus scripsit illum pediculis efferuescētibꝰ interijsse. fuit corpore gracili teste Thimotheo. Reliquit plura cōmentaria ⁊ dyalogos. Eius libros aristoteles tribus talentis emit teste fauorino. Ad hunc simonides scripsit hystorias. Primꝰ inuenit quo pacto ex graciloribꝰ lignis fierēt vasa capacia.

Papia Cisalpine gallie vrbs Ticini nomine vetustior. Quã plimꝰ velle videtur fuisse conditã a populis leuijs et maricis qui fuerũt transalpini. Teste vero paulo longobardo hystorico Assueri persarum regis temꝑibus a gallis Senonensibꝰ eiꝰ fundamẽta iacta sunt. Veruꝫ longe ante insubres galli vicatim locũ inhabitauere. Hec in marginibꝰ Ticini flumis ex verbano lacu quẽ nunc maiorẽ dicunt effluentis: qui lapideo ponte pulcherrimo trahicit. Et a Ticino flumie Ticinũ appellat vbi insignis scipionis de hannibale victoria extitit. Eam vrbẽ situ ⁊ aeris salubritate amenissimã reges Ostrogothoꝝ ⁊ postea longobardoꝝ libenter incoluerũt. Unde apud ipam multa fuerũt preclare gesta. Et ꝓpterea cũ mediolano magnitudine facie. antiqtate. ac dignitate diu contẽdit. Verũ nũc mediolanũ plurimũ excellit: Ambe tamẽ ⁊ nũc ⁊ olim clare illustresꝫ fuere. Eam ciuitatẽ athila rex hunoꝝ direptam vastauit: et cũ paulo post instaurata esset Odoacer Eruloꝝ rex Orestẽ patriciũ Augustuli nuꝑ genitorẽ in eo obsessum vicꝫ captũ interfecit. Ticinũꝫ vrbs crudeliter ab eo direpta atꝫ vastata est: vbi tunc cedes maxima fuit ciuiũ romanorũ quãtũ nũquã alibi post romani imperij inclinationẽ cõmissa fuerat. Rudolfo aũt burgundo ytalie regnum occupante: ꝑ septimi Stephani pontificis tempa vngari salado duce ytaliã ingressi papiã obsessam captãꝫ ferro ignicꝫ vastarũt. Interea Agapitꝰ pontifex romanꝰ ytalieꝫ ꝓceres ⁊ populi berengarij ⁊ alberti filij tyrannidẽ exosi. Ottonẽ primũ ex germania in ytaliã vocauerũt: tumꝫ ytalia a malis que diu fuerat ꝑpessa respirare cepit. Perthari longobardoꝝ rex monasteriũ sancte Agathe et theadolinda regina ecclesiã sancte Marie ad ꝑticas in ea ciuitate cõstruxerũt. Et Linthprandꝰ lõgobardoꝝ rex ossa beati Augustini ex Sardinia papiã vbi veneratissime seruãt deferri curauit. et sepulchꝝ ex cãdidissimo marmore mira celeritate structũ est: aspectu pulcherrimũ. Idemꝫ rex monasteriũ beati Petri cellula aurea appellatũ: et apd bolonam vbi curiam sepe reges tenuerũt monasteriũ sancti Anastasij martyris edificauit: Hondiberta regina ecclesiam sancti Johãnis baptiste. Et petrus epus linthprandi regis cõsanguineꝰ ecciãꝫ sancti Sauini papie construxerũt. Eiꝰ postea exornande vrbis ꝑ ceteris Johãnes galeatius maria vicecomes primꝰ Mediolanensium dux multam adhibuit diligentiã. Nã post multa ibidẽ accuratissime fabrefacta castellũ magnificentissimũ regio apparatu cũ amplissima biblioteca struxit. Et iuxta castellũ ingentem lucũ muris cinxit: in quo ferarum viuaria et pulcherrimas venatiões cõstituit. In cuiꝰ medio supbissimũ monasterium ordinis carthusiensiũ cũ eius sepulchro ingenti impẽsa fabrefecit. Luci ipius ambitꝰ est centũ ⁊ viginti cubitorum Habet nũc Papia in gymnasijs multos iurium ciuilis ⁊ pontificij ac phie et medicine scientia claros. Genuit aũt multos preclaros viros sed qui sanctitate et disciplinis ꝑcipue excelluerũt Syrꝰ eiꝰ vrbis eps doctrina ⁊ sctitate laudatissimꝰ. Enodiꝰ poeta eloquẽtissimꝰ. Habuit et Antoniũ Guaynerũ medicũ sua etate celeberrimũ q̄ in curis medicinalibꝰ multa cõposuit. Et cattonẽ saccũ. Silanũ nigrũ et alios.

Papia



Hermes



Hermes egiptius qui a nostris dicit̄ Mercurius phus: platonis olim discipulus hoc tempore clarus habetur. Qui et si homo fuit antiquissimꝰ tamen et instructissimus in omni genere doctrine: Adeo vt ei multarum rerum et artium scientia trimegesto: hoc est ter maximo cognomen imponerent. Scripsitqꝫ libros multos ad cognitionem diuinarum rerū pertinentes: qui adhuc apud grecos extant. Qui inter cetera de verbo perfecto librum edidit et dixit vt patet. 8. de ciuitate dei. Deos gentilium fuisse homines mortuos.

Apuleius



Apuleius apher madaurensis platonis etiam discipulus hisdem temporibus claruit. Et ibidem libros multos edidit: in eo enim summe eruditioni precipua lingue copia ⁊ gratia coniuncta fuit. Scripsit enim libros de Asino aureo Metamorphosin quam grecanicam fabulam appellant. Libellos quatuor floridorum de deo socratis. Librū de mūdo ⁊c̄. Cuius hec fuit sententia. Nihil est deo similius q̄ꝫ vir animo perfecte bonus.

Plotinus phus



Plotinus phus platonis quoqꝫ discipulus ⁊ porphirij p̄ceptor p hoc idē tempus floruit. Qui ad omnia virtutis ornamenta compositus: omniū etiam diuinarum dispositionum studio firmatus fuit: iustus: fortis: temperatus ⁊ prudēs extitit. Qui prudentie ratione se superare posse crederet fortune impetus. Itaqꝫ locum quietis sedis elegit vt ab omni cōuersationis humane strepitu seperatus se fortune inuidia liberaret. Nulla quoqꝫ illum desideria ceperunt. Et ppterea librum de virtutibus pulcherrimum edidit: dixitqꝫ animam rationalem: quā in celestibus habitare sedibus non dubitabat: non habere sup̄ naturam nisi deum: qui sicut Sol lunā illuminat ita ⁊ deus animam illustrat.

Diogenes



Dyogenes magnus phus fuit (teste diocle) Sinopeus Icesij mensarij filius. Is patriam relinquens Athenas venit ibi Antistenem comperit: q apprime om̄es voluptates a se abdicauerat. Pallium p̄mus duplex habuit ppter frigus et peram in qua cibos ferebat. Cum scripsisset cuidā vt sibi cellam pararet: faciente id illo tardius: dolium p domo habuit. Tempore frigoris os dolij ad meridiem vertebat: Estate ad septentrionem: estate in feruida arena se volutabat: Hieme cooptas niue statuas amplectabat̄. Idem cum vidisset puerum concaua manu bibentem: abiecit vile vas quod habebat dicens: puer me vilitate superauit. Dicebat omnia esse deorum: et sapientes deorum amicos: huic ad solem sedenti cum diceret Alexander. Pete quid vis: ait noli mihi vmbrā facere: Et fama fuit alexandrum dixisse se velle esse Diogenem nisi esset Alexander. Ferunt quidem dialogos illum fecisse et tragedias septem ⁊ alia pauca: cuiꝰ sententia extitit. Si quis bonum cum amore dederit tibi consiliū: presta illi cū amore obedientiam. Obijt deinde temporibus ptolomei philadelphi.

Philippꝰ rex macedonū



Philippus p dice regis filius vigesimustercius Macedonum rex. regnauit annis. 27. Vir vtiqꝫ bellator qui sua virtute Armenie bithinie Tracieqꝫ ac Thessalie regna simul obtinuit. Fuit autē blandꝰ alloquio: malens amari q̄ꝫ timeri sed ⁊ moribus grauis: vini nimis cupidꝰ: sed ebrietate digesta in suis actibus moderatus. Cumqꝫ p imperij sui finibus tuendis procul exiſſet Nectanabo olim egipti rex in mathematica peritissimus qui ad eum timore regis persarum confugerat: videns olimpiadem philippi cōiugē pulcherrimā: ea arte magica deludens compressit qua nocte eum mater olimpias concepit visa p quietē est cū ingenti serpente volutari que ex eo concipiēs. post reditum Philippi alexandrum peperit filium. Quē Philippus rex (licet mater eius olimpias cōfessa viro suo Philippo fuerat alexandrum non ex eo sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse) veluti tamen filium educauit charissimum. Nato autem alexādro Arestotili scripsit. S. filiū mihi genitum scito quo dijs gr̄as ago non tam p inde q̄ natus sit q̄ꝫ p eo q̄ nasci contigit tempibus vite tue: Spero vt abs te eruditus dignus fiat: Quē postea arestotiles disciplinādum assumpsit et p quīquēnium sub eo pho creuit: qui postea Bucephalū equum indomitum mansuetū fecit ⁊ intrepidus equitauit. Quē cum Philippus conspexisset dixit se ex deoꝝ responsis cognoscere q̄ post eum regnaturus esset. Vnde ⁊ currum regium ⁊ eq̄s cum summa auri ei dedit: qui contra reges Peloponensiū castra mouit: de quo victorie coronam cum gaudio patris reportauit. Accepto deinde imp̄io regem se terrarum omniū ac mundi appellari iussit.

Alexander magnus quartus ⁊ vigesim⁹
macedonum rex vltimo Arsani persarū
regis anno macedonibus regnare cepit
Et regnauit annis.12.et mensib⁹.6. viginti q̈p-
pe erat annorum cum regnare cepisset. Philip-
po igitur rege vita functo Alexander mox illiri-
am (quam nūc Sclauoniā dicimus) ardenti ani-
mo subegit. Et romanorū insulas obtinuit: sta-
timq̈ cum in Aphricam transfretasset eam totā
superauit. Deinde Syriaȝ rebellantē ingressus
ea depopulata Damascum expugnauit: Sydo-
nem subegit. Inde hierusalem versus ꝓperās
ibi iudeorum pontificem veneratus vrbem est
ingressus: iudeis immunitates concessit: inter
inicia quoq̈ multas gentes rebellantes compe-
scuit: orientis nōnullas seditiones extinxit. Qui-
bus rebus erectus tacito gradu in greciam con-
tendit. Inchoatū deinde a patre persicum bellū
aggreditur in cuius apparatu occupato: nuncia-
tur athenienses Thebanos ⁊ Lacedemonios ab
eo ad Persas defecisse. Quibus motibus oc-
cursurus tanta celeritate instructo paratoq̈ exer-
citu greciam oppressit: vt quem venire non sen-
serant videre se vix crederent. Et athenienses si-
cuti p̄mi defecerunt: ita primi penitere ceperunt
ibiq̈ ab anaximene pho placatus immunitateȝ
pariter ⁊ pacem eisdē Atheniēsibus dedit. The-
bas rebellantes mox incendit. Lacedemonios
subiugauit. Egiptum quoq̈ intrauit in quo mi-
rificam condidit ciuitatem quā ex suo nomīe vt
infra patebit Alexandriam appellauit. Deinde
cum in persidem ꝓcessisset et darius suam pueri-
ciam vilipēderet. Audita legatione matris Oli-
piadis que grauiter infirmabatur Macedoniaȝ
repetijt in quo reditu dum ex asya in minorē asi-
am ꝑ Hellespontum traijceret phrigiaȝ supauit
Macedoniam ꝑueniens matrem conualescentē
inuenit. Alexander igitur reintegrato exercitu.
Cum omnes regiones circa euphratē suo adie-
cisset imperio ponte facto euphratē transiuit. et
Persipolim appropinquauit. In qua darius ꝑ-
saruȝ rex morabatur. In exercitu eius fuerre pe-
ditum triginta duo milia: equitum quatuor mi-
lia quingēti: naues centum.lxxxij. hac tam par-
ua manu vniuersum terrarum orbē vtrum sit ad-
mirabilius vicerit. An egredi ausus fuerit incer-
tum est. Cum ad tam ꝑiculosuȝ bellum exercituȝ
legerit non iuuenes robustos: nec p̄mo flore eta-
tis sed veteranos plerosq̈ etiam emerite militie
qui cum patre patruisq̈ militauerant elegit: vt
non tam milites q̈ mgr̄os militie electos puta-
res. Ordines quoq̈ nemo nisi sexagenari⁹ du-
xit: vt p̄ncipia castrorum quasi senat⁹ reipubli-
ce videretur. Itaq̈ nemo in p̄lio fugaȝ sed victo-
riam cogitauit. Contra rex ꝑsarum darius fidu-
cia viriū nil astringere affirmās suis occulta cō-
silia victorie furtiue cōuenire. In acie ꝑsarū sex-
cēta milia militū fuere. Que non min⁹ arte alex-
andri q̈ virtute macedonū superata terga verte-
runt. Post victoriam maior pars asye ad eū de-
fecit. Deinde nūciatur Dariū cū ingenti exerci-
tu aduentare itaq̈ timēs angustias magna cele-
ritate thaurū transcēdit: et ad Tarsum vrbē per-
uenit vbi infirmitate grauat⁹ quieuit. Interrea

Darius cum tricentis milibus peditū ⁊ centuȝ
milibus equituȝ in aciem ꝓcedit. Alexander cō-
ualescēs exercitum in hostem duxit: post hec p̄li-
um ingentibus animis committit. In eo vter-
q̈ rex vulnerat tamdiu certamen anceps fuit q̈
ad fugeret Dari⁹. Exinde cedes ꝑsarum secuta
est. Cesa sunt peditum sexaginta vnum milia: e-
quitum decem milia: capta quadraginta milia.
Ex macedonibus cecidere pedestres.c xxx. equi-
tes.cl. in castris ꝑsarum multum auri ceterarū-
q̈ opum inuentum. Inter captiuos castroꝝ ma-
ter ⁊ vxor eademq̈ soror ⁊ filie due Darij fuere
Post hec opes darij diuiciarūq̈ apparatum cō-
templatus: admiratione tantarum rerum capit
et tunc bersaneȝ captiuam diligere ꝓpter forme
pulchritudinem cepit. A qua postea susceptum
puerum herculem vocauit. Darius cum babilo-
niam ꝓfugisset pro redimendis captiuis alexā-
dro magnam pecuniam pollicet: qui non pecu-
niam sed regnū petit. Tum spe pacis amissa bel-
lum Darius reparat quadringētis milibus pe-
ditum et centum milibus equitum obuiam va-
dit alexandro. post hec prelium committit Ma-
cedones in ferrum cum contemptu totiēs a se vi-
cti hostis ruebant: econtra perse mori q̈ vinci p̄-
optabant. Raro enim vllo p̄lio tantum sangui-
nis fusum est. Darius cuȝ vinci suos videret vo-
luit mori ⁊ ip̄e: sed a ꝓximis fugere compulsus
est. Hoc p̄lio asye impiū rapuit: cuius tanta fuit
felicitas vt post hec nemo rebellare etiam ausus
fuit. Expugnat et ꝑsipolim caput persici regni
Darius a cognatis suis captus in gratiaȝ vi-
ctoris aureis compedibus vincitur: deinde mul-
tis vulneribus confossus interijt. Et sic ꝑsarum
regnum finem accepit cum regnatum fuit sb.14
regibus annis.254. Post hircaniam mardosq̈
subegit: ibi concurrit ei amazonum regina cum
ccc. milibus mulieribus. Post hec indiaȝ petit
vbi porrus rex capitur et regno indorum poti-
tus est. Tandem cū in babyloniam redijsset mł-
tis diebus ocio deditus: accepto poculo media
potione repente veluti telo confixus ingemuit:
ꝑ Cassandrum antipatris filium datur venenū
Cuius tanta vis fuit vt non ere non ferro: nō te-
sta contineret nec aliter ferri nisi in vngula equi
potuerit. Quarto die indubitatam sentiēs mor-
tem agnoscere se fatum maiorum suorū ait. Ad
postremum corpus suum in hāmontis templo
condi iubet. Cum quererēt quem imperij face-
ret heredem respondit dignissimum. sexto die
p̄clusa voce exemptum digito annulum perdu-
ce tradidit. Recessit alexander: mense vno. ānos
tres et.xxx. natus. vir sup̄ humanam potentiaȝ
animi magnitudine preditus.

Linea pontificuz

Jadus



Onyas filius Jadi



Linea Christi

Achym



Achym filius sadoch vtpz Mathei primo Anno mōdi. 4909.

Iste Jadus sextꝰ iudeoꝝ pontifex post mortem Johānis pōtificis pōtificatu succedēs sedit annis. 50. vir certe bonꝰ ⁊ pacis amator. occurrit alexandro irato iudeis qn̄ volebat vastare hierusalē indutꝰ pontificalibꝰ quē vidēs placatꝰ sbito descēdit de equo. dei nomē adorabat pōtificēqꝫ veneratꝰ est. Demū cū intrasset ciuitatē oblata fuit sibi ꝓphia danielis q̄ de ipo erat. ⁊ cuz coram eo lecta fuisset valde gauisus est. Sumpsitqꝫ maiorē inde fiduciā pugnādi cōtra dariū. Et concessit iudeis libertatē suis legibꝰ vtēdi. et qꝫ septimus annꝰ esset absqꝫ tributo ꝓpter sabata terre.

Onias iadi pōtificis filiꝰ septimꝰ hebreoꝝ pōtifex scdo anno regni ptolomei patri in pōtificatu succedēs sedit annis. 17. Cuius dignitate leges apud iudeos custodiebant optime. Et ciuitas hierusalē in omni pace habitabat qua ꝓpter etiaz gentiū reges ipam ciuitatē et templū summo cum honore habuerūt. et maxis muneribꝰ ornauerīt.

Syriaꝝ regni principium

Siria Asie regio ab oriēte Eufrate fluuio. ab occidente mari mediterraneo ⁊ egipto terminatur a septentrione Armeniam et Capadotiam habet. Et a meridie Arabicum sinum.

Iste Seleucus vnꝰ ex alexandri principibꝰ in syria post eū regnum obtinuit. Sed antigonꝰ ipm expulit. Quē ptolomeus post obitū Antigoni deuicto demetrio eiꝰ filio restituit. Is postea regnauit annis. 32. Cōtinuis aūt laboribꝰ vsqꝫ ad octogenarios annos semp bellū gessit. In q̄ depugnās tandē extinctꝰ est.

Antigonꝰ Philippi regis filiꝰ ⁊ alexandri frater post euz in asia regnare cepit. et regnauit annis. 18. Hic inter alexandri pncipes vnꝰ habebat. Vir certe supbissimꝰ. ideo multa bella gessit. In quibꝰ tandē occubuit. Demetriꝰ eiꝰ filiꝰ fuga sibi salutem petiit.

Sarabella pfectꝰ supsticiosum templū edificauit in mōte garizym vbi posuit Manassen fratrē iadi pontificē. q̄ erat generꝰ. Et hic incipit Scisma iudeoꝝ. qr multi adheserīt ei q̄ ꝓphani vel excōmunicati dicti sūt Samaritani. qꝺ scisma vsqꝫ ad destructionē tēpli p romanos durauit.

Monarchia

Alexander magnus



Reges Syrie

Seleucus



Anthiochꝰ Sother



Antigonus



Antiochus Sother seleuci regis filius secūdus Syrie rex regnauit annis 19. ab isto reliqui Syrie reges antiochi cognominati sunt.

T. Mallio Torquato Caio Attilo cōsulibus de Sardis triumphatū est Et pace omībꝰ locis facta. Romani nullum bellum habuerunt. Quod bis post romam conditam semel tantuz numa pōpilio regnante contigerat. Et porta iani clausa est vno anno.

Emilio consule ingentes gallorū copie alpes transierunt: sed pro romanis tota italia consensit. xl. tm̄ milia hostium capta et interfecta septez milia. Et triumphus emilio decretus. Gallorū siquidez animi feroces: corpa plusq̄z humana erant. sed experimento deprehēsuz est q̄ virtus eorum sicut primo impetu maior q̄z virorū est. Ita sequens minor q̄z feminarum. Alpina corpa humenti celo educata habent quoddā simile niuibus suis Cum mox calore pugne statim sudorem emittūt: et leui motu q̄si calefaciēte sole laxantur aliquot deinde annis euolutis pꝰ contra gallos intra ytaliam pugnatuz est finitūq̄z est bellum M. Claudio marcello Gn. Cornelio Scipione consulibꝰ. Postea idem Marcellus cū collega suo Cornelio ingentes copias Galloruz peremit Mediolanum expugnauit: grandem predam romam ptulit ac triumphās marcellus spolia gallorum stipiti imposita humeris suis vexit.

Linea Consulum romanorum

M. C. marcellꝰ Cornelius Scipio



Lucius Mallius Cōforius M. Mallius



Lucius censorinus Marcus maulius



Eodem anno bellum punicum scdm romanis illatum est per Annibalem carthaginensium ducem filium amilcaris qui iam dudum amilcari patri ad aras iurauerat cū adhuc nouem esset annorū se vt primum posset aduersus romanos pugnaturum.

Quingentesimo et quadragesimo anno a condita vrbe Lucius emilius paulus publius Terrentius varro contra hannibalem mittuntur ambo tamen vincuntur.

Transacto punico bello secutum est Macedonicum contra philippum regem. l. et quingentesimo primo anno ab vrbe condita T. Quintius flamminiꝰ aduersus eum mittitur: et prospere gessit et pax ei ablata est his legibus ne grecis ciuitatibus quos romani contra eum defenderant bellum inferret: vt captiuos et transfugas redderet. Quinquaginta solas naues haberet reliquas romanis daret. Et per annos decies quaterna milia pondo argenti prestaret: et obsidem daret filium Demetrium.

Linea Regum Syrie

Alexander filiꝰ antiochi



Demetrius filiꝰ demetrij



Antiochus adolescens Sedetes



Triphon



Alexander



Linea Summorum pontificum

Johannes hircanus



Aristobolus



Alexander



Alexander ille filius antiochi epiphanes vndecimus Syrie ꝛ asye rex regnauit scđm Eusebiū annis. 9. semp iudeis graciosus fuit. Jonathan machabeū ducē sibi cōfederauit: eius adiutorio occidit demetriū sother: et regnauit ꝓ eo. Cleopatram ptolomei filiam regis egipti in vxorē duxit. quā prolomeus auferens alexandro demetrio filio demetrij sother vxorez dedit. tandē rex arabū ad quē alexander fugit timens ptolomeuz alexandrum occidit caput auferēs ptolomeo transmisit.

Iste Demetrius regnauit annis tribus post alexandrum. Et omni regno paterno recuperato vicijs adolescentie in segniciem lapsus postremo captus in hyrcaniam nouem annis sine regno priuatus vixit. Tandem regno restituto philometor filiam Cleopatram ab alexandro sublatā vxorem dedit.

Antiochus Sedetes adhuc puer suadente triphone aliquid molitus est pro repatione regni sed parum profecit: quia statim ab eo occisus est. Hi enim duo adinuicem dimicantes successiue modo vnus modo alter regnabat.

Iste Johannes hircanus occiso patre suo symone et duobus filijs suis Juda et Mathathia a ptolomeo duce in conuiuio in Jericho iure obtinuit sacerdotium. et administratis optime rebus viginti tribus annis mortuus est: reliquitq́ꝫ Aristobolum filium suum primogenitum et anthigonuꝫ cum alijs duobus paruulis. Cunq́ꝫ nullus eorum ad regendum populum esset ydoneus vxorem suam disertissimam prefecit ꝛ filijs. Sedit autem annis. 26. vir sacerdotio dignus atq́ꝫ ducatu strenuuꝰ. A romanis ius amicicie postulans obtinere promeruit. Hic multas seditiones a phariseis et essenis ꝑtulit: a quibus tandem liberatus: feliciter vsq́ꝫ in senium vixit

Aristobolus filius iohannis hircani in vincula matrem cum duobus fratribus minoribus suis coniecit: primusq́ꝫ dyadema regni sibi imposuit. Et vno anno tantūmodo regnauit. Fuitq́ꝫ rex et sacerdos: fratremq́ꝫ suum suggestione vxoris sue interfecit. Et decursis. 475. annis a sedechia vltimo rege iuda quando regnum iuda interruptum et finitum fuit. mortuus est morbo acerbissimo: vt sanguinem laceratis visceribus euomeret.

Triphon capto Jonatha proditorie contra Symonez fratrem Jonathe bellum mouit. Et acceptis a symone centum argenti talentis et duobus filijs Jonathe contra ꝓmissa Jonatham cum duobus filijs occidit. Et postea dominum suum Antiochum adolescentem interfecit et pro eo regnauit.

Iste Alexander aristoboli frater apud iudeos pontificatum et regnum suscipiens regnauit annis. 27. relicta enim vxore Aristoboli que ex eo prolē non susceperat a vinculis cum duobus fratribus eum absoluit ꝛ tanq́ꝫ maiorē regem iudee constituit: qui fratrem suum scđo a se genitum occidit. tercium vero regno priuatum secum viuere coegit: qui adeo nequissimus fuit ꝙ mille seniores intra sex annos peremit. Octingentos quoq́ꝫ vxoratos viros vna cum vxoribus ac liberis in plateis patibulis affixit: qui eius crimina detestabant. Tandē 27. anno regni sui ex quartana febre mortuus est: et reliquit duos filios Hircanum et Aristobolum. veruꝫ vxorem suam alexandram fecit regnare: quia habuit gratiam populi: cum adhuc viuente marito humanitate sibi allexerat.

Alexander iste filius Antiochi regnauit post triphonem quem occidit dyodatus dux.

Mantua gallie Cenomanoꝝ memorabilis vrbs vt quibusdā placet a Manta Thiresie vatis filia pꝰ Thebanoꝝ interitū ab Alexandro tūc illa cōdita fuit. Sūt tñ qui dicāt Thiresiā thesei tpibus fuisse. Et in eiꝰ seruitutē deuenisse: que post pr̄is interitū in ytaliā cū multis venit: ⁊ cū socijs grecꝫ māntuā cōdidit. Sed cū interim ex thiberino thusco rege oenꝰ natꝰ esset: ⁊ ad ipm oppidū thusci et veneti cōfluerēt. Oenꝰ muris oppidū circūdedit: ⁊ in aliā formā redegit. ⁊ a m̄re Mantuā appellauit dicēte Virgilio. x. li. Eneidos. Ille iam pr̄is agmen sciet Oenus ab oris. Fatidice mantꝰ ⁊ thusci filiꝰ amnis. Qui muros matrisqꝫ dedit tibi Mantua nomē. Cōstat tamē eam vrbē vetustissimā ab Etruscis conditā: et vnā fuisse duodecim coloniaꝝ quas T. liuiꝰ patauinꝰ docet trāsapenninū ab ea gente missas. presertim cū poeta insignis virgiliꝰ ciuis suꝰ id orbi faciat notissimū. diffusiusqꝫ eiꝰ vrbis narrat originē. Mātua diues ciuis sed nō genus oībus vnū. Hec mōtibꝰ qui galliā ⁊ germaniā ab ytalia diuidūt vicina est. Haud ꝓcul a benaco lacu ex quo minciꝰ effluit qui exundās Mantuā vsqꝫ labit̄ ibiqꝫ lacu facto vrbē circuit. Inde etiā ꝓgrediēs breui cursu padū influit. Passa est supiorībꝰ tpibus Mantua calamitates maximas: p̄ter illas que Virgiliano versu sunt notissime. Mantua ve misere nimiū vicina Cremone. Nam ab Athila: Gothis. Lōgobardis ⁊ baioarioꝝ rege aliqñ diruta: qñqꝫ spoliata. qñqꝫ menibꝰ aperta ⁊ immunita relicta. Vngari aliqñ ad solū vsqꝫ euertere: vnde ⁊ locꝰ vbi tūc fuerat ad rei memoriā nūc vngaria nūcupat̄. Mathildis nobil' comitissa eam diu tenuit. mirificeqꝫ ampliauit. Sub q̄ Nicolaꝰ scōs pōtifex romanꝰ cōciliū celebrauit: hanc permulta tpa post Mathildim mlti possiderūt. In qua p̄clarissime familie de ripa ⁊ passerinoꝝ aliqñ prefuere Demū post varios casus inclite Gonzagorū familie magni canis auxilio pulsis passerinis: ea vsqꝫ in p̄sens cū maxima laude potiti sunt. quoꝝ ⁊ preteritoꝝ dñoꝝ cura diligētiaqꝫ pulcherrimis pōtibꝰ sup lacū iactis tum supbissimis templis: regijs pallacijs: ⁊ nobilibꝰ ciuiū edibꝰ plurimū illustrata est. Vnde ⁊ nūc ampla ciuitas habita est: et rerū abūdās que ad vsuꝫ hūanū necessarie sunt. Mātue ꝑ Karoli magni tēpa sanguis xp̄i miraculosus appuit. Ad quē visendū scōs Leo papa se cōtulit. Et inde in germaniā ad karolū accessit. Karolusqꝫ caluus magni filiꝰ Mantua veneno perijt. qd̄ hebreꝰ medicus pecunia corruptus dedit. In ea Anshelmꝰ lucensis epus vir sanctꝰ et eruditione moribusqꝫ insignis requiescit. Et beatissimꝰ Johēnes bonus Mantue ciuis miraculis clarissimꝰ. Genuit et Albertinū qui tractatū de corpe xp̄i edidit. et Matheuꝫ medicū clarissimū qui ad Sicilie regē de medicinis opus egregiū perscripsit.

Mantua



Neuius poeta comicus



Neuius poeta Comicus anno.2.regni Ptolomei epiphanes dicti(vt Eusebius scribit)Utice moritur: pulsus roma factione nobilium ⁊ precipue metelli. Is inter comicos tercium locum habet de quorum dinumeratione et comicoꝝ prestantia Vulcatius in libro de poetis: hec carmina ponit. Multos incertos certare hanc rem vidimus. Palmam poete comico cui deferant. Cecilio palmam tribuo de comico. Plautus secundus facile exuperat ceteros. Deinde neuius qui seruet precio in tercio. Si q̃d quarto detur: dabitur licinio. Post insequi licinium facio attiliũ. In sexto consequitur hos terrẽcius. Turpilius septimum: Trabea octauum obtinet. In nono loco esse facile facio lucrecium. Decimũ addo antiquitatis ennium.

Plautus Comicus



Plautus comicus poeta lingue latine pater(vt idem Eusebius testaẜ)ex vmbrie arpinas al's sarsinas ciuitate rome moriẜ. Ex cuius sermone(vt varro epistolonis sententia dixit)muse locute forent: si latine loqui voluissent. Floruit in scena quintodecimo ferme anno postq̃ bellum aduersus penos scd̃m sumptum est. Et quãq̃ a pluribus grecis comicis fabulas sumptas in latinum cõuerterit: Oracij tamen sententia plautus ad exemplum siculi ꝓperare epicharmi diciẜ. Hic vt varro ⁊ pleriq̃ alij memorie ꝓdiderunt: cum pecunia omni quã in operis artificũ scenicoꝝ pepererat: in mercationib⁹ ꝑdita: inops romam rediuisset. Et ob querendum victum ad circũagendas molas que trusatiles appellantur opam pistori locasset. Ibi quotiens ab opere vacaret scribere fabulas acvendere solit⁹ erat. Mortuus est circiter centesimã et quadragesimãquintam olimpiadẽ. Iussitq̃ tale suo sepulchro epigrãma incidi vt varro de poetis dicit. Postq̃ est morte captus plautus comedia luget: scena est deserta. Deinde risus iocus ludusq̃ ⁊ numeri: innumeri simul omnes simul collacrimarunt.

Ennius poeta



Ennius quoq̃ poeta comicus Tarenti nascitur quintius ennius dictus. his temporibus(Eusebio referente)floruit. Qui a catone questore romaꝫ translatus habitauit in monte auentino parco admodum sumptu content⁹ et vnius ancille ministerio: semꝑ ꝑsuadens aĩas esse immortales. Et ideo in vite sue termino dixit. Aspicite o ciues senis ennij imaginis formam: hic vestrum pinxit maxima facta patrum: Nemo me lacrimis decoret: nec funera luctu: faxit cure volito viuus ꝑ ora virum. Idemq̃ poeta pudicitiam predicans dicebat: flagitij initiũ esse inter ciues corꝑa nudare. Hic cuꝫ comedias optimas elegantissimasq̃ edidisset septuagenario maior articulari morbo olimpiade.153.interijt. Sepultusq̃ fuit in scipionis monumento via appia.

Scipio affricanus



Scipio Affricanus alterius scipionis filius: vir oĩm romanoꝝ ferme ꝓmarius vigesimũquartum agens annũ duobus scipionibus ab hasdrubale interfectis a senatu romano ad hyspanias mittiẜ: fuit quippe panecij auditor: et inter ceteros mortales animi prestantior. Cũ intellexisset senatum ꝓpter metum hannibalis ytaliam velle relinquere: extracto gladio id ꝓhibuit asserens se velle patrie defensorem esse. Cesarie ꝓmissa vtebatur habitu corporis virilitis vt Eutropius ait septuaginta ciuitates hyspanie recepit: quibus feliciter gestis consul contra cartaginenses designatur. Eoq̃ ꝑgens aphrorum ducem cum Siphace numidie rege sibi subegit. Nec multo post cũ hannibale congressus ita ei⁹ equitatum fudit vt suꝑ viginti penorum milia cesa: totidemq̃ fere capta vna die referatur. et ip̃e hannibal cum paucis ꝓfugerit: terra mariq̃ pace obtenta in siciliam traiecit. Romam tandem ꝑuenit triumpho clarissimo inuectus: Aphricanus vocari meruit. Sicq̃ scd̃m bellum punicum terminatum est: quod ꝑ annos.18.gestuꝫ fuit. Catoni vero contradicens nolebat cartagineꝫ romano impio emulam euerti: ne romani sine belli metu lasciuirent. Huius p̃clare fuere sententie dicebat eñ: nunq̃ se minus ociosum: q̃ cum ociosus esset: nec minus solum: q̃ cum solus esset: hic tantus patrie pater ab emulis accusatus: ab ingrata patria pulsus apud litternum rustuluꝫ exulans: tandem.52.etatis sue anno morbo interijt.

Philo iudeus



PHilonem iudeum ex sacerdotum genere natum: et Alexandrie educatum per hec tempora floruisse constat. Et sapientie librum greca lingua (in q̄ peritissimus fuit) eleganti stilo conscripsit. Quē ideo sapientie librū nominauit: quia in eo christi iesu domini nostri laudes specialiter narrauit: vel quia multipliciter in eo sapientia cōmendatur. Scripsit autem multa: vt diuus hieronimus in libro de viris illustribus cōmemorat.

Catho philozophus



CAthon phūs stoicus natione egiptius panecij quondam discipulus. multa scripta reliquit. Cuius habētur plurima egregie dicta. Ex quibus hec pauca notabilia excerpta ferunt. Desines timere si sperare desieris. Queris quid pfecerim: Respōdeo amicus mihi esse cepi. Si vis amari: ama. Ab eo aliquādo quesitū fuit. An beneficium seruꝰ dn̄o dare possit: Respodit: quedam sunt beneficia: quedam vero officia: et quedam ministeria. Beneficiū inquit est: quod alienꝰ dat: Alienꝰ autē est qui potuit sine reprehēsione cessare. Officiū est filij vxoris q̄ ac ceterarum personarum quas necessitudo suscitat. et opem ferre iubet. Ministerium est serui quem conditio sua eo loco posuit: vt nihil eorum que prestat imputet superiori.

Catho philozophus



CAtho primus phūs romanus atq̄ iurista: primo quidem questor. deinde bis consul: litterarū tam grecarū q̄ latinarū apud romanos decus. Hic primū cum Q. fabio maximo militauit. Deinde anno post quīto questor Tarētum missus fuit vbi Enniū poetam inueniēs romam secū adduxit. Postmodum cū Scipione illo viro optimo affricam trāsuectꝰ rempub. nō mediocriter iuuit. Deinde ex edilitatis officio censor factꝰ: ac postea pretor optime in omnibus se habuit. Etiam bis consul et post consulatū quē strennue in hispania gessit: tribunus militum dictus est. Demum cū sero et pene senex latinas litteras didicisset etiam grecas litteras edoceri appetiuit vnde doctus factus. historias et rem militarem tractauit: atq̄ scripsit. Et dum sibi ex clementia quandam comparasset gloriā. Id egit vt iuris ciuilis peritissimꝰ haberet. Senatu namq̄ et extra Senatū cōtemporaneos omnes grauitatis et auctoritatis excellētia superauit. Censorinus aūt appellatus fuit: q̄ censure officiū sibi specialiter fuerit cōmendatū. Eiꝰ quoq̄ ornamenta fuerūt senatꝰ. maiestas. et propagata familia. Ex qua quippe maximum decus romanorum. posterior catho ortus est qui sacratissimum illud Cathonum nomen postea immortale fecit.

Scipio iunior affricanus



SCipio magni Scipionis nepos omī virtute apud romanos preclarus. Consul extra sortē factus Aphrica sibi decreta est. Veniēsq̄ carthaginē cum sex continuis diebus noctibusq̄ oppugnasset: tandem re desperata Carthaginenses ad deditionē traxit. petētesq̄ vt quos belli clades reliquos fecerat saltem seruire liceret. Atq̄ ita primū mulierū agmen satis miserabile: post virorum turba descendit. Nam (vt liuiꝰ ait) fuisse mulierum. 25. milia: virorū. 30. milia captiuorū memorie proditū est. Hasdrubal vero imperator vltro se transfuge dedit. Et eius vxor se suosq̄ quodam femineo furore in mediū se iecit incendium. Ipsa aūt ciuitas supposito igne sedecim cōtinuis diebꝰ ardens: miserūq̄ victoribꝰ prebuit spectaculū. Scipio autem et ipse cognomen illud celebre meruit: qd̄ auus eius acceperat vt propter hanc fortissimam virtutem Affricanus iunior appellaretur.

Publius Terrentius poeta comicus



PUblius Terrentius affer Carthagine natus poeta comicus. Qui a Scipione iuniore p̄dicto vt quidem existimāt in seruiturē ex aphrica ductꝰ ꝓpter ingenij magnitudinē et forme p̄stantiā libertate donatꝰ est. Alij scribunt: q̄ rome Terrētiꝰ lucano senatori seruiuit. a q̄ ob ingeniū et formā nō institutꝰ modo liberaliter sed mature manumissus. Hic cū mltis nobilibꝰ familiariter vixit. Sed maxime cū scipione aphricano et cū lelio. Scripsit comedias elegāti studio sex. In q̄bus mltorū mores ad precauēda picula ānotauit. De morte eiꝰ volcatiꝰ sic tradit. Sed vt affer sex pplo edidit comedias: iter hinc in asyā fecit: naui cū semel ꝯscendit: visus ē nūquā. Ceteri mortuū esse in Archadia stiphali sinu leucadie tradūt. Gn. Cor. dolobella. Marco fuluio nobiliore ꝯsulibꝰ fuisse dicit mediocri statura gracili corpore. colore fusco. Reliquit filiam que equiti Ro. nupsit. Hūc affranius omnibus comicis p̄fert. Sepulchro eiꝰ tale epitaphiū inscriptū fuit.

Natus in excelsis tectis cartaginis alte Romanis ducibus bellica preda fui
Dscripsi mores hominū iuuenūq̄ senūq̄ Qualiter et serui decipiāt dominos
Quid meretrix: q̄d leno: dolis ꝯfingat auarꝰ Hec q̄cūq̄ leget sic puto cautꝰ erit.

Anno sexcentesimo vigesimo septimo ab vrbe condita hij cōsules Gallis transalpinis bellū intulerūt atqꝫ eoꝝ regi viturto infinitaꝫ multitudinē iuxta rhodanū fluuiū interfecerūt. Deniqꝫ cū viturtꝰ paucitatē romanoꝝ vix ad escā canibꝰ quos in agmine habebat sufficere posse iactaret: et ipē. c lxxx. milia armatoꝝ hrēt: cōserta pugna a romanis supatus est. Ex cuiꝰ exercitu partim in bello: partim submersi cuꝫ ponte: quē sibi iūctis nauibꝰ supra rhodanū extruxerāt. cl. m. perierunt. Preda ex torquibꝰ galloꝝ ingens sublata est: magnaqꝫ gloria cōsules ambo triumpharūt. M. porcio Catone ⁊ Quīto marco cōsulibꝰ Narbone in gallia colonia deducta est annoqꝫ eodē Licinio metello ⁊ quīto lucio Sceuola consulibꝰ de dalmacia triumphatum est.

Tempore horum cōsulum iugurthe Numidaꝝ regi bellū illatum est. Qd̄ Aderbalē ⁊ Hiempsalem Micipse filios fratres suos reges: ⁊ ppli romani amicos interemisset. Missus aduersus cū cōsul Calphurniꝰ bestia: qui corruptꝰ regis pecunia pacē cū eo flagiciosam fecit. Et a senatu improbata est. Postea cōtra eūdē in sequēti anno Spurius albinꝰ posthumiꝰ ꝑfectus est. Is quoqꝫ ꝑ fratrē ignominiose cōtra numidas pugnauit. Tercio missus Quītus cecilius Metellꝰ cōsul. Is exercitū ingēti seueritate ⁊ moderatione correctū: cū nihil in quēquā corruptum faceret ad disciplinā romanā reduxit. Jugurtā varijs prelijs vicit: Elephātes eius occidit vel cepit ⁊ multas ciuitates: et cū iam finē bello impositurꝰ esset: successuꝫ est ei a Caio mario. Is iugurtā ⁊ bochū mauritonie regem qui auxiliū iugurte ferre ceperat ꝑiter supauit. xx. milia armatorū ad internitionē cecidit. Tandē ante currū Marij iugurta cū duobus filijs ductꝰ est cathēnatꝰ. Et mox iussu cōsulis in carcere strangulatus est.

Marius post victoriam iugurtinā secūdo cōsul factꝰ est. Bellumqꝫ ei contra Cymbros ⁊ Theutones decretū est. Tercio quoqꝫ ei ⁊ quarto delatus est cōsulatꝰ: quia bellū Cymbricū ꝓtrahebatur. Sed in quīto cōsulatu collegam habuit Quītum lucanū catulū. Cū priores cōsules a Cymbris ⁊ Theutonibꝰ ⁊ Ambronibꝰ que erant Germanorum ⁊ gallorū gentes victi sunt iuxta flumem rhodanum. Timor Rome grandis fuit: quātum vix hannibalis tempe punicis bellis: cuꝫ Cymbrias itaqꝫ cōflixit. Et ex duobus prelijs. cc. milia hostiū cecidit. xxx. milia cepit: interea Cymbri ⁊ Theutones quoꝝ copia adhuc īfinita erat ad ytaliā transierūt. Iterū a Caio mario ⁊ Quīto catulo cōtra eos dimicatū est: sed a Catuli parte felicꝰ. Nam eo ꝓlio qd̄ simul ambo gesserunt. c xl. milia aut in pugna aut fuga cesa sunt. xl. milia capta. Romani milites ex vtroqꝫ exercitu. ccc. perierūt. Tria ⁊ trigita Cymbris signa sublata sunt: ex hijs exercitꝰ Marij duo reportauit. Catuli exercitꝰ. xxxi. Sed ab eorū mulieribꝰ grauiorē pene qꝫ ab ipis pugnaꝫ romani expti sunt: Hee etem̄ plaustris in modū castroꝝ depositis ipe desuꝑ ꝓpugnantes diu obstitere romanis. Sed cū ab eis ipe nouo cedis genere terrerētur: abscisis em̄ cū crine ceruicibꝰ inhonesto satis vulnere turpes relinquebātur. Ferruꝫ qd̄ in hostes sumpserāt in se suosqꝫ verterūt. Nā missa ad mariū legatione cū libertatē ac sacerdotiū non impetrasset nec fas erat: suffocatis elisisqꝫ passim infantibꝰ suis aut mutuis cōcidere vulneribꝰ aut vinculis e crinibus suis facto ab arboribus iugisqꝫ plaustroꝝ pependerūt.

Anno vrbis condite sexcentesimo sexagesimo secūdo: primū rome bellū ciuile cōmotū est. Eodē āno etiam Mithridaticuꝫ: causam bello ciuili Caius marius sexies cōsul dedit. Nam cū Silla cōsul contra Mithridatē gesturus bellū (qui asiam ⁊ achaiā occupauerat) mitteref. Isqꝫ exercitū in Campania paulisꝑ teneret: vt belli socialis qd̄ intra ytaliā gestū fuerat reliquie tollerenf. Marius affectauit vt ipe ad bellum Mithridaticū mitteref. Quare silla cōmotus cū exercitu ad vrbē venit. Illic cōtra mariū ⁊ Sulpicium dimicauit: primꝰ vrbē armatꝰ ingressus est Sulpiciū interfecit. Mariū fugauit. Atꝫ ita cōsulibꝰ ordinatis in futurū annū Gneo octauio ⁊ Cornelio Cinna ad asiam ꝓfectꝰ est. In tpe ipo dira ꝓdigia visa sunt. Nam sub ortu solis globꝰ ignēꝰ regione septētrionis cū maximo celi fragore emicuit. Apud aretinos incōuiuio cruor e panibꝰ fluxit. Tum etiā oīm generū animalia que inter hoīes viuere solita erant: relictis stabulis pascuisqꝫ cū balatu hinnitu mugituqꝫ miserabili ad siluas mōtesqꝫ fugerunt. Nec mora post hec grauia prodigia bella ciuilia secuta sunt.

Linea Consulum romanorum

Caius Cassiꝰ Longinus — Sextus domicius Caluinus



Scipio Nasica — Calphurnius bestia



Caius Marius — Quintus Catulus



Gneus octauius — Cornelius Cinna



Silla patricius romanꝰ cū plurima ī iugurthino bello edidisset facinora. Jmꝑatoris gloriā a senatu reportauit. qui statim cōtra mithridatē missus in achaia ⁊ asia vicit. Hic ex antiqua atqꝫ ꝑclara scipionū familia ortus: oēm vitā ab adolescētia quibuscūqꝫ flagicijs inq̄natā vsqꝫ ad questurā duxit: quā sub mario cōtra iugurtā adeptꝰ est. Jn q̄ quidē officio vitā penitꝰ cōmutauit. Nā cathenas iugurthe manibꝰ iecit: mithridatē cōpēscuit: socialis belli luctꝰ repressit: cynne dn̄ationē fregit: ⁊ mariū ꝓscriptū ⁊ exulē esse coegit. Erat aūt lr̄is grecis latinisqꝫ optīe eruditus: facūdus: acer: astutus: glorie cupidus: multaꝝ rerū ⁊ maxime pecunie largitor: aīo grandis: ita dubitari potuit: fortior an felicior foret dictator factus. ita rempu. repressit vt nemo illo inuito: nec bona: nec patriā: nec vitā ipsam retinere posset. Sub priuata tandē vita puteolos se cōtulit morbo intestinali mortē obijt. Quo mortuo duo funestissima bella italicū qđ sociale dicebaꝶ: ⁊ ciuile syllanū finē habuerūt: que ambo ꝓtracta sunt ꝑ decē annos. Cōsumpserūt aūt vltra centū quinq̄ginta milia hominū: viros consulares. xxiij. Senatores fere. ccc. Absqꝫ his qui in tota italia passim deleti sunt.

Cum silla rempublicā cōposuisset sub his cōsulibꝰ bella noua exarserūt: vnū in hispania: aliud in pamphilia ⁊ siciliaꝫ: terciū ī macedonia: quartū in dalmacia. Nā sertoriꝰ qui partiū marianarū fuerat ad bellum cōmouit hispanias. Missi sunt cōtra eū duces Quintꝰ: Ceciliꝰ: Metellus filiꝰ eius. Et in populi ro. ditionē redacti sunt. Ad macedoniā missus est Appius Claudiꝰ deinde Cn. Scriboniꝰ Curio. Js dardanos vicit ⁊ vsqꝫ ad danubiū penetrauit: ita vno tpe multi simul triūphi fuerūt.

Bellū seruile primū inter inicia vrbis herodonio duce sabino in ipa vrbe tentatū est: sed hic tumultus magis fuit q̄ꝫ bellū. Mox impio ꝑ diuersa terrarū occupato. quis crederet siciliā multo cruentiꝰ seruili q̄ꝫ punico bello esse vastatā: terrā frugū ferax: ⁊ quodāmodo suburbana ꝓuincia late fundis ciuiū latinoꝝ tenebaꝶ. Tandē ꝑpenna imꝑatore de eis supplicium sumptum est: fuitqꝫ de seruis ouatione contentus ne dignitatem triumphi seruili inscriptione violaret.

Anno sexcentesimo vrbis condite. lxxxix. L. Sergius catilina tpibꝰ hoꝝ consulū nobilissimi generis vir sed ingenij prauissimi ad delendā patriā cōiurauit: cū quibusdā claris quidē: sed audacibꝰ viris a cicerone vrbe expulsus est. Socij eius dep̄hēsi in carcere strāgulati sunt. Ab antonio altero cōsule catilina ipē victꝰ ꝓlio est ⁊ interfectꝰ. Deinde anno sequēti Junio sillano ⁊ L. murena cōsulibꝰ metellus de creta triūphauit.

Pompeius maximꝰ romanoꝝ imꝑator maxīo in precio apud romanos habitus est: qui deuictis magna celeritate pyratis iterato contra vigintiduos reges oriētis imꝑator designatus est: qui mitridatē ī armenia minore nocturno ꝓlio vicit. Tigrani deinde regi bellū intulit: deinde albanis ⁊ regē eoꝝ herodē prudēter ⁊ hiberie regem vicit. Mox itureos ⁊ arabes. Inde ad iudeā trāsgressus est hierosolimā caput gētis obsedit: non solū natura loci verū etiā ingenti muro fossaqꝫ maxīe munitam vix tercio mense expugnauit. M. iudeoꝝ occisis ceteris in fidē acceptis: muros ciuitatis euerti imperauit: hircanū sacerdotio restituit: aristobolū captiuū romā duxit: his gestis in asiam se recepit: reuersus deniqꝫ romaꝫ cum ingenti gloria triumphauit Junio sillano ⁊ L. murena cōsulibus.

Caius iulius cesar qui postea imꝑauit anno vrbis condite. 698. cuꝫ L. bibulo cōsul factus decreta est ei Gallia trāsalpina ⁊ cisalpina ⁊ comata. Addidit ⁊ senatus illiricū cū legionibꝰ denis. Cū quibꝰ ꝑ decēꝫ annos bellans grauissima ꝓlia cōfecit. Primo vicit heluetios ⁊ vsqꝫ ad oceanū britānicū ꝓcessit. Deinde Arioistū regē cui auxiliabaꝶ Arudes Marcomones Tribeti Uangiones Sueui ⁊c. fugere cōpulit. Post hec gentē belgarū ⁊ alios qui vno noīe germani vocanꝶ. Deinde facto ponte rhenum transgressus. Domuit aūt annis. ix. fere oēm galliā: que inter alpes ⁊ flumen rhodanū: rhenuꝫ ⁊ oceanum est: ⁊ circuitus patet: hinc bellū successit ciuile execrandū. Cesar enī e gallia rediens victor aliū consulatū petijt: contradictū est a marcello: a bibulo: a pompeio: a catone: iussusqꝫ vt dimissis exercitibꝰ ad vrbē rediret: ⁊ pompeiꝰ cū imꝑio missus est ꝓpter quā iniuriā potius cōmune ⁊ plusq̄ꝫ bellū exortū est.

Linea Consulum romanorum

Silla



Marcus Emilius — Quintus Catulus



Marcus Tulꝰ Cicero — Gneus Gneus



Pompeius



Caius Julius — Lucius Bibulus



Florentia nobilissima ⁊ inclita ac primaria vrbiū ethrurie. Eius origo refert̃ in sillanoꝝ militum (quibus is ager a silla assignatus fuit) aduentū. Et quia primas illi sedes ad arnifluenta ceperūt fluentiam inde primo dictam volunt. Et quidem plinius apud quem primuꝫ eius loci mentio facta est fluentinos dicit: ꝑfluenti arno appositos. Venerunt vero hi milites ad annuꝫ condite vrbis rome sexcentesimū ⁊ septimū supra sexagesimū. vnde iniciū habuisse videt̃ florentia ante christi dei nostri aduētum annos circiter octogintatres. Condita igit̃ fuit florentia ex fesulanis ad ripas arni fluuij: ⁊ prisci homines fluentiā vocauere. Que cū auspicijs fundata felicib⁹ vicinas ꝑ circuitū ciuitates excellere: mirisqꝫ modis imperiū ꝓpagare cepisset Florentia longe melius q̃ꝫ fluētia dicta est. Multis ea ciuitas ꝑ Gothorum tempora incomodis agitata est. Totila enim eam immunitā ⁊ desolatā fecerit. Quā karolus magn⁹ instaurare fecit: maioreqꝫ ambitu menibus circūdedit. Et dignissimis priuilegijs ⁊ magistratibus decorauit. Itaqꝫ florentia acceptis vi ⁊ in se populariter traductis fesulanis ad annū salutis quartū ⁊ vigesimū supra millesimū plurimū opibus ⁊ gloria est aucta. Quo item anno Heinricus primus impator ecclesiam sancti Miniatis ad muros florentie edificauit. Ex eo fere stꝑe ꝑ priores artiū ⁊ vexilliferos iusticie sicut nūc fit gubernari cepit. Preterea in vrbe p̃ter reliqua ornamenta incredibilia basilica insignis ⁊ stupendo opis fornice est ornata: gloriosequꝫ virgini dicata. Et quarto abinde anno pallaciū item supbissimū quod inhabitant priores edificari cepit. Quinto postmodū anno scꝫ. 1071. ꝓductū est pomeriū: ⁊ menibus vrbs est ampliata: ⁊ ripis fluminis vltra sacros diui Laurentij edes ꝑpetuo ambitu deducta. Turris vero marmorea inter ceteras orbis campanarias speciosa ad annū inde primū ⁊ tricesimū excitata. Ibi p̃cursoris index maxima in veneratione habet̃: ob cuius honorē edes p̃clarissima in celebriori vrbis loco



dicata habet: quã baptisteriũ dicunt. Cuius value ex solido ere existunt: vbi noui ⁊ veteris testamenti hi-
storie inenarrabili ope sculpte habent. Florentia cũ omni italie ciuitatũ flos nuncupet: etiã p̃ter pulchri-
tudinẽ ⁊ ciuiũ vrbanitatẽ: viros quoq; in omni genere virtutis p̃stantiores habuit. Duobusq; poetis or-
nata fuit. Dante Aldegerio ⁊ Francisco petrarcha. Quoꝝ hic patre florentino sed exule apud aretiũ nat⁹
⁊ arquade inter colles euganeos mortuus ac sepultus est. Ille florentinis parentib⁹ florẽtie natus. obijt
Rauenne patria exul. Paulopost totum habuit pictorẽ celeberrimũ apelli equipandũ. Habuit quoq; ac
cursiũ iurisconsultoꝝ principe: qui ius ciuile egregie interp̃tatus est. Reddidit ⁊ medicũ Tadeũ omnium
clarissimũ. Ornataq; fuit cosmo mediceo quẽ opum affluentia humanitate ⁊ liberalitate sup̃antem ciues
europe celebrem reddũt. Cumulantq; eius felicitatẽ filij sui ⁊ nepotes qui florentie vrbi plurima addide-
runt ornamenta. Monasteriũ p̃cipue celebre sancti marci in quo pulcherrime extructiones ⁊ bibliotheca q̃
alias sup̃at oẽs: eius viri summi magnificentiã ostendũt. Et priuate eius edes in via lata extructe roma-
noꝝ opibus compande. Florentissime aũt vrbis originẽ gestasq; res abũde complexus est Leonardus
aretin⁹. Secus florentinã fesula vrbs vetusta ⁊ multoꝝ scriptis p̃sertim Salustij ⁊ Liuij celebrata interijt
vel vt sup̃ in florentiã populũ opesq; mutauit. Ex cui⁹ montib⁹ qui ad orientẽ vergũt Munio torrẽs orit-
florentina abluẽs menia: florentinã vrbem diuidit arnos amnis pontibus in ea quatuor magni opis iun-
ctus. Vallem arni sup̃iorẽ qua nullã habet: nũc ager florentinus: vini optimi feraciorẽ quãtũ ꝓfluẽti ar-
no apposita planicies ambit fuisse palustrẽ aiunt. Cõmendanda est multis in rebus florentinoꝝ ꝓuiden-
tia: tum maxie q̃d eligẽdis cancellarijs que oratoriã spectãt: ⁊ q̃ vocãt humanitatis studia p̃itos acceptãt: vt
Leonardũ ⁊ caroliũ aretinos Poggiũ: ⁊ añ eos colluciũ q̃ scribẽdi dictãdiq; artẽ disertissime tradiderũt.



Linea Regum Syrie

Antiochus pius



Antiochus spondius



Demetrius macero



Philippus



ISte antiochus confortatus Triphonē persecutus est et in fugaz verti Cum Triphon erat partium alexandri primus. Is videns ꝙ omnis exercitus murmurabat contra Demetrium iuit in arabiam vt reduceret inde Antiochū: deinde cogitauit Triphon occidere antiochū ⁊ imponere sibi diadema: sed timuit Jonatham strennuū defensorem antiochi. Deinde exiuit antiochus in terram patrū suoꝝ: ⁊ conuenerūt ad eum omnes exercitus ita vt pauci essent cum triphone. Deinde obsedit dorā ⁊ conclusit triphonē: tandem in parthia occiditur.

AntiochusSpondius fuit filius antiochi pij. Qui de regno fugit in parthos.

Mitridates rex



MItridates pharnacis regis parthoꝝ filꝰ ⁊ ponti rex fuit. Apud sinopem natus educatusq; qui cum puer parētibꝰ orbatus est: mox vt adoleuit finitimos populos et Scythas in suam potestatē redegit Et cū romanis ꝑ quadraginta annos varijs euentibꝰ cruentissimū gessit bellū. Bythiniam ac capadociam similiter adeptus. Asiam. phrigiam paphlagoniā ⁊ Macedoniam inuasit: multa et preclara agens prelia nec vna via romanos aggressus est. Ferūt hūc duos et viginti linguas (tot eni̅ nationibus imperauit) notas habuisse: vt qua quisq; lingua eū postulasset: eadem sibi ius redderet. Et cū lr̄is grecis imbutus esset musice etiā operā dabat. Sobrietatis eximie: laboꝝ patiētissimꝰ. Cū tandē Cn. pompeiꝰ nocturno ꝓlio vicit castra diripuit quadraginta mille eiꝰ occidit. Pharnaces filius eiꝰ cū alios filios trucidasset exercitū aduersus patrē duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filiū frustra ꝓcatus. Statim descendens ad vxores pelices ⁊ filias suas venenū oībus dedit. Qd̄ cū ipse nouissimus oīm hausisset: nec tn̄ ꝓpter remedia quibꝰ se ꝓmunierat veneno infici posset Gallū quendā vitigis militē inuitauit: eiq; iugulū prebuit. Perijt autē apud Bosphoꝝ qui regnauit annis q̄draginta. Quo mortuo apud Synopem consensu pompeij regali sepulchro conditus est.

Linea presidum Siri[e]

Scaurus



Gabinius



Crassus



Cassius



DEmetrius iste frater Anthiochi precedētis fuit quem Alexander rex iudeorum occidit.

PHilippus vltimꝰ Syrie ⁊ Asie rex. iiij. regni alexandri regnare cepit ⁊ regnauit annis. ij. Quo regnāte Anthiochus eiꝰ patruus in parthos fugiens pompeio se tradidit: post quē statim philippꝰ hic a gabino consule captus: regnū eiꝰ in romanoꝝ ditionem cessit. Et tunc Syrie regnū finē accepit qd̄ ꝑ ducentos viginti annos sub regibus xvij. durauit.

POst vltimū regem syrie ⁊ a Pompeio romanis tributaria effecta est Syria: Pompeius hierosolimā veniens vrbem cepit: templū reserauit ⁊ ad sancta sanctoꝝ vsq; accessit: hircano principatū sacerdotij donauit. Aristobolū eiꝰ fratrē abduxit. Ex tūc iudei libertatē penitꝰ deposuerunt ⁊ subiecti romanis esse ceperūt Et pompeiꝰ scauro principi: regionis curā cōmisit relictis secū duabꝰ cohortibꝰ.

GAbinus in syriā missus est: vt scauro succederet. Is cōmēdata cura tēpli hircano: gētē iudeoꝝ in q̄nq; cōuētꝰ diuisit q̄si pētharchias iudee frāgēs suꝑbiā

CRassus romanus consul pompei collega: mortuo gabino syrie preside: in locū suū a senatu surrogat: vt maxime parthos syrie vicinos rebellantes repremeret. Uir quidē cupidissimꝰ ⁊ insatiabilis cupiditatis: qui audita hierosolimitani templi opulentia quā pompeius intactā reliquerat: vrbem ingressus: templum ꝓuadit: opes duoꝝ miliū talentoꝝ abstulit: inde diuertens ꝑ mesopotamiā ī parthiā ꝓuenit: moxq; eufraten transiuit: ⁊ cū ꝓpe carā ventū esset parthi subito ingruentes sagittis oppressere romanos: ⁊ rapido equitatu crassum ꝓsecuti sunt: ⁊ eū circūuentū turpiter interfecerūt: quidā scribūt aurū ī os eiꝰ infusū eū interijsse.

ISte Cassius preses syrie Crasso successit. Is tandē mouit exercitū contra Octauianū nongenta argēti talenta a iudeis extorquens: demū a philippis occisus est.

Lugdunum transalpine gallie vrbs. Vienne finitima. Octauiani augusti tempibus: Eusebio teste a numantio planco ciceronis discipulo oratoris clarissimo: in colle quodam vbi Arar vna rodanusqꝫ miscentur condita fuit. Quāqꝫ franciscꝰ petrarcha de ea scribat. Lugdunū nobilis et romanoꝝ colonia est: paulūqꝫ vetustioꝛ agrippa: duo hic noti amnes in mare mediterraneū currētes Arar rodanusqꝫ conueniūt. Sonam incole appellāt. Que supˀ reliquas gallie ciuitates Narbone excepta viroꝝ clarissimoꝝ ordine diu claruit vt Strabo habet. Nā et vsui magno fuit illis Emporiū ac in presentiarū est. Monetā argenteā atqꝫ aureā eo in loco iussu augusti romani signabāt duces. Templū etiā ab vniuersis gallis cōmuni designatū impēsa. Et augusto cesari dicatū: ante hāc vrbē edificatū est vbi fluuioꝝ est coiācio. Adest et ara dignitatis eximie gentiū. lx. numero inscriptū habēs titulum. Earūqꝫ singularū statua vna: hanc vrbē genti olim Segosianorū presidere cōstabat. Que in rhodani et dabudis fluuioꝝ medio iacet. Reliquę dehinc gentes vergētes ad rhenū partim a dabude partim ab arare discernūtur. Hi nāqꝫ amnes ab alpibus delati deinde in vnū alueū cōfluētes delabunť in rhodanū. Rursus aūt superās rhodanꝰ viennā deferť allobrogum metropolim. Tribꝰ his fluuijs euenit vt initio in aquilonē: dehinc in occidentē deferanť. Jāqꝫ in vnū tandē amnē cōfluens in austrū iterū curuatꝰ excurrit. Quoad erūpat: alijs acceptis fluminibus. Et hinc reliquum in mare cursuꝫ ꝑficit. Templū vero vna cū tota regione sicut Seneca ad Lucillū refert facili igne suo tempe quo ad Agripina: videlicet tempe Senece exustū est. Quā vrbē inter celtas ascribere quibusdā placet. hinc plotinus (Qui primꝰ rome latinā rhetoricā docuit) duxit originē. a quo Cicero se rome puerū cuꝫ Q. fratre latine primū doctū retulit. hinc sanctꝰ Augendus vita et miraculis clarꝰ. hinc sanctꝰ Desiderius episcopus. Et S. Baldomeriꝰ cuiꝰ miracula crebra ciuitatē reddūt illustrē. hinc romanꝰ abbas: qui primꝰ ibidē vitā heremiticā duxit. et multorū extitit pater monachoꝝ. Ornať etiā hec ciuitas sancto Nicetio episcopo: ⁊ Hyreno epō policarpi discipulo: qui ibi martyrio coronatꝰ. Jn ea domicianꝰ abbas: Lupus eps et anachorita. Antiochusqꝫ epus qui in dn̄o quiescūt. Justꝰ preterea angelis ꝓximꝰ ibi vitā finiuit. Hec inclita vrbs francoꝝ regibꝰ diu paruit. Qui ibi solēnes nundinas instituerūt. Vbi et pilatus ⁊ Herodes (vt fertur) a romanis principibꝰ relegati vitā infamē finiere. Lugdunū aūt (vt aliquibꝰ placet) a lugda Cesaris legione sic appellata illis locis freqn̄tiꝰ hibernāte dictū est. Lugda em̄ gallica lingua ideꝫ quod fulgur designat. Sic etiā vt refert Tacitꝰ legio quedā romana apud hispanos locata est: cui nomē fuit Rapax ad terrendos his appellationibus populos: Nam nomīa sunt ista pene timenda sono

Lion



Linea Christi
Jacob



Jacob pater Joseph naturalis sed heli pater eius legalis fuit. Hũc Matheus. illũ Lucas cõmemorat.

Alexandra



Alexandra vxor Alexandri regis iudeorum regnauit annis nouem. Nam maritꝰ suus moriens Hircanũ ⁊ Aristobolum liberos reliquit. sed regnum huic Alexandre vxori tradidit. Eo ꝙ Hircanus rerũ gubernatiõem ignorãs vitam ociosam elegerat. Aristobolꝰ vͦ efficax ⁊ audax erat. Ipa ei a ppl'o plurimum diligebat̃. Que suscepto magistrato hircanum ꝓpter etatẽ principẽ sacerdotũ statim ordinauit. Eo tp̃e orta in iudea heresis phariseoꝝ. Quoꝝ cõsilio vtebatur in omĩbus. nomẽ aũt regium ipa tantũ ferebat. Eorũq; cõsilio optimates iudeorũ occidit aut exilio damnauit cõturbãs oĩa. hec tamẽ m'lta gessit ad regni ꝯseruatiõẽ callida circa regni detẽtionẽ. Attamẽ cum nec bonũ aut iustũ aduerteret añq; vitã finiret ad summã calamitatẽ negocia domus sue ꝑduxit. Et post mortez multis miserijs regnũ compleuit. Gente tamẽ suam in pace custodiuit. Deniq; cum inualitudinẽ seuissimam incidisset. Aristobolus collecta plurimorum manu post matrẽ se regnaturum declarauit. Illa paulo pꝰ anno etatis sue. 73. vita decessit.

Linea põtificuz
Hircanus



Hircanus Alexandri iudeorum regis ex p̃dicta alexandra filius vigesimustercıꝰ iudeoꝝ põtifex. principatũ sacerdotij suscipiens. Sedit annis. 24. hic a matre põtifex ꝯstitutꝰ post mortem matris maximas questiones ⁊ concertationes habuit. Aristobolus collecto exercitu cõtra fratrem mouit arma. Cũq; egressi essent fratres in campis ıericonthinis victus hircanus fugit in hierusalem. Tandez in concordiam venerunt: vt aristobolus regnaret. Hircanus vero sub eo quibuslibet honoribus fungeretur. paulo post hircanus promissis non contentus. ad Aretham regem arabum noctu confugit: vnde collecto exercitu venit in iudeaz et obsedit hierusalem. Scaurus tamẽ dux romanorũ soluit obsidium. ratus tẽpus esse vt defacili iudeam poneret sub tributo. Atq; in hunc modum contendentes occasionẽ inuadendi iudeam romanis prebuerũt. Quãobrem pompeiꝰ hierosolimã veniẽs. Cũ eam obsedisset: orta est dissensio in vrbe. Nam fautores aristobolis vrbem tueri. hircani eam tradere romanis contendebant. Receptus tandẽ in vrbẽ templũ expugnabat. Mense tamẽ tercio phanum irruptuz est. Faustus cornelius Sille filius primus ingredi ausus est. ⁊ romani templũ ꝓphanauerunt. nihil tamẽ inde tulit. Hircano vero iterato principatum sacerdocij donauit. Et iudea sub tributo constituta est.

Aristobolus



Aristobolus ꝑ pompeium post deuastationẽ vrbis captiuus ad romaz ꝑductus est. cum duobꝰ filijs alexandro ⁊ antigono totidemq; filiabꝰ. Et extunc iudei libertatẽ penitus deposuerunt. ⁊ subiecti romanis esse ceperũt. Sirie ⁊ iudee administratio Scauro est ꝯmissa inde gabinio. Post hec casu elapsꝰ est roma aristobolus. qui magno exercitu iudeoꝝ cõflato. ad eũ debellandũ missus est a gabinio antoniꝰ aristobolꝰ ꝑ gabinũ captꝰ est. iterũ romã ꝑductꝰ. In discidio pompei ⁊ cesaris in syriã cũ duabꝰ cohortibꝰ missus. verũ spes cesaris frustrata. a studiosis pompey veneno perijt. cum iudeam in potestatem cesaris subijcere attemptauit.

Alexander



Alexander põtifex filiꝰ aristoboli. Is duz romã cuz p̃re duceret̃ ex itinere fugit. qui magna manu collecta iudeã populabat̃. Et hircano patruo insidias ponebat. Obtinebat aũt munitissima loca alexandrũ hircanũ ⁊ Macherunta. Occisus deinde antiochie a scipione securi ꝑcussus iuxta tenorẽ litteraꝝ pompey. prius habita accusatione in iudicio sup̱ his q̃ in romanos admiserat

Antigonus



Antigonus Aristoboli iudeorũ regis filius. Alexander ⁊ aristobolus trucidati antigono solo sup̱stite cum duabus sororibus fugiẽs euasit. Cesar syrie iudeeq; potitus antipatrũ idumeũ virũ strennuũ iudee procuratorem constituit. Et iterato hircano antigoni patruo regnũ concessit. Ita tamẽ vt nõ rex vocaretur. Antigonus ad pachoꝝ parthoꝝ regẽ cõfugit: et ibi vsq; ad obitum cesaris ꝑmansit: deinde vrbem expugnauit cõprehensuz hircanũ aures eius dẽtibus trũcauit. Ob quã causaz M. anthonius astãte octauiano herodẽ regẽ iudee declarauit: qui violenter vrbem ingressus antigonũ comprehendit ⁊ ad antonium in antiochiam vinctum remisit. Qui suscepto securi percussum interemit. Et hic finis generis asamoneoꝝ. Nam de familia sacerdotali fuerat. Et regnum inde defecit.

Bellũ ciuile cesaris ⁊ pompei execrandũ anno primo regni cleopatre surrexit. quo p̄ter calamitates que in ꝑlijs accidere ↄsueuerunt etiā populi ro. fortuna mutata est. causa tante calamitatis eadēq; oīm nimia felicitas. Cum enim cesar galliaȝ inuadit Crassus asiam: Pompeius hispaniā. tres maximos exercitus: etiā sic orbis imperiũ societate triũ principũ occupat. decem annos traxit ista dñatio. Exinde qm̄ mutuo metu tenebant. Crassi morte apud parthos: ⁊ morte Julie cesaris filie que nupta pōpeio generi socerīq; concordiā matrimonij federe tenebat. statim emulatio erupit iam pompeio suspecte cesaris opēs: ⁊ cesari pompeiana dignitas grauis. Cūq; cesar europe quieto potiret imperio: traiecit in greciam vbi pompeiũ obsedit cũ eo dimicans magna clade cũ omni exercitu fusus est ⁊ supuenientis noctis beneficio illesus euasit. Cesar agmine citato p epirũ in thessaliā ꝓrexit: quē pompeius cũ maximis copijs insecutus vtrinq; acies struxerũt. pugnatũ est itaq; ingenti contentione dubia sorte. Tandē pompei fusus est exercitus. pompeiꝰ statim alexandriā petijt vt a ptholomeo auxilio acciperet verũ is ingratissimꝰ fortunā magis q̄ amicitiā sequens eũ occidit: ⁊ caput eius cũ anulo cesari transmisit. Quibꝰ visis statim lachrimas effudit. mortuo pompeio cesar a ptholomeo parricida insidias ꝑtulit ⁊ alexandrie vrbis potitꝰ cleopatrā ab exilio reuocauit ei regnũ cōtulit. Inde biennio syriā ꝑuagatus pharnacem mitridatis filiũ ponto supauit. Postea cũ romā venit iterũ dictator ⁊ consul creatus in aphricā transijt. deinde de cōfectis bellis triumphauit. Regressus est romam vbi se impatorem vocari fecit. Et sic reipublice finis hic fuit: que per annos. 464. durauit.

Marcus Tullius



Tullius cognomento Marcus ⁊ Cicero phs maximus ⁊ oratorꝝ princeps ac romanorꝝ consul. Hic de tulliorꝝ familia que ex municipio arpinati originem traxit ⁊ principiũ generis in tulliũ volscorꝝ regem referebat: patreq; tulliũ ⁊ olbiā matrē habuit. qui vt p̄mũ discēdi capax fuit: ingenij magnitudine eq̄les excelluit. Prima eius cōmendatio circa poeticā eluxit: in quo libellos quosdā edidit. Crescētibus annis solutā orationē nature sue magis consentaneā adamauit: puerilibus studijs ꝑactis phie ⁊ iuri ciuili operā dedit: post hec sub sylla militauit marsico bello: edilis inde factus: deinde suffragijs po. ro. p̄tor creatus est: postea cōsul vna cũ C. antonio. M. antonij oratoris filio tam gloriose id cōsulere imperiũ exercuit vt pater patrie appellatus fuerit: hic phiam antea nr̄is lr̄is incognitā explicauit: ⁊ ex ingenij sui felicitate cōplurima scripsit. Ex terentia vxore tulliolā ⁊ marcũ filiũ habuit. Demũ inclitus orator anno etatis sue. 64. ab antonio per suos satellites sub spē cōcordie cōcedēte octauiano occidit: eiꝰ tñ inimici tandē ignominiose ꝑierũt.

Catilina



Catilina nobili genere natus magna animi ⁊ corporis vi: sed ingenio prauo: cui ab adolescentia bella intestina: cedes: rapine: discordie ciuiles gratissime fuere. Ibiq; iuuentutē suam exercere studuit cũ esset aīo audax: subdolus varius: ⁊ cuiuslibet rei simulator. Qui cum esset flagiciosissimus vir ⁊ omnium facinorosorꝝ dux: horꝝ cateruas circũ se semꝑ habere voluit: quibus fretus societatibus: ipse flagiciosus catilina ad opprimendā rempu. consiliũ cepit: cũ ei maxima spes esset consequendi consulatũ: pestiferā coniurationē contra rēpu. Marco Tullio Cicerone consule attentauit. sed cōiuratione ꝓpalata detectisq; coniuratorꝝ noībus. Lentulus ex clarissima corneliorꝝ gente ortus magistratu primo a senatu abdicatus. Inde cethegus statilius gabinꝰ ⁊ ceparꝰ senatorij ordinis viri. decreto senatus in carcere missi: statim vna cũ ipso lentulo laqueo strangulātur. Quod vbi cathilina cognouit in transalpinā fugere cogitauit. quo comperto antoniꝰ cũ quibusdā legionibꝰ ip̄m ꝑsequēs inter cōfertissimas legiones confodit. atq; ita ciceronis virtute respu. a magnis turbationibꝰ seruata est.

Cato posterior vticensis



Cato posterior catonis supioris ꝓnepos: cui ꝓpriũ nomen. M. portius cato stoicus phus: quem vticensem quidā appellant: q̄ se apud vticam interfecit vir doctissimꝰ: qui ita doctrine cupiditate flagrauit: vt ne in curia quidē duȝ senatus ageret a lectione temperaret: quo minus grecos lectitaret libros hac scȝ industria: vt ostēderet alijs tempora deesse: alios supesse temporibꝰ. hic docebat rempublicā magis virtutibꝰ q̄ armis esse tuendam dicens. Nolite existimare maiores nostros armis rempu. ex parua fecisse magnam. Si ita esset: maiorem nos haberemus. Quippe quibus sociorꝝ ciuiũ p̄tereaq; armorꝝ atq; equorꝝ maior nobis copia est q̄ illis. Hic quoq; quanto humanam gloriam fugiebat: tantomagis illũ gloria sequebatur. Quiq; inter alia sue virtutis opera: ad humane vite instructionem ethicam moraleȝ cũ suis rationibus in librũ composuit. Ex quo (vt aiunt) paruus ille liber metricus: qui paruulis legit excerptꝰ est. De eius sententia hanc memoria dignā ponimus: humana vita proprie veluti ferrum est. quod si exerceat conteritur. Si vero non exerceat rubigine consumit. hic teste Augustino seipsum occidit: victoriam cesaris impatienter ferens: eiq; subijci nolens.

Linea Regum Egipti

Ptholomeus dionisius



Antipater filius Aristoboli ꝛ Crispis vxoꝛ eius quattuoꝛ filios ꝛ vnicaꝫ filiam habuerunt: quē autigonus apud cesarē accusabat. Is veste protecta vulnera demonstrans: verbis non opus esse cicatrices fidelitatem ostēderet inde ꝓcuratoꝛ iudee declaratus est. Post hec faselū hierosolimis natu maioreꝫ sub se procuratorē statuit ꝛ herodē gallilee p̄fecit.

Feroas



Josippus



Antipater coniuges crispis.



Herodes antipa. Philippus.



Phaselus.



Saloma.



Cleopatra



Ptolomeus dionysi⁹. 12. egyptioꝝ rex. regnauit annis. 30. Ad eum pompei⁹ accessit vt auxilia ab eo accipet. Cui ꝓpter tenerā etatē tutoꝛ eius a senatu dat⁹ fuerat: verū vir ingratissim⁹ pompeiū occidit. Mortuo igit͛ pompeio cesar alexandriā ꝓfectus a Ptholomeo paricida insidias ptulit. qui insidiantiū hostiū inopinata multitudine circūuentus scapha cesar confugit: qua mox subsequentiū pondere mersa ꝑ ducentos passus ad nauē vna manu qua carthas tenebat eleuata natando ꝑuenit. Sed paulo post nauali ꝑlio regiā classem cepit. At vbi Ptholome⁹ liber euasit cesari denuo bellū intulit: qui cū oī exercitu deletus est. Rex scapha exceptus fugiendi causa multis insilientibus demersus est. Cui⁹ corp⁹ ad litt⁹ deuolutū loꝛice aureate indītio cognitum fuit. Ac si cesar alexandria potitus cleopatrā ipsius Ptholomei sororē ab exilio euocauit eiqꝫ regnū contulit: que post regio comitatu vrbem ingressa est.

Cleopatra egypti regina Dionisij auletis filia quē ꝓpter flagitia alexandrini eiecerunt. Tam post mortē fratris cesar reginā constituit post mortē vo cesaris ꝛ res in philippis gestas Antonius in asiam ꝓfectus est. ꝛ cleopatrā sūmis cōplexus est honorib⁹ adeo vt eā sibi vxorē accipet. Et filios ex ea ꝓcrearet. Ambo etiā in attico bello fuerunt: ambo fugerūt. demū ab Augusto sup̄ati sunt. Nā antoniū augustus in nicopoli vrbe captū coegit sibiipsi manū inferre. Cleopatrā vo vt viuā in ꝑtātem reducerēt. que paulopost ꝛ ipso in vinculis: alios in sepulchro antonij viri sui clam admoto aspidis morsu concidit hec quippe nulla fere nisi oris formositate ꝛ vere claritatis nota refulsit. Sed ecōtrario auaricia crudelitate atqꝫ oī luxuria mūdo conspicua fuit. Ac sic lagidarū seu egyptioꝝ regum imperiū euersum est; quod ꝑ annos. 306. sub regibus tredecim ꝑmansit: ꝛ augustus furente egyptū composuit.



Herodes antipatris idumei filius a romanis iudeoꝝ regnū suscipiēs: regnauit annis. 37. Antipater eñ tpe Sabini syrie pfecti adeo virtutib⁹ claruit vt regiū coniugiū meruerit. Et regis arabū neptē vxorē acceperit. Ex qua q̄tuor filios suscepit scꝫ phaselū: herodē hūc cognomēto ascalonitā: iosippū ⁊ feroam: ⁊ vnicā filiā noīe salomā. postea veneno extinctus. Et phaselus pmogenit⁹ interfect⁹: herodes ad antonium cōfugiēs. inde iudee rex coronat⁹. Cōtradiditqꝫ ei august⁹ tracōitidē ⁊ itureā totāqꝫ maritimā. Edificauit aūt in aschalone domū regiā. Et deinde agnomiatus est aschalonita. Natione eñ idume⁹ fuit ex patre arabs vero ex matre. Et extūc xp̄i dñi nr̄i ntītate vicina. Regnū ⁊ sacerdotiū iudee qd̄ pri⁹ p successiones maioꝝ tenebat destructū est. Ac sic moysi pphetia cōpleta. Nō deficiet princeps de iuda: nec dux de femoribus ei⁹ donec veniat cui repositū est: ⁊ ipse erit expectatio gentiū. Ipse suscepto regno samariā a fundamētis erigēs. Augustā in honorē augusti idest sebasten appellauit. Posuitqꝫ aquilā aureā sup speciosam portā tēpli iudeis egreferētib⁹. Fecit quoqꝫ herodion in q̄ sepult⁹ est. Templū magnificētissime decorauit. Demū anno. 26. hircanū principē sacerdotū ⁊ ei⁹ filiū qui patri in sacerdotio succedere debuerat interfecit. Sororēqꝫ ei⁹ vxorē suā cū duob⁹ filijs ppriis iā adolescētib⁹ atqꝫ vxoris matrē oēs interemit. Predictē quoqꝫ crudelitatib⁹ hoc addidit: qꝫ sororis sui noīe salome virū occidit. ⁊ cū eaꝫ alteri vxorē dedisset etiā ipsum e vita sustulit. Scribas pterea oēs ac diuine legis interptes simili scelere pemit. Postremo funestissim⁹ vir cū ih̄u xp̄i ntītatē magoꝝ inditio cognouisset. oēs puulos bethleeꝫ gladijs interemit. Quo facto repēte morbo intercutis pcussus: ⁊ scatētib⁹ toto corpe vermib⁹ miserā exalauit aīam. quīqꝫ supstitib⁹ filijs relictis scꝫ archelao: herode antipa: antipatro: lysania: ⁊ philippo. Ex quib⁹ q̄tuor fuere tetrarche vt ex euāgelio hr̄.

Agrippa colonia q̄ ad sinistrū rhenū latꝰ si-
ta est. locꝰ ⁊ situ ⁊ flumine clarꝰ ⁊ ppl'o. quā
alij scribunt Agrippinā dictā q̄ nūc Colonia di-
cit̄. Ea inferioris germanie vbiorꝝ vrbs ad cite-
rioris rheni ripas sita. Temporibꝰ enee troia-
ni a q̄dā troiano colono noīe (vt sicardꝰ cremo-
nēsis h̄z) iniciū sūpsit: ſ postmodū Claudij im-
Ratisbona insignis ⁊ memorie digna vrbs ac libera ad ripas danubij sita: a Tiberio Nerone cōdita: anno quo xp̄s ihesus pro salute generis humani passus est. Baiorarie olim metropolis hanc regionē antiquitus norici tenuere. Cuiꝰ adhuc portio transdanubiū sita noricū appellant. Noricis autem baioarios successisse. Et cum reperiā vetustissimos codices hanc baioariam appellant: quaz moderni bauariā dicunt. ⁊ a bois baioaricum nomen descendisse psuasum est. Cui Strabo vires adhibet romani baios galloꝝ gentes e finibus iecerunt. Inde migrantes circūiacētes histro loco cuz thauristis habitarūt. Constat igit̄ eos in pannonia consedisse: ⁊ inde facile in noricū continuā regionē migrasse. Quāq̄z oliz deserta vt Strabo tradit nunc cultissima est. magnas ⁊ ambitiosas ciuitates habēs ⁊ oppida nobilissima. Ratisbona vero ornatu ceteras excellit. Pōtificales vrbes in ea quinq̄z sunt: quaruz nunc metropolis est Salczburga vocata ex flumine cui adiacet. veteres iuuauiā vocauere. Ratisbonēsis aūt ep̄atꝰ oliz clarissimꝰ fuit: cui ⁊ tota bohemia s̄biecta erat. hec vrbs septē noibꝰ insignita fuit. quibꝰ in suis iuribꝰ ⁊ libertatibꝰ claruit. Primo a sui cōditore Tiberina vel Tiburina dicebat̄. Tiberius em̄ liuie augusti vxoris filius: ⁊ ipsiꝰ augusti preuignus: quē cū augustus in filiū adoptasset: mox magno exercitu cōperato cōtra noricos ⁊ vindelicos misit: qui eos ī prelio supauit ⁊ hanc vrbē apud noricos edificauit. Secūdo vrbs quadrata lōgo tp̄e dicta. cū ad quadratā figurā ⁊ quadrat[is] lapidibꝰ magnis muro circūdata fuit vti in reliquijs veteꝝ muroꝝ retro sanctū paulū cerni pōt. Tercio hyatospolis vel hiaspol' ob ruditatē ppl'i agrestis: qui ore hiante vt rurales finitimi faciūt verba hyantia pferebāt. vel ab hyantiū aq̄rū ppe ciuitatē cōfluxu. cū danubiꝰ naba ⁊ ymber ⁊c̄. fluuij in latere aquilonari cōfluāt. Quarto germeinsheim a populo germanie qui eā frequētare solebant: vel a germanico qui ciuitati p̄fuit. Quinto reginopolis ob frequētes cōuētiones principū ⁊ regū vt hodie aree turres ac excelsa edificia magnatoꝝ ondūt. Sexto imbripolis a fluuio: cū ymber fluuiꝰ septētrionē versus ī danubiū fluit. ⁊ vernacula ligua hoc nomē regenspurg adhuc seruat. cū in tali cōfluxu olim ciuitas incepta fuit. Septio ratisbona dicit̄. cuz rates ob mercimonia ⁊ tp̄e karoli magni ad bella ibi cōfluebāt: ⁊ tāq̄z firmiter sita ⁊ edificijs roborata: hodie ratisbona appellat̄ Danubiꝰ aūt



fluuius germanie pmaximus. qui et hister dictus vt Solinus habet germanicis iugis orif: monte effusus qui rauracos gallie aspectat. Sexaginta amnes in se recipit ferme oēs nauigabiles: hanc vrbem insignē preterfluit. Et firmissimo ponte lapideo plurimoꝝ artuū ciuitatē cū suburbio iūgit. De quo scribit. Pons fieri cepit dñi dum annus incepit. Mille centenis dece semiqꝫ denis. Karolus magnus christianissimus impator cū armis baioariā sibi subiecit: et taxilo baioarie dux desiderij regis longobardoꝝ gener: quē prius deuicit stimulis vxoris concitatus huius sibi ꝯfinibus sollicitatis bellū in karolū mouet. Is sua celeritate pacē cōfecit obsidibus ante receptis. vrbē ratisbonā tūc q̄dratā dictā aggressus cōuersus in eos q̄ eā occupabāt a fide nr̄a alienos. Et eaꝫ vi cepit coegitqꝫ vt xp̄i fidē integre reciperet. In eo bello magna cedes hoīm ante ratisbonā edita. Et magna multitudo infidelium ac hunoꝝ absūpta de suis q̄ꝫ aliqs amisit: qui in basilica scti petri extra muros vrbis sepulti sūt. Ab eo tpe hec inclita vrbs magnū incrementum accepit. Basilica q̄ꝫ decoraf episcopali sūmo: in honore tandē scti petri dicata: prius ob fraternitatē canonicoꝝ ratisbonensiū et remēsiū ecclia scti remigij appellata. Opus preclarissimū in vrbe nondū cōpletū. Et cenobio scti Emmerāmi ordinis scti bn̄dicti amplissimo: mōasteriaqꝫ dñarū plura hꝫ: precipue superius monasteriū virginis gl'iose. Inferius in q̄ diuus Erhardus eps quiescit. Plures ī ciuitate domus cōsecratas ecclesias hn̄t: et ꝓprias sacerdotes. Arnolfus aūt impator q̄ hūc locū pre ceteris imperii locis sūme dilexit. muris amplauit et monasteriū sancti emerāmi inclusit et plurimū adornauit. A cede eni nortmānoꝝ rediēs baioariā ossa sancti dionysii ariopagite in fine sue etatis cenobio tradidit cū libro euāgelioꝝ ornatissimo ac lr̄is aureis ꝑscripto: et demū apud eos sepultus. Ornaf et h̄ ciuitas glorioso martyre sctō Emmerāmo epo: et sctō wolfgango eius loci vndecimo epo: q̄ mira apō eos gessit: monasteriūqꝫ scti pauli ꝯstruxit. Albertus q̄ꝫ magnus oīm doctrinarū peritissimus apud eos epatū rexit. Ideo de his patronis per ratisbonēses scribit.

Gaude ratisbona super excellentia dona
Concludis duo bis in te gratissima nobis
Corpora sanctoꝝ sacer est dionysius hoꝝ
In numero primus emerāmus laude nec imus
wolfgangus erhardus neuter medicamie tardus
Quatuor istoꝝ precibus necnō alioꝝ
Hic cōtentoꝝ ducamur ad astra poloꝝ



Vienna pānonie nūc austrie vrbs precla-
rissima ad danubiū sita. Is fluuius ba-
uariā: austriā: vngariā secās: ꝑ rasciam
atq̃ bulgariā cū sexaginta nauigalib⁹ ī euxinū
descēdit. Multasq̃ ꝛ memorabiles alluit vrbes
Inter quas nulla ditior: nulla populosior: nul-
la vetustior est q̃ Vienna australium ciuitatū re-
gionisq̃ caput. Hec olim flauianū (vt in vetust
ducū ꝑuilegijs habet) appellata. A flauio pre-
fecto qui huic regiōi prefuit: ac vrbē inchoauit
aut ab imperatore flauio ad danubiū ꝑfecto vt
aras ob romani impij metas collocaret. Et ibi
cōdita vrbs ex aris vocabulū sortita sit. Cūq̃
flauianū theotonici flabien ꝓnunciēt: nō est ab-
re longo tp̄is tractu: prima vocabuli sillaba re-
mota (vt plerūq̃ fieri cōperim⁹) bien remansisse
Indeq̃ dicta Vienna. Quāq̃ aliq̄ a paruo flu-
mine qđ inter suburbia fluit noīe vienna dictuꝫ
putāt. Vienna aūt vrbs magnifica ambitu mu-
roꝝ cigit duoꝝ miliū passuū: ꝫ habet suburbia
maxima ꝛ ambiciosa: fossa ꝛ vallo cincta. vrbs
aūt fossatū magnū habet: indeq̃ aggerē preal-
tum: menia deinde spissa ꝛ sublimia frequētesq̃
turres: ꝛ ꝓpugnacula ad bellū prompta. Edes
ciuium ample ꝛ ornate: structura solida ꝛ firma
alte domoꝝ facies magnificeq̃ visunt. Vnū id
dedecori est q̄ tecta plerūq̃ ligna contegūt pau-
ca lateres. Cetera edificia muro lapideo consi-
stunt. picte domus: ꝛ interi⁹ ꝛ exterius splendēt
Ingressus cuiusq̃ domū in edes te ꝓ̄ncipis ve-
nisse putabis. Nobiliū prelatorūq̃ dom⁹ libere
sunt. Sanctis celū tenentib⁹ ipsiq̃ maximo deo
templa dicata ꝛ ampla ꝛ splendida secto lapide
cōstructa ꝑlucida: ꝛ colūnarū ordinib⁹ admirā-
da. Sanctoꝝ plurime ꝛ preciose reliquie. Argē-
to auro ꝛ gēmis vestite. temploꝝ ingens orna-
tus. Ciuitas in episcopatu Patauiēsi est: maior
filia matre Quatuor ordines mēdicātes Scoti
ꝛ canonici regulares sancti augustini admoduꝫ
diuites habiti. Monialesq̃ sacre ꝛ sancte virgi-
nes. Ibi q̃ꝫ monasteriū est ad sanctum hierony-
mū nuncupatū: in quo meretrices cōuerse repe-
riunt: que die ac nocte hymnos lingua theoto-
nica decantant: quarū si qua redire ad peccatum



cōprehensa fuerit in danubiū precipitat. Sed agunt ibi pudicā sanctāq͡ʒ vitā. Rarus de his p̄mo mal⁹ audit. Scola q͡ʒ hic ē liberaliū artiū ac theologie ⁊ iuris pōtificij. Noua tñ ⁊ ab vrbano sexto papa ꝯcessa: magn⁹ studētiū numerus eo cōfluit ex vngarie ⁊ alemanie partib⁹ superioribus ciuitatis ppl's quinq̄ginta miliū cōmunicātiū credit. Cōsulatus octo ⁊ decē viroꝝ eligit tum iudex qui iuri reddēdo preest deinde magister ciuiū qui curā ciuitatꝭ gerit: magistratus alij nulli sunt nisi qui vini exigunt vectigal ad illos oīa referunt quoꝝ potestas annua est Incredibile videri pōt quot ꝑ dies singulos in ciuitatē victualia ingerunt ouoꝝ ⁊ cancrorum m'lte quadrige adueniūt. Pistus panis carnes pisces volatilia sine numero afferunt: vbi aduesperascit nihil venale ex his inuenies. vindemia his ad quadraginta dies ꝓtendit. Nullo nō die trecenti currus onusti vino bis terq͡ʒ inferunt. Ducentos ⁊ mille equos indies ad op⁹ vindemiarū exercent. Incredibile dictu est quāta vis inducat vini quod vel Vienne bibit vel ad extraneos per danubiū contra cursum aque magno labore mittit. Celle vinarie adeo ꝓfunde ac spaciose sunt: vt sub terra nō minus quāʒ supra terrā edificioꝝ apud Viennam esse ferat. Platearū solū: stratū lapide duro vt neq͡ʒ plaustroꝝ rotis facile conterat. In domibus multa ⁊ munda suppellex. Equoruʒ iumentoꝝ ⁊ oīs generis capacia stabula vbiq͡ʒ fornices aule late verum his estuaria sunt loco tricliniorū que ab his stube vocant: nam hyemis asperitatem hoc domitant modo. Fenestre vndiq͡ʒ vitree ꝑlucet: ⁊ hostia plerūq͡ʒ ferrea. In his plurime aues cantant: rare apud eos familie vetuste: aduene aut inquilini fere omnes nouissimis diebus hec vrbs Vienna primaria Imperatoris Friderici tercij dum inimicitias maximas cum Mathia vngarorum rege gereret: multa eius bella in se concitauit: qui damna multa Vienēsibus ⁊ incōmoda imperatori intulit: ⁊ tandeʒ ciuitatem ei abstulit: quam post mortem Mathie Fridericus tercius iam veteranus per filiū Maximilianū regem in suam potestatem iterato redegit.




NVREMBERGA
S. Laurencius
S. Sebaldus



Nuremberga vrbs tota germania: ⁊ apud exteras gentes nominatissima celeberrimaqꝫ. Emporiū germanie amplissimū: magnificis operibus publicis ⁊ priuatis ornata. Arx regia in colle vrbi superemīnet vetustissima. ex qua intra vrbem ⁊ extra prospectus est. A qua ciuitatis nomen ortum fuisse quidam arbitranť. quam pleriqꝫ a Tiberio Nerone imperatore: post tiberine constructionē conditā. Aut a Druso nerone fratre suo qui germanos deuicit denominatā dicunt Nerobergam. Tiberius enī cesar genus paternū a Tiberio nerone trahit. qui liuiam drusillam (vt Suetonius tranquillus scribit) grauidam: ⁊ ante iam apud se filium enixam: petenti augusto concessit. Nec multo post diez obijt vtroqꝫ liberoꝝ superstite Tiberio drusoqꝫ neronibus. Inter cognomina ⁊ Neronis assumpsit: quod significať lingua sabina fortis ⁊ strennuus. Tiberius post hec comatā galliam rexit: ⁊ barbaroꝝ incursionibus ⁊ principum discordia inquietā. Ex hinc rheticum: vindelicūqꝫ bellum inde pannonicū indeqꝫ germanicū gessit Rhetico atqꝫ vindelico gentes alpinas. pannonico brennos ⁊ dalmatas subegit. Germanico quadraginta milia deditícioꝝ traiecit in galliā iuxtaqꝫ ripaz rheni sedibus assignatis collocauit. Quasobres ⁊ ouās ⁊ curru vrbem ingressus est triūphalibus ornamentis ornatus. Cui postea glorie amplior cumulus accessit: toto illirico quod intra italiam regnūqꝫ noricum ⁊ traciam ⁊ macedoniam interqꝫ danubiū flumen: ⁊ sinum maris adriatici patet perdomito ⁊ in ditionē redacto. Iste Claudius Tiberius Nero (vt Eutropius tradit) prudens in armis: satisqꝫ fortunatus ante assumptum imperiū fuit. Et ciuitates suo nomine appellari iussit. Vetustissimi tamen historicoꝝ codices litteris scripti peruetustis. eam arcem castrum noricū appellant. Romani enim vt hostes post alpium saltus meatusqꝫ insidentes: ab incursibus ꝓhiberent. In collibus ⁊ tumulis norice ac plerisqꝫ regionibus germanie arces extruxerunt. De quo si plura sine testimonio dixerimus: fidem nobis paruā adhibitū iri dubitamus. Cum in noricis (vt Strabo grauissimus autor tradit) ⁊ thaurisci habitēt hoꝝ omniū impudentissimas incursationes repressit Tiberius: ⁊ eius frater Drusus estate vna: per tota alpium ipsarū montana quidam terrarū extant tumuli: qui cōmode coli valeant. vallesqꝫ bene condite. De quo meminit Virgilius in fine tercij libri georgicoꝝ. Tum sciat aerias alpes ⁊ norica si quis castella in tumulis. Ea presidia posuerunt que germanos a rebellione ac motibus deterrerent. Habet itaqꝫ hec vnicū verticem in qua vetustissimū castellū vrbis pro custodia constructū est. Gloriosus quoqꝫ pontifex summus Pius eius nominis ordine secundus scribit. De nuremberga dubium franconie an baioarie cedat: Ipsum nomen indicat ad baioarias vrbem pertinere: Normberga enim noricuz montem significat. Ob quā rem patet noricoꝝ ciuitatem fuisse. Noricis aūt baioarios successisse. Ea nūc portio terre baioarie: que inter danubiū ⁊ Nurembergam iacet noricum appellať. Ciuitas tamen in diocesi Babenbergensi: que ad francones pertinet: sita. Ipsi Nurembergenses nec bauari nec francones videri volunt. Sed terciū quoddam seperatū genus. Urbs ea nobilis amne pegnicio interlabiť. ⁊ in ꝑtes duas diuidiť: ac pontibus lapideis pulcherrimis trahiciť. In agro sterili ⁊ arenoso condita. atqꝫ ob eam rem industrioso populo. omnes aūt plebei opifices ingeniosissimi aut plerūqꝫ negociatores prudentissimi. Repertores ⁊ magistri mirandarū ac subtilium operū ⁊ arcium que ad decorem ac vtilitatē hominum plurimū conducunt. Quamqꝫ hec inclita vrbs a quibusdam inter nouas numerari censeať. cum paucis in veterū monumentis reperiať: nullaqꝫ antiquitatis vestigia in ea appareant: preter arcem opus laude ⁊ vetustate dignū: atqꝫ perpaucas edes. Cum igiť de nomine ac conditoribus qui fuerunt ⁊ quibus temporibus certatio sit ⁊ sub iudice lis: ea relinquamus: cum de alijs vrbibus ne dum italie ⁊ germanie: Uerum ⁊ de roma matre vrbium dubium extat. Nam vrbem terre marisqꝫ dn̄am quam nunc romani incolunt vt Dionysius halicarnaseus de antiquitate romanoꝝ tradit: vetustissimi barbari siculi tenuisse dicunť qui vero ante hoc fuerint: neqꝫ vt habitata sit ab alijs: neqꝫ vt deserta fuerit: nemo quicqꝫ habet certi q̄d dicat. quā aliqui a congregatione hominū: alij a troianis: alij ab euandro: ceteri a romulo conditā scribunt. Reliqua igiť prosequamur. Constat Nurembergā temporibus Karoli magni in flore fuisse. Karolus enim magnus rex francoꝝ qui talia tāqꝫ multa gerebat vt simul ecclesiam: romanūqꝫ imperiū instauraret. saxonibus domitis: hittonibusqꝫ: gallicis sibi federe coniunctis: pacem cuz Tassilone baioarioꝝ duce. Adriano pontifice romano sequestre inijt. Sed cū accersitus Tassilo nec accederet: nec obsides ex federe promissas mitteret. Bellum illi Karolus indixit: ducens in baioariam copias tripartito distribuit. Ipse enim cū parte tercia copiarū Nuremberge: ⁊ in locis finitimis sua firmabat castra. Et austrasios turingos ⁊ saxones ad danubium castrametari iussit. Pipinus filius cum exercitu italico ad Tridentū desedit. Cum itaqꝫ Karolus prudenti consilio castra firmasset prope Nurembergā in formam sui tentorij Sacellum construxit: quod postea Leo tercius summus pontifex: cum ad Karolum properaret qui apud padebrunam saxonie oppidū erat summa acceptus reuerētia: proceresqꝫ dedit: qui honesto illū deducerent comitatu. Rediēs romā in honore diue Katherine martyris dicauit. Ferūt nōnulli eam vrbem fuisse olim sub dominio nobilissimi comitis francoꝝ Alberti: qui cū fraude hattonis epi maguntinēsis a Ludouico impatore obtrūcatus deinde in ius imperij cessisse. Postea vero q̄ in ditionē imperij venit: Sūma fide: constantia: ⁊ officio romanū imperiū coluit. Regibusqꝫ romanis fidē constantissimā semꝑ seruauit. In discordia tamē cesarū calamitates ac damna grauia pertulit. Heinrico eñ quarto regnū occupante filius eius rex romanoꝝ ꝑ diuinam vt videť vltionē: patrē bello persecutus fuerat. Recessit itaqꝫ filius. in Nurembergēses fidē genitori

seruantes: auxilio suorum fretus: Nurembergā obsessam recepit: quod Otto Frisingensis ⁊ Gotfridus Viterbiensis haud ignobiles historici scribunt. Idem Heinricus rex herbipolim petēs. Erlongo eiecto Robertum prefecit. Deinde dimissis saxonibus cū baioariis: castrum noricū obsidione cingit. Ipsoqꝫ expugnato: Ratisbonā norici ducatus metropolim adiit: quē pater euestigio subsequēs roberto fugato: erlongū restituit. Inde ꝓgressus ratisbonensiū auxilio filio vrbe fugato: ibi Vlricum pontificē cōstituit ac Theobaldi marchiā ꝑ bohemos deuastauit. Conradus sueuus qui defuncto Lothario in romanoꝝ regē declaratus erat: ac ducēde in asiā expeditionis suasu diui Bernardi abbatis clareualensis munus assūpsit eam vrbem instaurauit: ⁊ insigne monasteriū ⁊ abbatiam ordinis diui benedicti ad sanctū egidiū nuncupatū: In celebriori vrbis loco fundauit. Nurembergenses a conrado rege ceterisqꝫ romanis imꝑatoribꝰ incrementū plurimū habuerunt: nec arbitrandū est eam vrbem istius pulchritudinis ⁊ amplitudinis a principio instaurationis fuisse. Verum temporibus karoli quarti imperatoris romanoꝝ ac regis bohemorū maiore ambitu: menibus nouis aucta fuit. Munita nūc extat: post alta menia ⁊ antemuralia: ingenti claudit᷑ per circuitū profunda ac lata fossa. Habet quoqꝫ ꝓpugnacula. murum crassissimum: ⁊ turres quinqꝫ ⁊ sexaginta supra trecentas. Estqꝫ edibus ciuiū amplissimis ⁊ firmissimis exornata. ⁊ in medio ferme germanie sita. Ciues eius cum industriosi sint: legibus imperialibus instructi. Senatū ⁊ magistratus ordinem habent a plebe distinctū. vetustiores ciues rempublicam administrāt. plebs tamen suis rebus studet ⁊ de publicis minime curiosa est. Plures in ciuitate basilice ample ⁊ ornatissime extāt. Et preter parrochiales ecclesias celeberrimas sancto Sebaldo ⁊ sancto Laurentio dicatas Quatuor mendicantiū loca magnifici operis habet: que ciues diuersis temporibus edificauere. Monialesqꝫ sacre virgines ad diuam Katherinam ⁊ sanctam Claram duo monasteria habent. Cruciferi ordinis theutonicoꝝ spaciosa vrbis loca possident. Extat quoqꝫ in ea Carthusiense cenobiū edificii magnificentia amplissimū ⁊ pulcherrimū. atqꝫ sanctissime virginis marie sacellum regale in foro ornatissimū cum fonte pulcherrimo. Gaudet hec insignis vrbs de suo regio patrono diuo Sebaldo. is fuit vita ⁊ miraculis clarus: Et signis imperialibus. Palliū enim: enses: sceptrum: poma: coronāqꝫ karoli magni Nurembergenses in eoꝝ archiuis obseruant. que in coronatione noui regis ob sanctitatē ⁊ antiquitatē auctoritatē prestant. Datur eniꝫ hoc vetustati: vt plus maiestatis habere videant᷑: pondere noua carent. Ornat᷑ qꝫ ꝗ̄maxime impreciabili ac diuinissima lancea que ihesu xpi latus in cruce aperuit. Ac particula crucis famosissima. ⁊ aliis reliquiis toto orbe celebrandis. Que die tredecima post pasce gaudia: populi frequentia ex variis prouinciis summa deuotione quot annis visunt᷑. Ideo in eius laudem adiungit᷑.

O decus eximium norici Nuremberga serena
Vrbs celebranda nimis regia siderea
Tu populosa viris: tu formosissima rerum
Virtutumqꝫ parens: tu religionis amatrix
Justiciam sacramqꝫ fidem: pacemqꝫ propinquis
Antiquasqꝫ patrum leges ante omnia seruas

Sacrosancte militantis ecclesie fundamenta quibus tota huius edificii fabrica confidenter innitit᷑ sunt sancti apostoli. quos deus elegit primitias in salutem gentiū omniū. Ipsi sunt bases ecclesie super fundamento: preter quod nemo aliud ponere potest quod est christus ihesus summo angulari lapide solidati: vt veritas que ante legis ⁊ prophetarum preconio vehebat᷑ per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptū est. In omnem terram exiuit sonus eorum. Ab ipsis nāqꝫ est ꝓpagata ecclesia: ⁊ vsqꝫ ad mundi terminos verbo predicationis extensa. hanc doctrinis: miraculis: exemplis: sanguisqꝫ effusione plantauerunt. Quapropter digne patres: fundatores: edificatores: ordinatores pastores ⁊ pontifices vniuersalis ecclesie vocant᷑. Huius aūt muneris sacramentū ita dn̄s ad omniū apostoloꝝ officium pertinere voluit: vt in beatissimo petro omniū apostoloꝝ summo collocaret: vt ab ipso q̄si quodam capite dono suo velut in corpus omne diffunderet vt extorrem se misterii intelligeret esse diuini qui ausus fuisset a petri soliditate recedere: hunc enim in consortiū indiuidue vnitatis assumptum. Id qd̄ dn̄s erat voluit nominari dicendo. Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam: vt eterni templi edificatio mirabili munere gr̄a dei in petri soliditate consisteret: hanc eccl̄iam sua firmitate corroborans: vt illā nec humana temeritas posset appetere: nec porte inferi contra illā ꝑualerent.

Data est mihi potestas
in celo et in terra:
Saluator:



Spiritussancti missio

Summus deus ac parēs oīm: vt nouis cultoribus nouā legē daret doctorē iusticie misit e celo. Is vt premissū est cruci affixus vltro spm̄ posuit. Sed qm̄ predixerat se tercia die ab inferis resurrecturū: metuētes ne a discipulis surrepto corpore vniuersi resurrexisse eū crederēt: detraxerunt eū cruci: ⁊ cōclusum in monumēto firmiter militari custodia circūdederūt. Verū tercio die ante lucē: terremotu facto: repente patefactū est sepulchrū. Et custodes attoniti obstupefecerat pauor. integer e sepulchro ac viuus egressus in gallileā ꝓfectus est discipulis ꝯgregatis: scripture sancte l̄ras id est ꝓphetarū archana patefecit: que anteq̄ paterent perspici nullo modo poterāt: q̄ ipsū passionēq̄ eius annūciabāt. Ordīato vō discipl'is suis euāgelio: ac noīs sui predicatione circūfudit se repente nubes: eūq̄ in celum sustulit q̄dragesimo post passionē die. Post beatā eñ ⁊ gloriosam resurrectionē quo verū dei templum iudaica impietate resolutū: diuina in triduo potētia suscitauit. Quadragenarius sanctoꝝ dieꝝ numerus expletus: mora corporalis p̄ñtie extēdit: ut fides resurrectionis documentis necessarijs muniret. Apl'i itaq̄ ⁊ discipuli oēs post ascēsione dñi (sicut Lucas ī actibus apl'oꝝ meminit) a mōte oliueti regressi statim venerūt hierosolymā: ⁊ ascenderūt in cenaculū vbi manebāt in orōne ⁊ humanitate ꝑseuerātes cum mulieribus ⁊ maria matre ihū ⁊ frībus eius meditātes in lege dñi: ac mādatoꝝ eius die ac nocte: donec induerentur v̄tute ex alto. In his aūt diebus q̄ inter resurrectionē dñi ⁊ ascēsionē fluxerūt mot⁹ dire mortis auferť. Et nō solū aīe: sed etiā carnis īmortalitas declarať. In his per insufflationē dñi infundiť apl'is oībus spūssanctus: ⁊ btō apl'o petro supra ceteros post regni claues ouilis dñici cura mandať: Per omne deniq̄ hoc tēpus ꝓuidētia dei curauit: atq̄ suoꝝ ⁊ oculis insinuauit ⁊ cordibus: vt dñs ihs vere agnosceret resuscitatus: qui vere erat natus ⁊ passus ⁊ mortuus. Ab illo aūt die quo dñs super oēm celoꝝ altitudinē ascendit: decimus dies occurrebat qui ab eiusdē resurrectione q̄nquagesimus: vt sacra testať historia. Cū discipuli pariter essent: acceperunt munera spūs sancti ꝓmissa que poscebant. Et factus est repente de celo sonus: ⁊ repleuit totam domum vbi sedebant ⁊ apparuerunt illis dispartite lingue taq̄ ignis: ⁊ repleti sunt oēs spiritusancto: ⁊ ceperunt loqui varijs linguis. Sicut eñ hebreo quondā populo ab egyptijs liberato: quīquagesimo die post īmolationē agni lex data est in monte syna. Ita post passionē qua verus dei agnus occisus est: q̄nquagesimo a resurrectionis eius die in apl'os plebeq̄ credentiū spūssanctus elapsus est: vt facile diligens xp̄ianus agnoscat inicia veteris testamenti euāgelicis ministrasse principijs: ⁊ ab eodem spū conditū fedus a quo primū fuerat institutū. His aūt muneribus imbuti apl'i oīa que de xp̄o ꝑ ꝓphetas scripta fuerāt ꝓtinus intellexerūt: Cōmuniq̄ decreto simbolū edentes: nr̄e fidei fundamēta iecere. Et petrus quidē apl'oꝝ princeps iuxta hieremie ꝓphetiā ⁊ isaie atq̄ psalmiste dixit. Credo in vnū deum patrē oīpotentē creatorē celi ⁊ terre. Andreas in abacuck verbo subdidit. Et in ihm xp̄m filiū eius vnicū dñm nr̄m. Cui ⁊ Johannes adiecit. Qui conceptus est de spūsancto natus ex maria v̄gine. vt isaias predixerat. Ecce v̄go ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. Jacobus vero ⁊ Jsaie ꝓphetiā affirmās dixit. Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Thomas deinde Osee ꝓphetiā contestās ait. Descendit ad inferos: tercia die resurrexit a mortuis. Posta Jacob⁹ maior ꝓtulit. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris oīpotētis. Philippus q̄z mox adiciens inquit Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Bartholome⁹ postmodū cecinit dicens. Credo in spm̄ sanctū. Cui Matheus subiecit Sanctā eccl'iā catholicā. Symon vō ⁊ Judas atq̄ Mathias deniq̄ reliquū ꝑfecerūt dicētes. Sanctoꝝ coīonē. Carnis resurrectionē. Et vitā eternam Amen. Symboloq̄ ꝑfecto apl'i multa ꝯstituere de oī eccl'ia: inde diuino cultu intenti Jacobū frēm dñi hierosolymoꝝ pōtificē cōstituerūt virū a nātitate sanctissimū: q̄ missaꝝ simplici ritu celebrare cepit dicēdo pater nr̄ ⁊c. Hac q̄ppe rōne xp̄iana respublica viroꝝ scz ⁊ mulierū crescere multū cepit. Propter qd̄ petrus apl's bonis institutis eccl'iā ꝯfirmaturus septē diaconos delegit videlz Stephanū: philippū: ꝓcorū: nicanorē: tymonē: parmenā ⁊ nicolaū anthiocenū aduenā. Illi q̄ ad veros xp̄i ministros ꝑtinebāt ꝑagere ceperūt. Totū postremo orbē ꝑ ꝓuincias inter se partiti sunt. Et thomas quidez parthos: medos: persas: hircanos: bactrianos ⁊ interna gentiū indoꝝ sortit⁹ est. Mathe⁹ macedoniā ⁊ ethiopiā. Bartholome⁹ licaoniā ⁊ citeriorē indiā. Andreas achaiā ⁊ scithiā. Johānes post mortē virginis marie asiā. Petro aūt pontus gallacia bithinia capadocia italia ⁊ tandē roma obtigit. Jacob⁹ maior hispaniā: Judas mesopotamiā. Symon zelotes egyptū: Philippus gallias ⁊c. accepit: de q̄bus apl'is mox narrabim⁹. Discipuli itaq̄ ꝑ ꝓuincias dispsi fundamenta eccl'ie vbiq̄ posuerūt: faciētes ⁊ ipsi ī noīe magistri dei magna ⁊ pene incredibilia miracula: q̄ descendens instruxerat eos virtute ac ptāte qua posset noue annūciationis ratio fundari ⁊ cōfirmari.

Gloriosissima semp̄qꝫ virgo maria dei genitrix intemerata: post ascensionē dn̄i ihesu: cōuersationē ad humane vite exemplū (luca in actibus aploꝝ testāte) generaliter cum aplis habuit: q̄usqꝫ repleti fuerunt grā spūssancti. Post missiōe vo spūssancti ꝛ aploꝝ dispsionē vt diuus Hieronymꝰ refert. Gabriel archāgelus tāqꝫ celestis paranymphus eā virginē sanctā ꝛ corpe ꝛ mēte intactā custodiuit: atqꝫ iohānes euāgelista cui eā de cruce filiꝰ cōmiserat: virgo v̄ginē seruauit officiosissime vsqꝫ in finez vite sue: ꝛ tāqꝫ adoptiuꝰ filiꝰ administrauit. Habitatio aūt eiꝰ vsqꝫ ad mortē pre nimio amore ī loco illo fuit vbi oīa in q̄bus passus fuerat loca inuisere posset: vt suis ꝯsolaret̄ aspectibus. ꝛ in mōte syon cella vbi morabat̄ ꝛ Johānes missaz celebrauit ōndit̄: quia (vt diuus hieronymꝰ scribit) impatiēs amor hoc inter cetera precipuuz hꝫ vt quē desiderat: semp inuenire se credat. Nec mirū si christꝰ est ab oībus amādus: multo ardentiꝰ ab ea cuiꝰ et dn̄s ꝛ filiꝰ erat. Multis eq̄dē afficiebat̄ dolorībꝰ ꝛ amoris ardorībꝰ estuauerat post filij ad celos ascensum: duz secū tacite cuncta reuoluerat: q̄ audierat viderat ꝛ cognouerat Tādez cū oī plena esset grā: oīqꝫ v̄tute illustrata. Anno a ntīitate filij eiꝰ ihesu xp̄i q̄dragesimonono etatis vo sue. 63. obdormiuit in pace: vberrimeqꝫ claritatis eterne grām possidere meruit: quā ab eius filio christo ihesu plenissime accepit. Ad eius aūt exeq̄as deo sic volēte (vt doctores sancti scribūt) oēs affuere apli. Et dn̄s ipse nr̄ ihesus christus cū tota celoꝝ curia: quātuz fas est credere: eidē totꝰ festiuus occurrit: ꝛ cuz gaudio eā in aīa ꝛ corpe in celum assumpsit. Secūqꝫ ī throno collocauit. Vixit aūt post mortē filij. 16. annis: cuz antea. 47. etatis haberet annos. Nulli aūt dubium in eius gloriosa assumptione ꝛ coronatione oēm illā celestem irl'm tunc exultasse ineffabili leticia: tunc iocundatā esse inestimabili charitate cū oī gratulatione iubilasse: nec miruz q2 honor maternꝰ eiꝰ est. qui est natus ex ea quez oīs celoꝝ ordo venerat̄ ꝛ adorat: sup se eleuatū cū p̄re in sede maiestat̄ dn̄i. Ad throni igit̄ celsitudinē intemerata mater ꝛ v̄go ꝓcessit: atqꝫ in regni solio sublimata: pꝰ xp̄m gl'iosa resedit.

Petrus papa primus: aploꝝ princeps: natione gallileus ex bethsaide vico: iohānis filius andree apli frater: primus sedit annis septē post ascensionē dn̄i ī episcopali sede apud antiochiā vrbez fuit aūt petrus ille quē his verbis xp̄s allocutus est. Beatus es symon bariona: q2 caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est ī celis. Et tu es petrus ꝛ sup hanc petrā edificabo eccl'iam meā. Ac tibi dabo claues regni celestis: ptātemqꝫ ligādi ꝛ soluendi. Is vo oīm diligentissimus vbi asiaticas eccl'ias satis confirmasset: cōfutatis eoꝝ opinionibus qui circūcisionez approbabāt post predicationē dispersionis de circūcisione in ponto: galacia: cappadotia: asia: bithimia. ab herodis carcere liberatus: in Italiā venit ꝛ rome primā cathedrā tenere cepit secundo Claudij anno. Cum ea vrbs totius mundi caput esset: etiā pōtificali sedi cōuenientē esse cernebat. Sedit aūt in ea annis. xxv. ꝛ mensibus septem. Petrus itaqꝫ romā tunc venit ꝛ q̄d hanc sedē pōtificali dignitati cōuenientē cernebat. ꝛ huc ꝓfectuz intellexerat symonē magū samaritanum quendā: qui prestigijs suis eo erroris iaz deduxerat populū romanum: vt deus crederet̄. Rome em̄ iam titulum adeptus erat inter duos pontes positū ac latinis lr̄is sic scriptū symoni deo sancto. Hic dum ī samaria esset tamdiu se credere ī christū simulauit: quoad baptismū a philippo vno ex septē diaconibꝰ acciperet: quo q̄dez postea in malā partez vtens: multaꝝ heresum fundamenta iecit cū Selene impudica muliere: quā sceleris sociā habuit: ꝓuocare petruz miraculis morte pueri homo nephariꝰ ausus est: quē eius carmina p̄mo mouere visa sunt: verū cuz postea nihilominus puer iaceret: in nomīe ihesu petro iubente surrexit. hāc obrez indignatus symon vidente populo se volaturū ex capitolino monte in auentinū pollicet̄. Cum iam volaret rogatu petri ad celū manum tendentis ac rogantis deum: ne deludi magicis artibus tantum populū sineret symon decidit ꝛ crus infregit. Cuius dolore nō multo post aricie mortuus est: Hinc symoniaci heretici originē habent: qui donum spūssancti emere ꝛ vēdere ꝯsueuere ꝛc̄. Primus postea Petrus quadragesimale ieiuniū instituit. Duas qꝫ eplas q̄ canonice nomīant̄ scripsit Verū quia pluribus intentus esse non poterat: cum orationi ꝛ predicationi vacaret duos episcopos ordinauit Linum scꝫ ꝛ Cletum: qui sacerdotale ministeriū populo romano ꝛ alijs exhiberent.

Assumptio marie dei genitricis



Coronatio Gloriose virginis Marie In celis :



ā mūdi. 5233. ā x̄. 34.



Linea Imperatorum

Caius Calligula



Caius cognomēto caligula: filiꝰ drusi augusti cesaris priuigni ⁊ tiberij nepos q̄rtus romanoꝝ impator. mortuo eñ tiberio a castrensi loco ducto impiū occupat. caligule cognomē traxit: qꝛ manipulario habitu inter milites educabatur: siue vt alij ferūt cum eius iuuentum extitit deferendi caligas, margaritis insignitas. mā͞sit ī liuie auguste ꝓauie sue cōtubernio quā defunctā pretextatꝰ ꝓ rostris laudauit. inde vicesimo etatꝭ anno accitꝰ capreas a tiberio vno atq̧ eodē die togā sumpsit. Naturā tñ seuā atq̧ ꝓbrosā inhibere poterat. cōsulatꝰ q̄tuor gessit. opa sub tiberio semipfecta teplū augusti theatrūq̧ pōpeij absoluit. inchoauit aqueductum tiburti. multas tñ vrbes in suo noīe edificauit ⁊ presertim apud thraciā calipolim vrbē insignē. Statura fuit eminenti pallido colore: corpe enormi: gracilitate maxia ceruicꝭ ⁊ cruriū ⁊ oculis ⁊ tpibꝰ cōcauis: frōte lata ⁊ torua. capillo raro ac circa verticē nullo. Vultū vero natura horridū ac tetrū etiā ex industria efferebat. valitudo ei neq̧ corporis neq̧ animi ꝯstitit. vestitu calciatuq̧ ⁊ cetero habitu neq̧ patrio neq̧ ciuili: ac ne virili quidē vsus est. sepe depictas gēmatasq̧ indutꝰ penulas: īmanissima facta augebat atrocitate verboꝝ. ideo hō oīm scelestissimꝰ iudicatꝰ. nil eñ vel domi vel foris strēnue gessit. Auaricia oīa expilauit: tāte libidinis fuit vt etiā sororibꝰ stuprū intulerit: tante crudelitatis vt sepius exclamasse dicat vtinā pplꝰs romanꝰ vnā ceruicē haberet. ita aūt virgilij ⁊ liuij glie inuidit: vt paululū abfuerit: q̄n eoꝝ scripta ⁊ imagines ex oībus bibliotecis amoueret senecā arenā sine calce dicebat. Preterea agrippā regē iudee facit: herodē lugdunū relegat. Postremo a suis tādē necat impij āno tercio mēse decio cū vixisset annis. xxix. Cadauer clā ī ortos lamianos asportatū: pꝰ crematū ⁊ sepultū

Claudius



Claudiꝰ caij caligule patruus: quē nepos ī ludibriū reseruauerat: impiū accipiēs q̄ntꝰ romanoꝝ impator ope ⁊ industria agrippe regis iudeoꝝ imperiū: vt iosephꝰ refert: accipe meruit. Is natꝰ est lugduni eo die q̄ pmū ara ibi augusto dedicata est: apuellatusq̧ tiberiꝰ claudiꝰ drusus disciplinis liberalibꝰ ab etate pma nō mediocrē opam dedit q̄nq̄gesimo anno imperiū cepit. In cognoscēdo ⁊ decernēdo mira varietate animi fuit. Britāniā quā neq̧ an̄ Iuliū cesarē neq̧ post eum quisq̧ attingere ausus est: in deditionē accepit: orchades insulas romano adiecit impio: sexto q̧ ꝓfectꝰ erat mēse romā redijt: triūphauitq̧ maxio apparatu. Opa magna potiꝰ q̧ necessaria pfecit: p tria passuū milia partim effosso mōte: partim exciso canale absoluit egre: ⁊ pꝰ vndecim annos triginta milibꝰ hoīm ibi sine intermissione elaborātibꝰ portū ostie extruxit: ducto dextro leuaq̧ brachio ad cohercendos maris fluctꝰ: vxorē duxit eliā petinā cū qua diuortiū fecit ex leuibꝰ offensis. Post messalinam messale cōsobrini sui filiā ī mřimoniū accepit quā cū cōperisset sup cetera flagicia C. silio nupsisse: supplicio affecit: tandē illecebris agrippine blādicijs preallectus cū ea nuptias ꝯfecit. autoritas dignitasq̧ forme nō ei defuit. Nā ⁊ ꝓlixo nec exili corpe erat: ⁊ specie caniciecq̧ pulchra: opimis ceruicibus. cibi vinīq̧ tpe ⁊ loco appetētissimꝰ: historiā in adolescētia scribere aggressus est: nec minore cura greca studia secutus est. Postremo ab agrippina boletis veneno illitis necat. Excessit aūt. iij. idus octobris. lxiiij. etatis impij. xiiij. anno. funeratusq̧ est solēni principū pompa. Presagiū mortis eius fuit exortus crinite stelle quam cometam vocant.

Nero



Nero claudij priuignꝰ ⁊ agrippine ex Gneo domicio eiꝰ viro filiꝰ sextus romanoꝝ impator. natꝰ est an̄ nouē mēses q̧ tiberiꝰ excessit cui ꝓprium nomē domicius sicut ⁊ pri. Cū claudiꝰ cesar ei filiā octauiā vxorem dedisset eū neronē appellauit. Inter ceteras disciplinas puericie imbutus tpe ⁊ musica. equoꝝ studio vel p̄cipue ab ineunte etate flagrauit: petulātiā: libidinē auariciā: crudelitatē sensim quidē pmo ⁊ occulte velut iuuenili errore exercuit. Paulatī vo inualescentibꝰ vicijs ad maiora palā erupit. Epulas e medio die ad mediā noctē ꝓtrahebat: fuitq̧ auūculo calligule oībꝰ in rebꝰ nequior: ⁊ sceleracior. Nā et magnā partē senatꝰ interfecit. Tante p̄terea luxurie fuit vt frigidis lauaret vnguētis. retibusq̧ aureis piscaret q̄ attrahere funibꝰ purpureis ꝯsueuerat. Hec oīa vicia principio impij sui ita occultauit: vt bonā spem oībꝰ p̄ se ferret. statura fuit pene iuxta corpe maculoso ⁊ fetido. subflauo capillo: vultu pulchro magis q̧ venusto: oculis cesus ⁊ hebetioribꝰ: ceruice obesa: vētre obiecto: gracillimis cruribꝰ: valitudine ꝓspera. Incendiū aūt rome suo tpe a cliuo scauri ad exq̄lias vsq̧ sex diebꝰ vagatū. mltas fortunas ciuiū cū ꝯsupsisset: ac oīs culpa p̄ncipi ascriberet. Ipse: vt ait corneliꝰ tacitꝰ: abolendo rumori intentus: falsos testes subornauit q̄ id factū a xp̄ianis causarent. vnde ⁊ tot capti ⁊ interfecti sunt: vt ex eoꝝ cadaueribꝰ p aliquot noctes lumine cōtinuata dicunt. Sūt tñ q̄ dicunt illud incendiū ab eo excitatū fuisse vt troie ardētis silitudinē cerneret. Sua seuicia q̧ in senecā: lucanū: in matrē agrippinā ⁊ octauiā vxorē ⁊ oēs q̄ ī p̄cio apd ciues erāt vsus est. Tandē pplī romani irā ⁊ odiū in se ꝯcitauit vt ad penas quesitꝰ sit. Is fugiēs ad q̄rtū miliariū in suburbano liberti sui: semetipsū interfecit. Obijt. xxx. ⁊ secūdo etatꝭ anno impij vo quartodecimo.

Lapidatio sancti Stephani



STephanꝰ ꝓthomartir natiõe hierosolimitanus: e septē diaconibꝰ primus ob scītitatē ⁊ moꝝ disciplinā diaconꝰ ab aplīs electus: signa ⁊ ꝓdigia multa vt Lucas scribit in iudeoꝝ pplo ad corroboratiõē fidei xp̄iane facere cepit. Contra quē nõnulli iudeoꝝ insurrexere: sed nequaq̄ sapīe ⁊ spiritui eius disputādo resistere nequiuerūt: eo ꝙ intuētes vultū eius: vultus angeli apparuit inter illos: quoꝝ errores cū cõfutasset indignati iudei ipsuz extra ciuitatē eijciētes lapidibus perimerūt: vt expeditiꝰ lapidibus impetere possent vestimēta sua deposuerūt iuxta pedes adolescentis sauli. Dumq̄ lapidaret genua posuit: ⁊ suspiciens in celū ⁊ vidēs ihm̄ stantē ꝑ lapidātibꝰ obnixe orauit: ne mortē suā illis statueret in suppliciū. Js em̄ viua imago virtutis cū saxoꝝ turbine quateret ⁊ saxeus ille nimbꝰ circū tpa crepitaret a cõstantia mētis nūq̄ dimotus in futurā spem tota intentione ꝓfusus: magnū patiētie documentū posteris allaturꝰ Oratione tādē cõpleta mox obdormiuit ī pace. Lapidatusq̄ fuit eodē anno q̊ xp̄s crucifixus in mēse augusti. Corpus eius venerabile inuentū fuit a btō Luciano presbitero tpibus Honorij āno dn̄i.cccc.vij. Jn cuius reptione augustinus refert sex mortuos suscitatos ⁊.lxx. hoīes a varijs egritudinibus liberatos. Postea trāslatū constātinopolim: deinde romā ⁊ digniori loco conditū.

PHilippus aūt secūdus diaconus cesariā veniens postq̄ samarie predicabat: ⁊ multis signis ⁊ ṽtutibus inclitus fuit. Tres filias ꝓphetie spū plenas habuit. Obijt tpe Neronis ⁊ ab oībus sanctus habitus Tres q̊z filie in eiꝰ sepulchro tumulate sunt. Procorus tercius diaconoꝝ apd̓ anthiochiā dei ecclīam nuper ab aplīs excitatā fide ⁊ industria auxit: vbi martirio coronatus fuit. Nicanor q̊z q̄rtus diaconus cū hierosolymis grā fidei ⁊ virtute vsq̄ ad tpa Vespasiani admirādus fuisset ibi martiriū ꝓ dn̄o suscepit. Tymon q̄ntus diaconꝰ primū ad beroam resedit. deinde verbū dn̄i disseminās corinthū ꝑuenit: vbi a iudeis ⁊ grecis ꝑmo flāmis iniectus: ſ nil lesus: demū cruci affixus martyrij coronā accepit. Parmenas sextus diaconus predicatiõis officiū plena fide cõsūmauit ⁊ tandē Traiani tpibus martyrij glīaz adeptus est. Nicolaus ṽo aduena septimus diaconus in fide nõ permāsit: ⁊ nicolaitarū heresis ab eo iniciū sūpsit.

Conuersio ⁊ vita Pauli apl̄i



PAulus ihū xp̄i dignissimꝰ apl̄s electionis vas ex tribu beniamin fuit: ex oppido iudee ꝙ giscalis noīat q̄ cū a romanis captus a puero fuisset cū parētibus suis tharsuz cilicie vrbem (vbi eiꝰ pater ciuilitate romana donatꝰ est) cõmigrauit. Mos siquidē tūc romanoꝝ fuit cū monarchiā tocius mūdi cõquireret: vt gentes q̄ cū pace ⁊ coronis romāis occurrebāt: romane ciuilitatis potirent eoꝝq̄ frēs dicerent. Cū aūt romani ciliciā cū exercitu petissent: pauli pater cū nobiliorībꝰ tharsensibꝰ romanis cū pace occurrebat. Eā ob rē ꝯsularē vestē ꝓmeruit: ⁊ inter ciues romanos annumeratus fuit ꝓpter qd̓ ⁊ paulus hic apl̄s ciuis romanꝰ habitus est. Cū aūt xp̄i religio ꝑ vniuersaz excrescere cepisset iudeā: adhuc adolescētulus a põtificibꝰ tēpli epl̄as accipiēs: eos q̄ xp̄m verū esse deū ꝓfiterent ꝑseq̄ decreuit: vn̄ cū Stephani ꝓthomartiris neci interfuisset: ⁊ oīm lapidātiū eū vestimēta ſuaret: tāq̄ manibus oīm lapidaret Stephanꝰ inclinatus ꝓ eo orauit ⁊ paulū e terra erexit: q̄ paulopost dū damascū ꝑgeret (vt lucas testat) spū diuino tactus ad fidē xp̄i venire cõpulsus: vas electionis vocari ꝓmeruit. Et id oē euenit anno q̊ ⁊ xp̄s passus est. Statiq̄ vocatꝰ xp̄i euāgeliū eidē reuelatū est. Ob diuinaq̄ studia hierosolimā missus gamalieli viro doctissimo eruditionis cā cõmendatus. Post aūt eius ꝯuersationē vna cū barnaba aplo mltis vrbibus ꝑagratis hierosolimā redijt cū petro iohāne ⁊ iacobo xp̄i euāgeliū cõtulit: q̊ audito gentiū apl̄s ab eisdem declaratus est. Jn hispaniā predicādi grā nauigauit: in narbona multos couertit. Reuersus scd̓o hierosolymā scd̓o imꝑij neronis anno: a festo iudee ꝓcuratore vinctus romā (vt ciuis romanꝰ) mittit: vbi bieñio ī libera custodia manēs: cū iudeis q̊tidie disputabat: tandē a nerone dimissus mlta ꝑdicauit ⁊ scp̄sit.

Sanctus marcus euangelista



Marcus euãgelista genere leuitic⁹ sacerdosq̨ cũ petro magistro suo: ex baptismo fili⁹ atq̨ interpres: ad ꝓpagandũ verbũ dei romã (ex antiochia) venit: iuxta qđ petrũ referentez audierat: rogat⁹ rome a fratrib⁹ breue scripsit euãgeliũ. Qđ cũ petr⁹ audisset ꝓbauit ecclesijs legendũ: ⁊ sua auctoritate edidit. Diuus aũt petr⁹ vidẽs cõstantiã viri ipsuz alexandriã destinauit aquilegiẽses vo sua predicatione ad xpi fidẽ pri⁹ cõuertit. ⁊ cũ ermagorã ciuẽ aquilegiẽsez virũ doctissimũ cõuertisset cũ eo ad petrũ regressus illũ aqlegiensez epm creare fecit: inde alexandriã ꝑrexit: ⁊ prim⁹ ibi xpm annũciãs: cõstituit eccl'iam: tãta ⁊ doctrina ⁊ vite cõtinẽtia vt oẽs sectatores xpi ad exemplũ sui cogeret. Tante fuit humilitatis vt pollicẽ sibi amputauerit: vt sacerdotio reprobus haberet̃. Postq̨ aũt diu eccl'iam docendo scribendo cõstituisset octauo neronis anno a pontificib⁹ temploꝝ in solẽnitate pascali cũ missaz celebraret capt⁹: fune in collo ei⁹ misso ipsum ꝑ ciuitatẽ trahebãt: donec spm̃ emisit. ⁊ sepult⁹ est alexandrie succedẽte sibi aniano. Anno vo dñi. dccc. xxix. fuit Justian⁹ patricius veneciaꝝ dux. anno ei⁹ secũdo beati marci euãgeliste corp⁹ venetias est trãslatũ ⁊ eo q̃ secutus est anno cõdite vrbis venete primo septuagesimo ⁊ q̃dringẽtesimo eccl'ia que nũc extat sancti marci venetijs edificari cepta. Inde ex senatus cõsulto vrbis patron⁹ constitutus. Eius imagine in vexillis detulerunt. Ipsius q̃z euangelij codicem ex aquilegia delatuz cum alijs preciosissimis donarijs in eodem templo recondiderunt.

Fenix auis vnica



Fenicem nobilem ante omnes aues vnum in toto orbe nec visum magnoꝑe Cornelius valerianus deuolasse in egyptũ tradit Q. plautio. Sex. papinio cõsulibus. Allatũq̨ esse in vrbem claudij principis censura. anno vrbis. dccc. ⁊ in comicio ꝓpositum: quod actis testatus est hec auis in arabia prius visa narratur aquile magnitudine: auri fulgore circa colla: cetera purpureus: ceruleaz roseis caudam pennis distinguentibus: cristis faciem: caputq̨ plumeo apice honestare Auctor manilius senator est neminẽ extitisse qui viderit vescentem. viuere annis sexcentis sexaginta. Senescentẽ cassia turisq̨ surculis construere nidum replere odoribus: ⁊ super emori. Ex ossibus deinde ac medullis nasci primo ceu vermiculum: inde fieri pullum. Huius alitis vita magni cõuersionem anni fieri prodit idem manilius.

Jacobus maior apostolus



Jacob⁹ maior apl's dñi: zebedeiq̨ ex maria salome fili⁹: ac diui iohãnis euãgeliste frater dictus maior cũ pri⁹ altero vocat⁹ ad apl'atũ: ⁊ ꝑ martyriũ ad regnũ celoꝝ fuit. quẽ dñs vna cũ eodẽ iohãne vocauerat dicens. Uenite post me faciã vos fieri piscatores hoĩm. quiq̨ relictis retibus secuti fuerũt eũ. post aduentũ spiritussancti hispaniã accessit ad predicandũ. postq̨ vniuersam p̃dicãdo ꝑagrasset hispaniã: in qua noue tãtuz cõquisierat discipulos: cũ videret gentẽ illã agrestem i iudeã reuersus. Ab herode agrippe regis fratre qui in irl'm fr̃is vices gerebat: obtrucatione capitis martyrij palmã adeptus est. Ut dicit̃ die qua ⁊ xps incarnatus vel passus est anno vno integro reuoluto. Cũ vo duceret̃ ad locũ passionis ꝑ Josiã scribã: ⁊ in via paraliticũ sanasset: iosias credidit: pri⁹ baptizat⁹ capite priuat⁹ cũ iacobo fuit. Ei⁹ aũt sacratissimũ corp⁹ discipl'i ei⁹ nocte rapiẽtes de irl'm ad hispanias trãstulerũt. ⁊ cõpostellã ciuitatẽ gallicie intrãtes ĩ vltimis finib⁹ hispaniarũ cõdidẽ. Ibiq̨ celeberrima gentiũ illi⁹ ⁊ ꝑegrinarũ nationũ veneratione excolit̃. Stupẽda effecit q̃z deuotio fideliũ infusa mentib⁹ in visitãdo limina ei⁹ ⁊ eccl'ia firmauit: in eo voto nullus preter apl'icã sedẽ dispẽsare liceat. ⁊ qđ minus ceteris apl'is illi ĩ vita collatũ fuit honoris ⁊ glorie: ꝓpter breuitatẽ vite ei⁹: hoc quasi diuina munificẽtia post mortẽ suppleuerit.

Prima ꝑsecutio xpianoꝝ terciodecimo imperij neronis anno cepta fuit. Is ĩ xpianos p̃m⁹ exercere cepit. in q̃ p̃ter petrũ ⁊ paulũ apl'os vt illico patebit etiã infrascripti singulares viri rome ⁊ alibi gliorioso martyrio coronati sunt. quoꝝ de nũero q̃draginta septẽ fuere a btõ petro apl'o baptizati: q̃ cũ eodez apl'o ĩcustodia cõtinent̃: tandẽ sub deuotissima fidei ꝯfessione ibidẽ neroniano gladio. 2. yd⁹ marcij ꝯsũpti sũt.

Jacobus iustus minor apostolus



Jacobꝰ apl's cognomēto iustus dictus minor respectu maioris: nō quo ad sctitatē: sed ob vocationē ad apl'atū. Dn̄i (ex sorore marie matris eiꝰ) frater post ascēsionē dn̄i ab apl'is hierosolomitane eccl'ie primus ep̄s ordinatꝰ: Sedit annis. xxx. vsq₃ ad septimū annū Neronis. Vir certe ab ipso matris vtero sanctus: q̄ vinū ⁊ sicerā nō bibit: nec carnē mādūcauit: ferrū ī caput eius nō ascēdit: oleo nō est vnctꝰ: nec balneo vsus est: veste linea supindutꝰ solus sancta sanctoꝝ ingrediebat ⁊ ita assidue ꝓ salute ppl'i flexis genibꝰ orabat: vt eius genua cameloꝝ more occalluerint ꝓ hac sūma iusticia: iustus appellatꝰ. ⁊ vt Ignaciꝰ tradit facie vita ⁊ mō cōuersationis xp̄o ih̄u similimꝰ fuit: ac si frēs gemelli fuissent. Hūc itaq₃ annanꝰ pōtifex iudeoꝝ: recedēte festo ex iudea ipsiꝰ ꝓuīcie gubernatore cōprehēdit. Et xp̄m negare attēptauit Posueritq₃ sup pīnaculū tēpli ⁊ ꝯgregata multitudine xp̄m verū deū vētuꝝ ad iudicādū viuos ⁊ mortuos ꝓclamauit. xp̄iani gauisi. pharisei ꝯturbati ascēdētes eū de tēpli pinna deiecerūt: cōfestim in terraꝫ collapsuꝫ lapidibꝰ obrui p̄ceperūt: ꝓut tn̄ potuit manꝰ ad celū tetēdit ⁊ ꝓ ꝑsecutoribꝰ orauit. Quo adhuc spirāte fullonis fuste ī capite ꝑcussus expirauit. Sepultꝰ iuxta tēplū. huic pꝰ resurrectionē dn̄s apparuit ei panē bn̄dicēs ⁊ frāgens dixit. Mi frater comede panē tuuꝫ q₃ a mortuis filiꝰ hoīs resurrexit: cū votū emisisset non gustatuꝝ panē nisi eū priꝰ vidēt. eū tante sctitatis fuisse dic iosephꝰ q; ob necē eiꝰ ierl'ymа euēsa fuit creditū sit.

Petrus vir sanctissimꝰ cū tn̄ sibi noīs apud oēs compauerat vt plurimū coleret: hāc ob reꝫ indignatꝰ Nero mortē eiꝰ q̄rere cepit: vn̄ petrꝰ monētibꝰ amicis ad declinādā irā p̄ncipis via appia ab vrbe discedēs ad primū lapidē xp̄o fit obuiā. quē adorās rogat dn̄e quo venis: tuꝫ xp̄s. Romā iterū crucifigi. extat sacellū eo loco vt v̄ba hic sunt habita ideo ad vrbē rediȷ̄t clemētē ep̄m ꝯsecrat. nō multo post vna cum paulo iussu neronis necat vltimo eiꝰ anno: diuersis tn̄ cruciatibꝰ. Petrꝰ eīn cruci affigit capite in terrā verso: eleuatisq₃ in sublime pedibꝰ ita ei voluit. Sepultꝰ est ī vaticano nō lōge a via triūphali: via aurelia secꝰ ortos neronis. Sedit aūt annis vigintiquiq₃. Paulus v̄o eodē die capite mulctatꝰ: funerat via hostiensi anno post mortē xp̄i trigesimoseptimo. Cū aūt separent abinuicē inq̄t paulꝰ pax tecū fundamētū eccl'iarū ⁊ pastor oīm agnoꝝ xp̄i. Petrus r̄ndit. Vade in pace p̄dicator bonoꝝ: mediator ⁊ dux salutis iustoruꝫ Marcellus ⁊ Apuleius frēs discipuli cōdiētes aromatibꝰ sepelierūt. Hodie capita apl'oꝝ petri ⁊ pauli auro argento ac gemis exornata in eccl'ia lateranensi sancti iohānis reposita ppl'o ostendunt.

Crucifixio Petri apostoli



Decapitatio Pauli



Seneca



Seneca qui ⁊ lucius anneus stoicus phus natione cordubensis neronis imperatoris preceptor. Rome in precio fuit: ⁊ patruus lucani poete. De q̄ diuus hieronymꝰ meminit dicens q̄ fuerit vir cōtinentissime vite: ⁊ ppterea eū in cathalogo sctōꝝ ponit: ⁊ maxie ppter frequētes epl'as pauli ad senecā: ⁊ ipsius ad paulū. Et cum eēt neronis magister ⁊ illius tpis potētissimꝰ optare se dicit eius se loci esse apud suos: cuiꝰ sit paulus inter christianos. Hic inter cetera grāruz suaꝝ beneficia sibi a deo collata: tante fuit memorie: ut duo milia noīm recitata: eo q̄ dicta ordine erant: mox recitabat. ⁊ ducētos versus a ducētis scolasticis recitatos ab vltimo incipiēs ad primū vsq̄z integerrime recitaret. Quē tandez ante bienniū q̄z petrus ⁊ paulus martirio coronarent a Nerone seuissimo discipulo retributiōis grā interfectū fuisse legimꝰ. Nā cū senex admodū esset seneca pisoniane cōiurationis labe notatus. Vel ut alij ferūt cū nero vbera que sibi a puericia intulerat ad memoriā eo intuitu reducēs infremuit (imo obinnatū in virtutes odiū) a Nerone p centurionez senece indictuz fuit ut sibiipsi mortez deligeret: q̄ cognita imperatoris volūtate: petijt ut in tepenti aqua poneret: ⁊ ibidez omnes vene eidem aperirent donec spm̄ exalaret: suaue genus mortis arbitratus mori incisione venarum: ⁊ ita vitā finiuit. Hic nāq̄z doctissimus vir multa diuinaꝝ ⁊ humanaꝝ scripturaꝝ edidit documenta.

Lucanus



Lucanus anneus predicti senece nepos: orator ⁊ poeta historicus celeberrimus q̄ patruo iunior: ob ingenij tn̄ magnitudine par illi habitꝰ est: hic nāq̄z senece ex mela eius iuniore fratre nepos fuit: q̄ pmo rome sb cornuto studuit: vbi optime edoctus cōdiscipulos sibi gratissimos: psiuz ⁊ bassum (q̄s mirūimoduz dilexit) habuit: hic ob eius ingeniū a Nerone in curia vocatus diu gratissimꝰ ei fuit. Inde q̄stor dictus etiā auguratus sacerdotiū assecutus est. Tandez de cōiuratione pisoniane accusatus accepto mortis arbitrio venas precidē fecit: q̄bus expletis stati e vita discessit pdie kal. maij. cuius corpus sepultū fuit in hortis suis.

Persius



Persius flaccus aulus: patre flacco: matre fuluia: volaterana ethrurie vrbe: ut eusebius ipse describit lune potiꝰ natꝰ est: mediocri aūt statura insigni forma pbatis moribus: ingenio ⁊ doctrina prestāti fuit. Prima adolescentia pr̄e mortuo. Qu. rēniū palemonez grāmaticū vicentinuz audiuit. Mox rhetorice sb virgineo flauo incubuit. inde se ad cornutū phm̄ pferens familiariter secū ad interitū vsq̄z vixit. Anno vo etatis nono ac vigesimo stomachi vicio regnāte nerone interijt ⁊ rome in predijs suis sepultus est: vnū satyraꝝ reliquēs libꝝ in q̄ vere laudis plurimū meruit: lz impfectū. his q̄z tpibus cornutus phs ⁊ poeta a nerone crudelissimo sine labe aliq̄ exilio dānat: qui pre nimio amore persij discipuli bibliotecā cōparauit preciū sororibus (quas instituerat heredes) tradidit.

Philippus apostolus



Philippus dn̄i nr̄i ihu xp̄i ex duodenario collegio aplus vocatus: ut eū seq̄ret. Is adduxit frēm suū nathanaelē doctorē legis: in q̄ dolus nō erat: ad euz q̄ adaplatuz nō fuit vocatꝰ: ne ꝯuersio hoīm ad fidē humane peritie attribueret. hic apl's cū p. xx. annos p vniuersam scythiā pdicasset. Illāq̄z pene totā ad xp̄i fidez ꝯuertisset. hieropoli asie vrbez veniens hebeonitaꝝ heresim q̄ xp̄m fantasticā carnez sumpsisse predicabāt extinxit: demū a paganis tentus ad imolāduz statue martis adductꝰ sub base statue draco egrediens filiū pōtificis q̄ ignez ī sacrificio mīstrabat ⁊ duos tribunos q̄ꝝ mīstri aplm̄ detinebāt occidit: ⁊ plurios lāguidos reddidit: precibus tn̄ apl'i disparuit ⁊ istos sanitati restituit. Quā obrez īfideles euz tenentes anno etatis sue septuagesimooctauo cruci quā pdicabat ad instar mgr̄i sui affixerunt: ⁊ martirez christi fecerūt. Iste duas filias vgines post se dereliq̄t q̄ ambe cuz pr̄e sepulte sunt vna a dextris alia a sinistris.

Barnabas e septuagītaduobꝰ discipulus fuit natōe cyprus: hic datus fuit ī sociū paulo ab apl'is ad pdicāduz gentibꝰ. Is ī italiā veniens ex pcepto petri oēz lōgobardiā predicādo ⁊ docendo circuiuit: ⁊ p se suosq̄z discipl'os cisalpinā galliā ad xp̄i fidez ꝯuertit. ⁊ apō mediolanū pmꝰ cathedralez locū tenuit relicto ibi ep̄o ciprū regressus cuz euāgelio mathei pl'es sanās apō salaminā paulo an̄ petri martiriū ⁊ ipse ibidē martirio coronatꝰ ē

Anno mundi.5273. Anno christi.lxxiij.

Linus ab vltimo anno neronis btō Petro succedēs vsqꝫ ad vespasiani tpa puenit. a cōsolatu saturnini ⁊ scipionis vsqꝫ ad capitonē ⁊ ruffum cōsules. Sunt ꝗ hūc locū clemēti ascribāt ⁊ linū ⁊ cletū pretermittant: quos nō solū historia: verū etiā hieronymi autoritas reprehēdit. Quartꝰ inqt post petrū rome epus clemēs fuit. siquidē linus secūdus. Cletus tercꝰ sunt habiti. Tametsi latinoꝝ pleriqꝫ post petrū statim clementē numerent. quem certe cōstat: tante eñ modestie fuit: coegisse linū ac cletum ante se munus pōtificatꝰ obire: ne posteris hec principatꝰ ambitio pniciosi exempli haberet. licet eidez petrus q̄si ex testamēto successionis locū tradiderit. Fuit aūt linus ex natione thuscus patre herculaneo vir certe moribꝰ ⁊ sanctitate preclarus. Is ex mandato petri ɔstituit: neq̄ mulier nisi velato capite templū ingrederet. ⁊ ex sacris ordinibus bis in vrbe habitis presbyteros decē ⁊ octo. Episcopos vndeci creat. Scripsit ⁊ res gestas petri: maxie vo eiꝰ cōtentionē cū symone mago. qui cū demones effugaret: mortuosqꝫ ad vitā reduceret. a saturnino cōsule cuiꝰ filiā a demonibꝰ liberauerat capitali supplicio afficit. ac vndecimo kal. octobris in vaticano iuxta Petri corpꝰ sepelit. cū sedisset in pōtificatu annos vndecim mēses tres dies duodecim. Cuius corpus aiunt gregoriū episcopū ostiensem in ostiā trāstulisse: ⁊ in diui laurentij templo honorifice collocasse.

Anno mundi.5284. Anno christi.lxxxiiij.

Cletus papa natione romanꝰ de regione vicopatricij patre emiliano adhortante clemēte pōtificatus munꝰ inuitus suscepit. licet doctrina moribus ⁊ dignitate plurimū apud suos valeret. vir q̄z optimꝰ atqꝫ sanctissimꝰ qui nihil ꝑtermisit. qd ad augendā ecclīam dei ptineret. Quā cū optime ꝓ tpe cōstituisset. redactis in ordinē ex mādatis petri vigintiquinqꝫ p̄sbris sub domiciano cesare martirio coronat: ac sepelit apud btī petri corpꝰ in vaticano quinto kal. Maij. Et primus: vt aiunt: lrīs aplicis salutē ⁊ aplicā benedictionē scripsit. Fuit aūt tpibꝰ vespasiani ⁊ titi a cōsulatu vespasiani septimo ⁊ domiciani quinto vsqꝫ ad domicianū ⁊ ruffum consules vt Damasus scribit. Sedit annis.xj. mense vno diebus.xj. Sedes aūt huiꝰ morte diebus.xx. vacat.

Linea sūmoꝝ pontificum

Linus



Cletus



Bartholomeus apostolus



Bartholomeꝰ apl's vnꝰ ex senatoribꝰ celi. is post aduentū spūssancti postqꝫ in lycaonia ⁊ india xp̄i euāgeliū predicasset. in albanā maioris armenie vrbē veniēs cōfestim tēplū vbi deus ascaroth colebat ingredit. effecit ut demon nullū cultoribꝰ suis respōsuz preberet: pgentes ad vicinā ciuitatē: ab ydolo r̄nsum habuerunt ob ingressum bartholomei eoꝝ deuz cathenis ligatū vt loq̄ nō valeret. ⁊ vt eū oñderet ait. capilli eiꝰ nigri ⁊ crispi. caro cādida. oculi grādes. nares eq̄les ⁊ directe. barba plixa. hn̄sqꝫ paucos canos capillos. statura eq̄lis collobio albo clauato purpura vestit. Induit pallio albo qd p singlos angulos gēmas hꝫ purpureas cencies flexis genibꝰ p diē orat ⁊c. Ibi euāgeliū predicās polemiū ipsiꝰ vrbis regē ac reginā cū duodeci ciuitatibꝰ ad xp̄m cōuertit. ⁊ demonē deformē oñdit: ꝓpter qd pōtifices tēpli indignati. ipsuz ab astiago fratre polemij sibi īfensissimo p̄mo cedi. deinde excoriari. ⁊ capite obtrūcari fecere ꝗ ad celeste gaudiū triūphū pegit. cuiꝰ corpꝰ a fidelibꝰ ibidē cū oī veneratiōe tumulatū: postea ad lipparim delatū. inde beneuentū ⁊ vt aliq̄ sentiūt demū romā trāslatū: fuit aūt nobilissimis ortus parentibꝰ: qui hierosolymā veniens audita xp̄i diuinitate ac crebris eius miraculis eidem adhesit.

Appollinaris



Apollinaris rauēnatus eps̄ sctissimꝰ vir ab aplo Petro ordinatꝰ rauēnas missus: seuis verberꝝ flagellis sepe ɔterit ⁊ senile corpꝰ ab impijs horrēdꝰ cruciatibꝰ laniat. ne aūt fideles de suis vexationibꝰ trepidarēt signa aplica pfecit. puellā mortuā suscitauit. cecis visuz reddidit. muto loq̄lā. leꝓsos mūdat. atqꝫ portētū simulachrū vna cū tēplo ī terrā deiecit. Tādē apd eādē vrbē inter succedētia tormēta gliosuz ɔsumauit martiriū decimo scꝫ kal. augusti.

GAlba vir antiq̄ nobilitatis: cū ꝓgenies cesarū in nerone defecit (qđ euidētissimo signo apparuit. Augusti em̄ sceptrū e manibꝰ excussuꝫ est) neroni successit nullo gradu ꝯtingēs cesarū domū. In hiberia imꝑator a militibꝰ creatus vbi neronis mortē cōperit: romā ꝯfestim venit septimꝰ romanoꝝ imꝑator. Qui a principio liberalibꝰ disciplinis ⁊ iuri opaꝫ dedit ⁊ vita priuata insignis fuit: militaribꝰ ac domesticis in rebꝰ. Sepe tn̄ ꝯsul. sepe ꝓconsul frequēter dux fuit grauissimis bellis. Statura iusta fuit. capite caluo. oculis ceruleis. adunco naso. manibꝰ pedibusq̄ꝫ articulari morbo distortissimus vt neq̄ꝫ calceū ꝑpeti. neq̄ꝫ libellos euoluē aut tenere oīno valeret. excreuerat in dexteriore latere eiꝰ gibbꝰ. Cibi plurimi tp̄e etiā hiberno añ lucē capere ꝯsueuerat: libidinis ꝓnus. verū cū oēs auaricia ac segnicia offenderet. Insidijs ottonis rome ad lacū curcij cū pisone nobilissimo adolescēte quē in filiū per adoptionē susceperat iugulatꝰ est. Perijt aūt tercio ⁊ septuagesimo etatis anno impij mēse septimo. qui marcū fabiū quintilianū insignē oratorē ex hispania romā duxit.

OThbo octauꝰ romanoꝝ imꝑator patre equite matre humili: materno tn̄ quā paterno nobilior: a prima adolescētia ꝓdigꝰ ac ꝓcax: per grãꝫ liuie auguste in cuiꝰ domo creuerat: senator factꝰ. q̄ppe q̄ neronis familiaris fuerat: ⁊ oīm cōsilioꝝ particeps: inter tumultꝰ cedesq̄ꝫ inuasit imperiū. Cū aūt ciuile bellū cōtra vitelliū in germania imperatorē creatū molitꝰ: tribꝰ leuibꝰ prelijs superior fuisset. vno ad alpes. alio apud placentiā. tercio ad castorē. quarto apud bebriacū superat̄. vnde rex desperatione sibimet manū iniecit. Cū vno se ictu infra leuā papillā traiecit. Irrūpentibusq̄ꝫ ad primū gemitū. modo celans modo detegens plagam exanimatꝰ est. ⁊ apud volaterranā ethrurie vrbem funeratus vti preceperat. xxx. ⁊ octauo etatꝭ anno. ⁊ nonagesimo ⁊ q̄nto imperij die fuisse aūt tradit̄ stature modice ⁊ male pedatꝰ: caluusq̄ꝫ: mūdiciarū vō pene muliebriū: quē alij predicāt virū fortissimū ac rei bellice vnicū imperatorē.

VItellius nonus romanoꝝ imperator familia magis honorata quā nobili romā veniēs. puericiā primãq̄ꝫ adolescētiā capreis egit inter tiberina scorta. sequēti etate oībꝰ ꝓbris cōtaminatus. caio per augurandi: claudio per alee studiū: sed aliquāto neroni acceptior. triū itaq̄ꝫ principū indulgentia honoribꝰ amplissimis auctus. ꝓcōsulatū affrice. ⁊ curā operū publicoꝝ administrauit. a galba deinde in inferiorē germaniā missus est. Castra vō ingressus nihil cuiq̄ꝫ poscēti negauit ideo in veste domestica imꝑator est ꝯsalutatus. ac imperio potitus in oēm nequiciā seuiciā ⁊ ingluuiē ꝓlapsus est. Nam tante voracitatꝭ fuit vt sepiꝰ in die comederet: ⁊ vna cena suo iussu duo milia piscū: ⁊ septem milia auiū apposita sint. ferunt em̄ eū fuisse rubicūdissime faciei ⁊ obesi ventris verū vbi cōperit vespasianū apud iudeā palestine ab exercitu imperatorē creatū cuꝫ legionibꝰ aduētare. primū deponere imperiū cōstituit: postea a quibusdā aīatꝰ sumptis armis sabinū vespasianū frēm cū flauianis in capitoliū cōpulit: quo q̄dem succenso oēs cōcremati sunt. Superueniēte vespasiano e cella pallatij per viā sacrā semi nudus ad scalas deducit̄ vbi excarnificatus in tyberim ꝓicit̄. Perijt cum fratre ⁊ filio anno vite. vij. quinquagesimo.

VEspasianus flauius decimus ro. imꝑator. cū rebellione ac cede triū principum incertū ac vagum imperiū fuit. tandē gens flauia firmauit. Vespasianus aūt natus est in sannis vltra reatū vico modico: quinquēnio antequā augustus excederet. vxorē duxit flauiā domicillā ex hac liberos tulit tituꝫ ⁊ domicianū ⁊ domicillā. hic ante demandatū sibi imperiū a claudio missus in germaniā ⁊ brittaniā tricies cum hoste conflixit. Deinde biennio ante neronis mortē ad capiendā iudeā ab ipso nerone missus. multa ibi strēnue gessit certamina: ꝓ quibus audita principis morte ab exercitu imperator appellatus est. qui bellū tito filio cōmendās romā per alexandriā ꝓfectus est: vbi vrbem deformē moribus ⁊ legibus ac structuris ornauit: fuit enim vir clemētissimꝰ ac munificentissimus qui principatu suscepto rempublicā ferme collapsam optime restituit. Templū pacis perfecit. amphitheatrū (cuius pars adhuc in vrbe extat) inchoauit. Statura fuit quadrata cōpactis firmisq̄ꝫ membris. vultu veluti nitentis. offensaruꝫ minime memor. colligendarū tn̄ pecuniarū nimiū studiosus: licet ex alieno non raperet. eis deniq̄ꝫ ad munificentiā vsus: expleuit enim censum senatoriū: consulares inopes sustentauit. Qui tandem postq̄ꝫ multas deduxisset colonias ꝓ fluuio ventris vsq̄ꝫ ad defectionem soluto imperatorē ait stantem mori oportere. Dumq̄ꝫ consurgit inter manus subleuantium extinctus est annum gerens etatis. 69. cum imperasset annis. x.

Linea Imperatoꝝ

Galba



Otho



Vitellius



Vespasianus



Andreas apostolus



Andreas symonis petri frater: ⁊ in passione crucis socꝰ. Is primo fuit discipulus Iohānis baptiste; postea secutꝰ est ihm̄ quē iohānes ondit dicēs. Ecce agnꝰ dei. Post aduentū spūssancti in achaiaȝ grecie ꝓuinciā ꝓfectus est. adhuc vespasiano imperāte: cū scithis euāgeliū ꝑdicasset ⁊ in achaia plures ad fidem cōuertisset. ⁊ ꝑcipue maximillā egee ꝓcōsulis ꝓuincie vxorē apud patras achaie ciuitatē ab egea cōphēsus: post longā disputationē de xp̄o in carcerē truditᷣ. deinde a viginti satellitibꝰ grauissime ceditᷣ. ⁊ ad vltimū in cruce funibꝰ appenditᷣ vt longiorē cruciatus sufferret. ⁊ cū populꝰ seditionē mouit cōtra ꝑsidē obnixe rogauit: ne impediret martiriū eiꝰ. Nā magister eorum in sua passione patiētiā exhibuit. Vidēs crucem eā salutauit. Salue crux sancta: q̄ in corpe xp̄i dedicata es: ⁊ ex mēbris eiꝰ tāq̄ʒ margaritis ornata. In cruce aūt biduo viuens apparente demū circa eū splendore vltimo nouēbris die martyriū cōsūmauit. Maximilla vo ipsiꝰ egee vxor cōfestim apl̄i corpꝰ rapiēs optimo loco cū aromatibꝰ sepeliuit. Cuius sane corpus vigesimo constantij cesaris anno cū ossibꝰ beati luce euāgeliste ex eadē ciuitate in cōstantinopolim trāslatū est: ⁊ quidā ferunt ꝙ nūc requiescit in ciuitate malfitana verū eius caput postea papa pius eiꝰ nominis secūdus e peloponesso romā auectū in beati Petri templo maxima cum veneratione collocauit.

Quintilianus



Quintilianus rhetor ac phs celeberrimꝰ natione hispanus hisdem temporibus cum in ꝑcio magno esset: a galba ꝑdicto cesare romam ꝑductus: ibidē scholam tenens clarissimus habitus est. Vir certe eruditissimus atq̄ʒ grauis: qui inter cetera de institutione oratoria octo libros composuit: atq̄ʒ causarū librum ꝑutilem edidit. Ex quibus hanc celebrem ⁊ memoria dignā habemus sententiam vtinā liberoꝝ nr̄orum mores nō ipsi ꝑderemus. Infantiā eniʒ statim delicijs soluimus. Mollis quippe educatio quā indulgentiā vocant. neruos omnes mētis ⁊ corporis frangit. Huius aūt celeberrimi viri de institutione oratoria liber cum annis ferme sexcentis deꝑditus stetisset. Postea a poggio florētino viro eruditissimo circa annum domini. 1414. in Constantiensi concilio in quodam monasterio integer repertus. Atq̄ʒ ita eius ope transcriptus ⁊ emendatus in italiam delatus est.

Thomas apostolus.



Thomas apl̄s qui didimꝰ dicitᷣ vel geminꝰ: vnꝰ ex duodecim apl̄is fuit. Is dubitans de resurrectione xp̄i magis nobis ꝓfuit (vt Gregorius ait) q̄ʒ magdalene credulitas: testis factus. non solum ꝑ auditum ⁊ visum: sed etiaʒ ꝑ tactū. Hic cū xp̄i euangeliū parthis medis ⁊ persis: hircanis ac bragmanis ꝑdicasset. etiaʒ in indiā supiorem ⁊ inferiorem ꝓficiscens multos cōuertit. Et migdoniā caritij cognati regis vxorē baptisans xp̄o consecrauit. Ibidem quoq̄ʒ multas adhuc extātes ecclesias fundauit. Indeq̄ʒ vt Crisostomus ait ad regionem magoꝝ qui ad xp̄m venerāt adorandū deueniens: eos baptizauit: ⁊ in adiutoriū fidei xp̄iane socios suscepit. Tandem ab infidelibus in fornacem ardentē proiectus: illesus tn̄ in eo mansit. Deinde ductus ad idolum solis vt adoraret: apl̄us genubꝰ flexis ait. Adoro dn̄m meū ihm̄ xp̄m: ꝑcipioq̄ʒ tibi qui ibi latitas vt simulacrū cōminuas: Quo facto indignati pontifices templi ab eis lanceis ꝑforatus martyrii coronā ꝓmeruit. Cuius corpus haud multo post ad edissam ciuitatē translatum est. Quod aūt thomas in transitu virginis marie nō affuerit ⁊ postea veniēs de eius corporis ⁊ aīe assumptione dubitauerit. Et ideo virgo gloriosa ei apparens cingulum suum dederit in testimoniū huius: apocriphum est. Licet credibile sit cingulū eius haberi ī terris quod prati populo ostenditᷣ.

Matheus apostolus



Matheus apl's vocatꝰ a xp̃o in theolonio ex publicanis actibus apl'us ⁊ euãgelista factus clarissimus. ⁊ ipse post dñi ascẽsionẽ euãgelio christi i iudea predicato: cũ ad gẽtes exteras transire statuisset: ĩ ethiopiã p̃mus euãgeliũ hebraice scripsit: ꝓ iudeis cõuersis ad fidẽ: qď quidẽ frĩbus ⁊ maxie barnabe cõdiscipulo a quo recedebat in sui memoriã reliquit. In cuiꝰ principio christi incarnationẽ in medio predicationez ⁊ i fine eiꝰ passionẽ ostẽdit. Qď quidẽ barnabas apl's ad predicationis officiũ ꝑ diuersas pagrãs ciuitates secum deferebat: ⁊ super egros ponebat: qui oẽs cõfestim sanitatis bñficiũ cõsequebant̃. In ethiopiã matheꝰ trãsiẽs totã ferme regionẽ illã ꝑcurrit predicando atq; ĩnumeros ethiopuz pp'los christi iugo subdẽs: ⁊ ethiopũ gentẽ ablutã fonte baptismatũ de fusca formosam reddidit: christi fundauit eccl'ias. Cũ aũt epigeniã nobilẽ virginẽ cũ ducẽtis virginibꝰ christo ɔsecrasset a rege spiculatore misso ad perdẽdũ dei apl'm. Qui celebrata missa eleuatis i celũ manibꝰ iuxta altare ĩmerso a tergo gladio eũ occidit: ⁊ martyriũ passus est vndecio kal'. octobris. Rex morbo elephãtie correptꝰ vite tedio seipsuz interfecit. apl's ꝑ visũ populũ admonuit vt epigenie frẽm regẽ cõstitueret. q̃ postea. 70. annis regens eccl'ias erexit ⁊ ethiopiã xp̃ianissimã effecit. Eunuchꝰ quẽ phillippꝰ baptizauerat deinde gub̃nacl'a ethiopie suscepit.

Processus ⁊ martinianꝰ



Processus ⁊ martinianus romani milites a diuo Petro i carcẽ baptizati ⁊ ipsi cũ nerõis iussu oris ɔtusionẽ: eculeũ: flãmas fusces: scorpionesq; ꝑpessi fuissent: nouissime sexto nõs Iulij martirio coronati sunt.

Nereꝰ q; archelaꝰ frẽs romani ciues sub hac persecutione rome martirio coronati sũt. Sili mõ torpetꝰ: torquatꝰ ⁊ secũdus cecilius eufrasius sanctissimi christi cõfessores apud hispanias martyrio coronant̃. Maracus preterea affricani patricij romani filiꝰ a btõ lino baptizatus. marcellus quoq; ⁊ apuleus ⁊ alij.

Tecla virgo



Tecla v̉go preclarissima pauli apl'i discipl'a postq̃ꝫ ꝓ cõfessiõe christi: fustes: bestias: ignes: tria atrocissima tormẽta ꝑtulisset cũ de iconio seleuciã veniret. 9. kal'. octob. i pace q̃euit.

Iudas qui ⁊ Tadeus apl's



Iudas q̃ ⁊ thadeꝰ symonis chananei ⁊ iacobi minoris frater marie cleophe ex alpheo filiꝰ ⁊ xp̃i apl's Is p̃mo post aduentũ sp̃ũsscti in mesopotamia ⁊ i inferiori regione põti christi euãgeliũ predicauit: ⁊ efferas ⁊ indomitas gẽtes q̃si beluarũ naturas sctõ dogmate mitigauit. Deinde simul cũ symone apl'o in persidẽ ꝓfecti sunt ⁊ vt eccl'iastica historia habet ad abagarũ regẽ venit in edissa ciuitate qui epl'az ad xp̃m añ passionẽ eiꝰ p̃scripsit cui xp̃s scripto r̃ndit: q̃ cũ irremediabili corpis morbo tenebat̃ quẽ cũ ab infirmitate liberasset deinde cũ symone apl'o martyriũ cõpleuit. Sepultus i netri armenie vrbe: cuiꝰ festiuitas quinto kal'. nouembris celebrat̃. Scripsit aũt iudas hic epl'am breuem: que ex septem canonicis vltima habet̃.

Diascorides

Diascorides medicus grecus ⁊ militaris discipline vir in herbaria arte his temporibus admirabilis fuit. Et herbarũ virtutes arboꝝ lapidũ aromatũ accuratissima doctrina cõscripsit: imo vt de seipso testat̃: quecũq; (inq̃t) posui nõ ex opinione aut fama cognoui: ſ ex electione ⁊ experimẽto didici: de quo etiã Piniꝰ mentionẽ facit.

Symon apostolus



SYmon cleophe filiꝰ ⁊ dñi nr̃i ihu xp̃i apl's ac cõsobrinꝰ: appellatꝰ chananeus germanꝰ thadei fuit q dictus est iudas. Zelo dñi feruẽs par in cognomẽto petri cui in sorte p̃dicationis egypti principatus aduenerat postq̃ȝ circũquaq̃ȝ xp̃i euãgeliũ p̃dicasset ⁊ exꝯsensu aploꜝ post martyriuȝ iacobi apl'i hierosolimitanã rexit eccl'iaȝ. Cũ aũt centesimũ ⁊ vigesimũ ageret annũ ⁊ ad simulachrũ solis cũ iuda apl'o ꝑductus fuisset vt ostẽderẽt ea plena esse demonibꝰ p̃ceperũt vt ea cõfringerent. Ethiopes nigri egressi idola cõfregerũt. Qd' põtifices vidẽtes in apl'os irruerũt eos trucidãtes. Et vt alij hĩc apd' atticũ cõsularẽ ab hereticis accusatus qd' xp̃ianus esset post multa ⁊ grauissima supplicia: iussus est simul quã dñs ꝑtulerat passione vitã finire: oĩbus admirantibus q᷑ tam senex id crucis suppliciũ pati potuisset. alij symonẽ cleophe filiũ ep̃m hierosolyme fuisse attestant̃. Verũ passus est quinto kalẽdarũ nouẽbris. quo etiam die festũ beati Jude apl'i eius simili honore celebrat̃.

Petronella



PEtronella virgo sacratissima diui petri apl'i filia ⁊ quidẽ pulcherrima de volũtate petri febribus laborabat a discipulis aũt interrogatus cur illã egrã nõ curaret: ⁊ plures alias sanasset. ait: sic ei expedire. p̃cepit tñ vt eis ministraret deinde rediret ad lectũ. At vbi in timore dei ꝑfecta esse cepit: sanitatũ remedia a patre recepit. Eaȝ q̃ppe cũ flaccus comes inuitã cõiugio sibi sociari vellet: tridui inducias postulauit: q̃ in t̄pe ieiunijs ⁊ orõnibus vacãs tercio die statim vt xp̃i dñi nr̃i sacr̃m a sctõ nicomede p̃sbytero accepit emisit sp̃m. Quãobrem flaccus vidẽs se fore delusum eue stigio felicolã eius sociã ⁊ nicomedẽ p̃sbyteꜝ varijs tormẽtis vitã finire coegit. Corpus eius rome sepultũ fuit. Eius diei celebritas vltima Maij obseruat̃.

LAzarus marte ⁊ marie magdalene soroꜝ germanus ⁊ massiliẽsis ep̃s. quẽ dñs noster ihs xp̃s a mortuis suscitauerat: ⁊ ipse terciodecimo imperij claudij anno: secunda morte migrauit ad dñm. Cuius etiã soror martha nõ lõge post ꝑ annũ eũ in quo toto febricitauit: sibi reuelato a dño in pace quieuit: quã beatꝰ frõtinꝰ sepulture tradidit. in q̃rũ venerabilẽ mẽoriã nõ lõge a bethania postea extructa fuit eccl'ia. vbi (vt diuꝰ ait hieronimꝰ) e vicino domꝰ eoꜝ cõseruabat̃. Marcella vo eiꝰ pedissequa ꝯscripsisse vitã eiꝰ dr̃: q̃ postea ĩ sclauoniã pergens: ⁊ pl'es ad fidẽ ꝯuertẽs: pꝰ decẽ ãnos a dormitiõe marthe ĩ dño q̃euit huiꝰ q̃ppe sctĩssimi viri lazari ⁊ soroꜝ reliq̃e apd' vrbẽ massiliã p̃cipuo venerant̃ obseq̃o. eiꝰ festiuitas. 16. kal'. ianuarij celebrat̃.

Lazarus



Mathias apostolus



MAthias apl's natiõe bethlamites ex tribu iuda ꝓgenitus. q̃. post ascẽsionẽ dñi ab apl'is sorte ĩ coꜝ nũero fuit electꝰ. sicut lucas in actibꝰ aploꜝ ꝯtestatꝰ est. ⁊ post aduẽtũ sp̃ũssancti iudeã ĩ sortẽ accepit p̃dicationi ⁊ miraculis insistebat. Narrãt certi ex historia eiꝰ q̃ treueris cẽ debet. q᷑ mathias ĩ lege dñi erat doctissimus: corꝑe mũdus: aĩo prudẽs: ĩ ꝯsilio ꝓuidus: ĩ sermone expeditꝰ. iudei ei aduersãtes: eũ de blasphemia accusabãt iõ duos statuer̃t q̃ eũ lapidibꝰ oppeterẽt: a q̃dã aũt inthec tormẽta securi ꝑcutit̃: extẽsis manibꝰ sp̃m deo reddidit. Cuiꝰ corpꝰ inde romã: ceteri paduã: reliq̃ treueris trãslatũ ferũt. Eius aũt natale. vj. kal'. marcij celebrat̃. Licet de t̄pe eiꝰ martyrij varie referant̃ sn̄ie. Certũ tamẽ est eũ in locũ iude scariothis substitutuȝ ab apl'is fuisse cum diuina sors sup eum cecidit.

Lucas euãgeliſta



LUcas euãgeliſta xpiq3 diſcipulus natiõe ſyrus ex antiochia arte medicus ⁊ greci ſmonis nõ ignarꝰ: ſectatoꝛ pauli apli: ⁊ oĩs eius pegrinationis comes indiuiduꝰ: ſine vllo crimine fuit: hic cũ duo intellexiſſet eſſe euãgelia p matheũ quidẽ in iudea: ⁊ marcũ in italia. ⁊ ipſe inſtigãte ſpũſancto in achaie ptibus ꝓut a paulo didicerat ſuũ ꝯſcripſit euãgeliũ: de q̃ paulus. Miſimꝰ inq̃t cũ illo frẽm cuiꝰ laus ẽ ĩ euãgelio p oẽs eccl'ias. Et ad colloceñ. Salutat vos lucas medicus chariſſimꝰ meus. Suũ tñ euãgeliũ nõ mõ ab aplo paulo didicerat: ſ3 etiã a ceteris aplis vti narrat. ſicut tradiderũt nobis q̃ ab inicio ipſi viderũt: ⁊ miniſtri fuerũt ſmonis: ferũt etiã eũ a btã dei genitrice maria (cuius familiaritate vſus fuerat) edoctuz fuiſſe. Hic etiã cũ picture artis edoctus eẽt: ꝓpter ꝯuerſationẽ quã iugiter cũ btã virgine habuerat (vt ſcribit Damaſcenꝰ) eiꝰ imaginẽ pluries depinxit. E q̃bus nũc rome due ꝓhibenť: quarũ vna apud ſanctam mariã de pplo maxia veneratiõe cuſtodiť. Cõſcripſit ⁊ actus aploꝝ ꝓut ipſe viderat. Cũq3 q̃tuoꝛ ⁊. lxx. annis ſine vxoꝛe ꝑmãſiſſet in bithinia. 18. die octob. diẽ obijt. Cuiꝰ oſſa vigeſimo ꝯſtãtij anno ꝯſtãtinopolim trãſlata fuerũt. nũc padue ĩ baſilica ſctẽ iuſtine quieſcũt.



Euax rex

EUax arabũ rex inſignis phs ⁊ medicus ⁊ rhetoꝛ tẽpeſtate hac floruit. Qui inť cetera ſue doctrine opa: volumẽ de medicinis optimũ a ſe cõpoſitũ neroni trãſmiſit. in quo nõ ſolũ herbarũ medicinaliũ: ſed ⁊ lapidũ ſpẽs noĩa ⁊ coloꝛes: ac q̃bus in regionibus valeãt repiri ſcripſit. de quo etiã pliniꝰ meminit. Vectius q̃3 valẽs alter medicus grecus meſſalie adulterio nobilitatus: multã nactus potẽtiã rome ĩ medicinis nouã ſectã inſtituit: ⁊ ſe tam veteribus q̃3 nouiſſimis effrenata temeritate prepoſuit. Ipocratẽ ſupplãtauit. ipſum tñ Galienus ignorãtiſſimũ fuiſſe oſtendit.

Maria magdalena



MAria magdalena inſigniſſima xpi apl'a ab adoleſcẽtia ſua (ut ſacra eiꝰ h3 hiſtoꝛia) cũ eẽt cũctis puellis pulchritudine ꝑlata: ex marthe ſoꝛoꝛis lazariq3 germani ſnĩa ĩ magdalũ caſtellũ marito tradita fuit. S3 ꝯfeſtim voluptatũ fallacia vanaq3 leticia ſeducta: hieroſolimam petijt: magnaſq3 opes pͥmonij inter ſe diuidẽtes: marthe bethania caſtellũ ꝓpe hieroſolimã ei caſtrũ magdalũ a q̊ nomẽ ſoꝛtita ꝯtigit. Lazaro aũt militie vacãti ps nõ modica hieroſolimoꝝ. hec q̃ppe generꝭ ſui ĩmemoꝛ peccatrix euaſit. verũ dño ihu ꝑdicãte culpas ſuas punire cepit ⁊ ad eũ ĩ domo ſymõis leproſi ꝯuiuãtẽ venit: ad pedeſq3 eiꝰ retro acceſſit: vbi vbertĩ lachꝛimas effũdẽs pedes lauare cepit: ⁊ capillis capitꝭ ſui tergẽs exoſculabať: vngẽtoq3 ꝑcioſiſſio vngebat (vt ſacra h3 hiſtoꝛia) dñs ad illã inquit O mulier remittunť tibi pctã tua vade ĩ pace. deinde xp̃o q̊ad vixit ardẽti ſſime adheſit. Eius q̊3 dilectiõe lazarũ frẽm quadriduanum a moꝛtuis ſuſcitauit. Optimãq3 ptẽ (eo teſtãte) elegit poſt dñi aſcẽſionẽ diuino nutu maſſiliã venit: deniq3 diuine cõtẽplatiõi auida: aſꝑrimã heremũ petijt in loco diuinitꝰ ꝑꝑato: trigita annoꝝ ſpácio hoĩbꝰ incognita mãſit vbi nec aq̃ꝝ fluẽta: nec arboꝝ ſolacia ⁊ q̃lib3 die ſeptẽ hoꝛis canonicꝭ ab angel' ĩ ethera eleuabať ⁊ celeſtiũ agminuz gl'ioſos ꝯcentꝰ coꝛpalibꝰ etiã auribꝰ reficiebať. vñ diebꝰ ſingulis his ſuauiſſimis ſatiata ꝯuiuijs p eoſoẽ angeloſ ad ꝓpͥũ locũ ĩde reuocata alimẽtꝭ coꝛpalibꝰ nullatenꝰ ĩdigebat. tãdẽ reuelata p hẽmitã maximino ep̃o q̃ eã dñica die in auroꝛa cũ de coꝛpe migratura eẽt expectauit q̃ appẽs duobꝰ cubitꝭ a terra eleuata ĩ medio ãgeloꝝ mſto lumine circũdata ſũpta eukariſtia cũ lacrimis ſpm̃ deo reddidit vndecio kal'. auguſti.

Anno mundi. 5294. Anno christi. 94.

Clemēs patria romanus de regione celij mōtis. patre faustino domiciani tpibꝰ fuit: post cletū pōtificē sedit annis. 9. diebꝰ. 10. qrtus igit erat rome episcopꝰ post Petruz. tametsi plerıqꝫ latinoꝝ secundū putauerūt. vt ex epl'a ad beatū iacobū hierosolimitanū epm missa constat. Uerū hic oīm modestissimꝰ Linū ⁊ Cletū sponte sibi in tanto labore pretulit. Qui cū doctrina ⁊ religione ac pietate insignis haberet epl'as eccl'ie noīe edidit. Deinde eccl'iam romanam institutis ⁊ moribꝰ cōfirmaturꝰ. cōstituit ne quis vnqꝫ eps absente diacono celebrare presumeret. Uetuit itē laicis ne quē clericoꝝ accusare presumerēt. ⁊ regiones septē notarijs diuisit qui diligēter res gestas martyrū scriberēt. Clemens aūt pietate religione doctrina multos ad fidē xpi quottidie traducebat. Quāobrem. P. tarquiniꝰ sacroꝝ princeps cū Mamertino vrbis prefecto traianū in christianos concitat cuiꝰ imperio in insulā clemēs deportat: vbi ad duo milia christianoꝝ ad secāda marmora damnatoꝝ inuenit. Dum ibi aque penuria laboraret quā sexto miliario repetebāt clemēs populi necessitate cōmotus collē haud lōge positū ꝯscēdēs agnū vidit: sub cuiꝰ dextro pede fons diuinitꝰ abūdantē aquā scaturiebat: q̄ q̄dē ⁊ recreati oēs sunt: ⁊ m'lti ad fidē cōuersi. vn̄ motꝰ traianꝰ satellites quosdā misit q̄ alligata collo eiꝰ anchora eū decimo kal'. decēbris i mare piecerūt. cuiꝰ sacratissimū corpꝰ nō multo post ad littꝰ delatū est atqꝫ eo loci sepultū vn̄ fons emanauerat: eiꝰ in morte dies. xxij. sedes vacat:

Anno mundi. 5303. Anno christi. 104.

Anacletus natione grecus patria atheniensis antiocho patre natꝰ Clemēti in pōtificio succedit Nerue traiani tpibꝰ. hūc Eusebiꝰ pretermittēs dicit ipsuz esse cletū. Damasus tn̄ in cronica sua cletū ab anacleto patria ⁊ genere mortis differre ostēdit. Nā cletꝰ natione romanꝰ sub domiciano. Anacletꝰ vo atheniēsis sb traiano morit. Hic aūt ⁊ mēoriā Petri cōposuit. ⁊ seorsuz a plebe loca vbi martyres sepelirent assignauit. ⁊ sacris ordinibꝰ semel mense decēbri habitis presbyteros q̄nqꝫ: diaconos tres: ep̄os diuersis in locis sex numero creauit. Sz ⁊ institutis ⁊ moribꝰ romā eccl'iaz ꝯfirmaturꝰ. Cōstituit ne ep̄s a paucioribꝰ q̄ꝫ a tribus ordinaret ep̄is: simplex vo sacerdos ab vno ep̄o. ⁊ ne ep̄s alienos sbditos ordinare p̄sumēt. Tādē sb traiano p̄ncipe vltio supplicio p̄empto vacat ep̄atꝰ diebꝰ. 13. sedit aūt annis. 9. mensibꝰ duobꝰ dies. 10.

Euaristus papa natione grecus: patre iudeo noīe iuda ex bethleem ciuitate vir sane iustus ⁊ integer: titulos in vrbe roma primus presbyteris diuisit: ⁊ septē diaconos in ordinē redegit: qui custodirent ep̄m predicantē p̄pter stilū veritatis idē cōstituit ne plebis in ep̄m accusatio reciperet. Uetuit clādestina m̄rimonia: ⁊ vt sponsus ⁊ sponsa a sacerdote benedicerent. Ordinationes ter habuit mense decembri: ac presbyteros sex: diaconos duos: ep̄os p diuersa loca numero quinqꝫ creauit. Deniqꝫ vt quidā tradūt martyrio coronat vltimo traiani principis anno. Sed melius censent qui sub hadriano nōdum in christianos placato id ei contigisse scribunt. Annis enim nouem sedit mensibꝰ decem diebus duobus. Sepultus est aūt in vaticano apud beati Petri corpus vj. kal'. nouembris. Uacat tum sedes dies. xix.

Linea summoꝝ pontificum

Clemens



Anacletus



Euaristus



Johannes missus in oleum



Persecutionē secūdā christianoꝝ Domicianus. xij. sui imperij anno post neronē in christianos exercere cepit. in qua ⁊ iohānes apl'us ⁊ euāgelista a domiciano imp̄atore romā adductus post imissionē in olei feruentis doliuz ex quo illesus exiuit: in pathmos insulam relegatus est. Post obitum domiciani ab exilio reuocatus ephesim reuersus est. Domicilla virgo sanctissima flauij clementis ex sorore neptis: quā idem sanctus clemens sacro velamine cōsecrauerat: sub hac persecutione in pontiā insulā deportata: longū exiliū passa. In cubiculo a quodā tyrāno cū euphrosina ⁊ theodora atqꝫ alijs virginibus exusta est. Nicomedes item romanus presbiter sub hac domiciana persecutione rome in via numentana passus est

Hermocoras quoqꝫ aquilegiensis archiepiscopꝰ diui marci discipulus cū multa genera penarū expertus fuisset: ad vltimum cum fortunato archidiacono suo capitali sententia perpetuā gloriā sibi comparauit: licet alij dicant eum sub nerone securi percussum martyriū compleuisse. hic syrum papiensem episcopū habuit discipulum. Passiqꝫ sunt inter ceteros Cletus ⁊ Anacletꝰ apostolici ⁊ alij quoqꝫ multi.

Titus primꝰ vespasiani filiꝰ vndecimꝰ romanoꝝ imꝑator: patre defūcto imperare cepit: vir certe natura beniuolētissimꝰ. virtutē aūt titi filij vespasianus tanti semꝑ fecit: vt tumultuantibꝰ quibusdā ob cupiditatē imperādi dixerit aut neminē aut filiū imꝑio potiturū: ⁊ merito quidē cū ob virtutē ⁊ integritatē animi titus amor ⁊ delicie humani generis haberet. Nam ⁊ eloquētissimus in pace ⁊ fortissimꝰ in bello: ⁊ clementissimꝰ in delinquētes est habitus. Ita comis ⁊ liberalis vt nulli quicꝙ negaret: hoc cū reꝑhenderēt amici: rn̄disse fert neminē a vultu principis tristem discedē oportet. Addidit ⁊ illud: recordatꝰ: ꝙ nihil cuicꝙ muneri dedisset: amici diē ꝑdidi. Qui ⁊ latine grececꝙ lingue peritissimus fuit. Ideo ascanij pediani viri doctissimi familiaritate delectatꝰ est. Hic capta iudea euersis hierosolimis: tēplocꝙ solo equato: ad sex centa milia hoīm interfecta referunt. licet Josephꝰ in eo bello captus vndecies centena milia ferro ac fame eo bello perijsse scribat. captacꝙ ad centū milia ac publice venundata. Deuictis iudeis triūpharūt pater ⁊ filiꝰ eodē curru vecti subsequente domiciano equo albo insidēte. Cuiꝰ triūphi monimēta rome adhuc extant. Insculpta ꝙ candelebra ⁊ tabule veteris legis e templo ablate apparēt. Excessit tandem in eadē qua pater villa pꝰ bienniū ⁊ menses duos diescꝙ. xx. quā successerat. Altero ⁊ q̄dragesimo etatis anno: delatuscꝙ ad sepulchrū est publico luctu: ac si parēte orbati oēs essent.

Domicianus titi frater ⁊ vespasiani filiꝰ duodecimꝰ romanoꝝ imꝑator: in initia principatus quottidie sibi secretū horariū sumē solebat nec q̄cꝙ amplius ꝙ muscas captare ⁊ p̄acuto stilo cōfigere: vnde quidē ꝓdiens interrogatꝰ esse ne quispiā cū cesare. Rn̄dit ꝑ iocum ne musca quidē. Neroni ꝙ aut gallicule similior quā patri vespasiano aut fratri moderacior tn̄ primis annis est habitus: mox in ingentia vicia ꝓrupit: libidinis: desidie: iracūdie: crudelitatis: multos ex nobilibꝰ interfecit: pleroscꝙ in exiliū misit. Plurima tn̄ amplissima oꝑa incendio absumpta restituit: sed oīa sub titulo tantū suo ac sine vllo pristini autoris mēoria. Ius ꝙ diligēter ⁊ industrie dixit: ⁊ bibliothecas incendio absumptas impēsissime reparare curauit missis ad alexandriā qui describerent. demū criminibꝰ tantū odij in se cōcitauit: vt pene patris ⁊ fratris nomē aboleuerit: ⁊ ad eā demētiā venit vt se dn̄m ac deū vocari scribi colicꝙ iusserit. Tādē diuina superueniēte vltione a suis interficit in cubiculo: huiꝰ v̄o cadauer ꝑ vespiliones delatū ignominiose sepelit āno etatis sue. 35. imꝑij q̄ntodecimo. Statura fuit ꝓcera. vultu modesto. ruboriscꝙ pleno. grādibꝰ oclis. p̄terea pulcher maxie ī iuuenta.

Nerua tredecimꝰ romanoꝝ imꝑator post domicianū imꝑator electꝰ: iā senio ꝯfectus. Is moderate vite: tum publice tuꝫ priuate princeps. equissimū se atcꝙ vtilē rei publice p̄stitit. hic suscepto imꝑio cū oīa ipsiꝰ imꝑij sceptra: ex p̄decessoris tumultu offendisset: se equissimū atcꝙ vtilē oībꝰ p̄stare conatus est vnde eiꝰ oꝑa ex senatus decreto domiciani acta abrogata sunt. vn̄ multi ab exilio rediere. plericꝙ v̄o bona sua quibꝰ antea spoliati fuerant huiꝰ beneficio recepe. verū post primū sui principatꝰ annū cū iam senio p̄meret ⁊ mors instaret. reipublice cauens traianū principē in filiū ꝑ adoptionē accipiēs: secūdo ⁊ septuagesimo etatis anno morit. Imperij vero sui anno primo ⁊ mense quarto. cuiꝰ corpus ī hortis salustianis sepeliētes inter deos (ex senatꝰ decreto) retulerunt.

Traianus genere hispanꝰ cognomēto vlpiꝰ crinitus: decimꝰ quartꝰ romanorū imꝑator: imperiū accipiēs post neruā: militari gloria vrbanitate ⁊ moderatione oēs principes suꝑauit. Nā fines imꝑij longe ⁊ late diffudit. Germaniā transrhenanā in pristinū statū reduxit. Daciam ⁊ multas transdanubiū gentes imꝑio romano subegit: parthos recepit. albanis regē dedit. Euphratē ⁊ tigrim ꝓuincias fecit: vscꝙ ad indie fines ⁊ mare rubrū accessit. Denicꝙ vbicꝙ terrarū ita se equalē oībus p̄buit: vt vscꝙ ad iustiani tꝑa in creatione p̄ncipū sit acclamatū felicior sit augusto ac traiano melior. Preterea v̄o tante comitatis ⁊ humanitatis fuit in visendis egrotis: salutādis amicis: vt ei tanta benignitas vicio daret: vnde dictū illud imꝑatore dignū ꝓdijt. Talem priuatis imꝑatorē esse oportere quales sibi priuatos optat habere: honores aut diuicias facultates: p̄mia bene merentibꝰ eque distribuit. Nihil in vita agens: qđ ad cōmunē vtilitatē nō ꝑtineret. hac tanta gloria bello domicꝙ parta: apud seleuciā isaurie ciuitatē ꝓfluuio ventris perijt. anno imperij eius decimooctauo mense sexto: cuius ossa romā postea delata sunt: ⁊ in vrbe sepulta vrna aurea in foro qđ ipse struxit sub colūna coclide que adhuc cernit: cuius altitudo. cxl. pedum.

Linea Imperatorum

Titus



Domicianus



Nerua



Traianus



Thimotheus



Thimotheus pauli apli discipulus ephesi eps filius vidue fidelis. patre tamen gentili ab eo ordinatus. post multos pro christo agones martirio coronatur. Sunt tamen qui dicunt eum sub nerone passum. Cui dum torqueretur duo angeli apparuere dicentes. Erige caput in celum et vide. qui vidit celos apertos ihesum coronam gemmatam tenentem atque dicentem sibi hanc de manu mea accipies. Quod ut quidam nomine appollinaris vidit se baptizari fecit. qua propter preses ambos decollari iussit. Ad hunc paulus e laodicia duas scripsit eplas.

Titus similiter pauli apli discipulus cretensium eps postquam predicationis officium fidelissime exercuisset. beatum finem adeptus est. cui Paulus ex nicopoli scripsit epiam. Crescentius quoque Pauli discipulus qui superioribus diebus per galliam transitum faciens multos verbo predicationis ad fidem christi converterat: tandem quinto kal. Julij in pace quievit.

Dionysius



Dionysius ariopagita phs clarissimus in hac persecutione domiciana cum eleutherio presbytero et rustico diacono in parisio passionem meruit. qui cum a clemente ro. pontifice ex precepto beati Petri ad gallias predicationis gratia directus fuisset. et opus domini commissum ardenter egisset. a prefecto parisiorum vrbis nomine festennio. vna cum socijs nonagenarius prius colaphisatus consputus ac derisus et super cratem ferream positus flammis nudus extensus et alia tormenta passus fuisset: tandem genibus flexis capite percussus martirium complevit. deinde caput suum inter brachia portavit angelo duce ad locum vbi postea requievit. Hic est ille dionysius qui athenis in passione domini ihesu dixit. Aut deus nature patitur aut tota mundi machina destruetur. Quem postea paulus apls baptizatum diligenter instruxit. et atheniensium epm ordinavit: vbi maximam regionis partem christiane fidei subiugavit. Deinde in gallijs septimo idus octobris martirio coronatus cum doctissimus haberetur multa preclara reliquit scripta. et cum ceteris aplis (vt in libro de divinis nominibus ipsemet testatur dormicioni dei genitricis interfuit) postea cum audisset aplos Petrum et paulum a nerone rome detentos ad eos visendos venit. inde a clemente epo ordinatus vt premissum est.

Victorinus



Victorinus sanctitate et miraculis clarus emiterne vrbis dignissimus eps. is exurbe ad nervam principem tamquam christianus adductus statim iussu ipsius capite deorsum suspenditur in loco vbi putentes et sulphuree aque emanabant. vbi cum per triduum id martyrij genus pro nomine ihesu christi constantissime pertulisset. nonis septembris gloriose coronatus migravit ad christum. Sub nerva quoque imperatore eutices et marcus passi sunt. Aurelianus enim sponsus domicille cum intelligeret eam plus diligere hos sanctos propter fidem et virtutem eorum et nereum et achileum iam martyrio coronatos ex licentia impetrata a nerva quasi servos per singula predia sua divisit: vt terram quottidie foderent. Sed cum omnibus graciosi essent et miracula facerent. Tandem ab aureliano diversis penis occisi sunt. xvij. kal. Junij.

Johannes aplus et evangelista



Johannes apls et evangelista iacobi maioris ex zebedeo frater. et matre maria salome christi ihesu predilectissimus. in minori etate ad discipulatum ascitus est. hunc virum sanctissimum vsque ad traiani tempora pervenisse ferunt. qui cum asianas erexisset ecclias: novissimus omnium scripsit evangelium. et ea que a matheo marco et luca conscripta fuerunt confirmavit: ferunt et ob eam rem a iohanne postremo factum. quo ebionitarum dogma consurgens infringeret qui asserebant et impudenter quidem christum ante mariam non fuisse. eius enim divinam naturam Johannes explicat In principio erat verbum etc. Scripsit et alia multa. tum vero apocalypsim relegatus a domiciano in pathmon insulam: quo postea interempto et actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis imperante nerva ephesum redijt. ibique vsque ad traianum principem consilio et scriptis ecclias sustentans: senio confectus sexagesimooctavo post passionem christi anno in domino quievit. Cum enim nonagita esset annorum dominica die a primo pullorum cantu intrans ecclesiam: et populo predicans demum foveam quadratam quam in ecclia fieri iusserat intrans: luce immensa apparente vt videri non posset: qua recedente fovea plena manna scaturiente inventa est nec repertum est corpus eius. liber autem apocalipsis (vt divus hieronymus scribit) tot habet sacramenta quot verba in quibus latent sententie

Persecutio xp̄ianoꝝ tercia. Cū augebatur mirū ī modū xp̄iana respu. Traianus licet singularis iusticie ⁊ humanitatis p̄nceps esset decimo imp̄ij sui annoꝝ quorūdā malignoꝝ delatione ꝓuocatus. veritus ne qd detrimenti romanū imperiū inde caperet. terciā psecutionē in xp̄ianos ꝯcessit qua quidem multi interempti sunt. At vero plinius secūdus qui tum ꝓuinciā gubernabat. misericordia ob multitudinē interēptorū motus ad Traianū scribit. Innumera hoīm milia quottidie obtrūcari. in quibus nihil oīno sceleris deprehenderet. vt aliquid qd romanas leges offenderet: nisi hoc solū qd ante lucanos hymnos xp̄o cuidā canerent deo. adulteria vero aut huiusmodi crimina apud eos illicita haberi. Unde pmotus traianus rescribit christianos quidem nō esse requirendos: oblatos tn̄ puniri oportere.

Ignacius episcopus



Ignatius eps antiochie ecclie tercius post Petrū eps. bti Johānis euāgeliste discipulus sub hac psecutione cū multis annis rexisset eccliā a traiano ī antiochia captus ⁊ dānatus ad bestias. dum romā a satellitibus traheretur quos decē leopardos vocat. Oēs xp̄ianos in itinere orone vel lr̄is in fide ꝯfirmabat. Sic inquiēs vt ihm xp̄m inueniā. ignis: crux: bestie: cōfractio ossiū: ⁊ tocius corporis ꝯtentio ⁊ tormēta diaboli ī me veniāt dūmodo christo fruar. Cū aūt iam audiret leonū rugitū. frumētū xp̄i sum inquit. dentibus bestiarū molar. vt panis mūdus inueniar. Hic cū sup montē quendā staret audiuit angelos antiphonas cantātes q̄ pmotus ⁊ ipse in ecclia cātari instituit. Mariā quoq; in pluribus quas ad eā scripsit eplas christiferam salutat. Moritur aūt martyrio vndecimo anno Traiani eiusq; reliquie antiochie iacuerunt ante portam daphnicam.

Eustachius



Eustachius cognomēto placidus: ipsius Traiani militū magister hac seuissima tēpestate vna cū vxore Theospita nec nō ⁊ filijs eoꝝ agapito ⁊ theospito. 12. kal. octobris ꝓ xp̄o martyrio coronati sunt. quoꝝ miri leguntur actus de cōuersione eoꝝ. Cū princeps militie esset ⁊ venationi opam daret vidit ceruū pre ceteris pulchriorē eū insecutus ⁊ ī loco sublimi ceruus se fremasset inter cornua imago crucifixi apparuit. Cui christus allocutus. inde baptismum accepit.

Hermes quoq; romanus ciuis ⁊ illustrissimus vrbis prefectus ab Alexandro papa cū vxore ⁊ filijs ac sorore theodora atq; mille ducētis quīquaginta eius huis ⁊ eoꝝ vxoribus baptizatus. sub hac psecutiōe cōprehēsus p̄mo carceri mācipatur. deinde cedēte gladio. 5. kal. septēbris martirij gliam cū oībus p̄dictis ⁊ alijs plurimis est adeptus

Josephus



Josephus iudeus dictus flauius sacerdos ⁊ mathatie eius gētis sacerdotis filius historicus, quidem celeberrimus multarumq; reꝝ peritissimus: dux belli iudeoꝝ impantibus p̄dictis nerone ⁊ reliqs a vespasiano ⁊ tito eius filio iudea acqsita capitur. ⁊ in suitutē honestā deducitur. vir sane bonus ⁊ egregius q̄ de xp̄o optime sensit. Is igitur bello captus ac vita donatus qd ⁊ mortē neronis. ⁊ vespasianū impatorē breui futuꝝ predixerat. qd ⁊ factū est: ꝓpter qd idē vespasianus eū ab oī seruitute liberauit. romā deinde pductus tum ciuitate tum flauia familia donatus est. Ubi cū eisdē impatoribus p annos quindecim feliciter vixit. In quibus cū singularis eruditionis esset. de iudaica captiuitate septē libros scripsit. ꝓ quibus ⁊ statuā (vt diuus refert hieronymus) rome ꝓmeruit. Scripsit deinde alios viginti de antiq̄tate iudeoꝝ ab exordio mūdi vsq; ad bellū iudaicū. Et alios duos aduersus apionē grāmaticū: atq; alia post se reliq̄t scripta Que oīa a ruffino aqlegiēsi in latinā linguā trāslata postea fuere. Et cū natus iosephus hic etiā qn̄ xp̄s cruci affixus fuerit. vixit vsq; ad traiani impatoris tpa. ⁊ rome gloriosissime defecit.

Stacius



Marcialis



P. Statius neapolitanus sellis tn̄ epirotico oppido oriūdus rome floruit. ibidē de thebaico bello libros. xij. edidit. ⁊ librū de achillis infantia. Itē siluarū libꝝ ꝓ quibus rure albano donatus. Is admodū iuuenis claudiā apolinaris filiā duxit vxorē. achillis vero etatem scribere orsus morte interceptus est.

Marcus valerius marcialis in hispania bilbilim patriā habet rome ob ingeniū sui magnitudinem ⁊ epigrāmata cōfecta magno in precio habitus. Is sub traiano senio cōfectus in patriā rediens obijt.

Stella




Juuenalis

Stellā quoq; patauinū poetā nō ignobilem cum his claruisse ferunt. hic vxorem violentillā eius litterature habuit quā vnice dilexit.

Juuenalis poeta satyricus natione aquinas rome claruit libertini locupletis incertū alūnus an filius: heres tn̄. hic cū tpa figurate notasset. statim p honorē militie quāq; octogenarius vrbe sūmotus est. missus in egyptum cum cohorte. id supplicij genus placuit vt leui atq; ioculari delicto par esset. Uerū intra breuissimum tempus angore ⁊ tedio perijt ⁊ vsq; ad nerue tpa deuenit.

Metis vetustissima clarissimaqȝ gallie belgice ciuitas mediomatricū appellata: a situ vrbiū circūpo
sitaꝝ q̄si media mater triuȝ ciuitatū. ab aq̄lone em̄ treuerim: a meridie tullum: ab occidēte viridunū
habet: ⁊ ad oriētē ipsa ornatissime posita est. Mediomatrices q̄ȝ ppl'i inter belgas finitimi treuer/
tulēsibus ⁊ triboc̄is hodie argētinensibus hos metenses esse constat. Metis v̄o nomē a metio sortita est.
Is tn̄ eam non condidit sed vt instaurator ei nomen dedit vt scribit̄. Suffectus dederat nomen cui metius
vrbi. Cuȝ ea insignis vrbs deuicta fuit dum Julius cesar gallias domuerat. Postea clarissimus ac nobilis
romanus metius eā ampliauit: maioreq̄ȝ ambitu menibus circūdedit. Nā eo veniēs p̄mū nobilitatē oēm
p vicina oppida: p̄q̄ȝ vicinas vrbes in ciuitatē ipsaȝ sūmo gaudio reduxit. Eiq̄ȝ nomen Metis imposuit.
Hec scripta in lapide sub terra reperto ostēdūt. Tpe quo cesar sua gallis intulit arma. Tūc mediomatricā
deuicit meti⁹ vrbē: ferunt ⁊ aliq̄ diuidunū hoc est montē deoꝝ dictā. A septētrione enī ⁊ occidente eminere
cernit̄. Posita est hec vrbs i ripis moselle ⁊ salie ppl'o frequēs: ⁊ in potētissimā euasit ciuitatē episcopaleȝ
⁊ a clemēte episcopo patruo diui Clemētis pape iā p̄scripti quē petrus ordinauerat: predicationis gr̄a
directo: sacrū xp̄i euāgeliuȝ suscepit. Is clemēs nobilis patricius roman⁹: frater faustiniani: patris clemē
tis pape: a beato petro baptizatus: cuȝ gallia diuersis erroib⁹ viueret euȝ ep̄m ordinauit: ad hunc locum
christo redimēduȝ delegit. Cū celeste presbytero: ⁊ felice diacono. Hi deinde in loco tribus milib⁹ ab vrbe
semoto oratoriū in honore diui petri ꝯstruētes. Cui gozzia nomē impositū. Et princeps metēsis eos in ve
natione repiens in vrbem adduxit. Hec aūt vrbs inclita robore viriū fortissima: bellis ⁊ armis semp̄ assue
ta: reꝝ opulentia ditissima. agris: vinetis: nemorib⁹: aquisq̄ȝ florētissima: pestifera tn̄ cōtagiōe pene deser/
ta fuit: cuȝ in loco statuto arenaꝝ vbi insigne edificiū in formā theatri ab octauiano cōstructuȝ ingēs draco
latitabat: qui suo flatu loca inficiebat ut p portā meridionalē ⁊ orientalē ingressus cunctoꝝ p̄hiberet̄. bea
tus clemens sua v̄tute ac doctrina ppl'm ad cultuȝ diuinum p̄ducēs: p stolā suā hoc aīal ⁊ oē virus pestife/
rum amouit ut deinceps locus iste ab īmundis aīalibus tutior repiat̄: deinde eccl'iam sancti petri infra mu
ros totius pōtificat⁹ dn̄am cōstituit. inde p deuotionē ppl'i optime ornata stephano dicata cathedralis or/
dinata fuit. Idem in amphiteatro basilicā p̄fecit. extra muros oratoriū sc̄tī iohannis baptiste. In senio q̄ȝ
eccl'iam haud multuȝ ab vrbe distantē p̄fecit: ut liberius ꝯtēplationi vacare posset: in q̄ ⁊ criptā fontēq̄ȝ sa
lutiferuȝ fecit. Et an̄ ostiū arā in honore sui preceptoris diui petri apl'i: ⁊ cuȝ hunc locuȝ a sordibus maxi/
mis dn̄o acquisisset ⁊ eccl'ie metensi bono regimine prefuisset annis q̄nq̄ȝ sup̄ viginti ⁊ mensibus quatuor
nono kalendas decembris sp̄m deo reddens vrbem metensem sua sanctitate insignē fecit.

Metis



Suetonius



SUetonius tranquillus historicus ⁊ causidicus ac eplaꝝ magister: natione romanus ex patricia gente natus his tpibus apud romanos in p̃cio fuit. Deinde sub adriano principe carus ⁊ acceptus magne auctoritatis euasit: eo ꝙ plinio nouocomensi multa beniuolentia coiunctus fuerit. Hic cũ eloquentissimꝰ esset vir: p̃clarũ opus de .12. cesaribꝰ predictis edidit. In quo ⁊ mltas historias ⁊ annales veterũ replicauit. Sed ⁊ de viris illustribꝰ elegãti stilo librũ scripsit. que diuus hieronymꝰ nõ dedignatus est imitari. Itez ludicrã historiam: necnõ ⁊ de genere vestiũ cõposuit: qd̃ opus adhuc extare dicit̃. Ipsum tñ hadrianus imperator tandez a magistratu amouit. ꝙ cũ sabina eius vxore ⁊ imperatrice nimiã cõsuetudinẽ ꝯtraxisset: murmur quippe erat ꝙ ipsa abuteret̃: ꝑuenit aũt vsq̧ ad antonini veri imꝑatoris tempora.

Plinius



PLiniꝰ secũdus nouacomẽsis phs ⁊ orator atq̧ historicus celeberrimꝰ ꝑ hec tp̃a in p̃cio habet̃. qui licet ꝓcurationes publicas ⁊ cõtinuas quottidie sũma integritate administraret tñ liberalibꝰ studijs ita oꝑam dabat: vt nõ temere q̃s plura eo in ocio cõscribẽ potuisset. Erat em̃ ei acre ingeniũ: incredibile studiũ: sũma vigilãtia. Erat sane somni parcissimi. estate si quid otij: iacebat in sole: liber legebat̃. annotabat: excerpebatq̧. Nihil em̃ vnq̧ legit qd̃ nõ excerperet. dicere etiã solebat nullũ esse librũ tã malũ vt nõ aliq̃ pte ꝓdesset. Perire q̧z omne tempꝰ arbitrabat̃ qd̃ studijs nõ impartiret̃. hac intentione tot volumina ꝑegit. De iaculatione equestri vnũ. hunc cũ prefectus ale militaret pari ingenio curaq̧ cõposuit. De vita pomponij secũdi duo. a quo singulariter amatꝰ: Belloꝝ germanie. xx. quibꝰ oĩa que cũ germanis romani bella gessere collegit. cũ in germania militaret. Dubij sermonis octo Nature historiarũ. xxxvij. opus diffusum eruditũ: nec minꝰ variũ q̧z ipsa natura. Perijt tandẽ cũ missenẽsi classi p̃esset. ⁊ flagrante vesuuio ad explorãdas ꝓpius causas lyburnicas p̃tendisset: neq̧ (aduersantibus ventis) remeare posset: vi pulueris ac fauille oppressus est quinquagesimo ⁊ sexto vite sue anno

Plutarchus



PLutarchus cheroneꝰ phs atq̧ historicus eloquẽtissimꝰ traianiq̧ p̃ceptor ac institutor: ꝑ hoc tempꝰ ⁊ ingenio ⁊ auctoritate maxio in p̃cio habitꝰ est De quo policrates in suis historijs sic hz: plutarchus phs: hõ in sentẽtijs fidelis: in verbis luculẽtus: ⁊ in sacrario moꝝ tãtus arbiter fuit: vt facile principis posset dignosci p̃ceptor. hic itaq̧ principi ⁊ discipulo suo regnãti: quatuor ingerere conabat̃ dei reuerentiã: sui cultũ: officialiũ disciplinã: ac subditoꝝ affectũ ⁊ ꝓtectionẽ. Qui cũ eruditissimꝰ eẽt vir multos edidit libros: videlz de educãdis liberis. de politica cõstitutione: de paciẽtia: de homero poeta: de magistratuũ moderatione: de simphoniacis: apothegmata que pleriq̧ nr̃i dicta vel dicteria noĩarũt. Cũ apud traianũ cõiunctissime viueret munus ꝑgratũ illi sua industria collegit. Vitasq̧ preterea multoꝝ tam grecoꝝ q̧z latinoꝝ viroꝝ illustriuz diffuse eleganterq̧ collegit. scripsit ⁊ alia multa.

Hi oẽs sub domiciano martyrio coronati sunt.

- Enodius martyr
- Sileas martyriũ passus apud macedoniã
- Julianus ep̃s cenomanensis
- Paulus episcopus
- Saturninus ep̃s Tolosanus
- Aristarcus martyr Maron martyr
- Marcialis ep̃s zandeñ.
- Eutropius ep̃s Aquitaneñ.
- Gregorius bellatus ep̃s Eutices ⁊c̃.

Hi sequẽtes sub Traiano floruerunt

- Hereneus ep̃s Lugduneñ.
- Jouinꝰ p̃sbr ⁊ martyr. S. Dionysij dis.
- Carannus carnoteñ. martyr
- Lucianus beluaceñ. discipulꝰ beati petri
- Eutropius ep̃s cantu. ⁊ Eufrosina
- Eugeus thol. Sulpicius
- Santinus ep̃s meldensis dis. dionysij
- Thaurinus ep̃s eboraceñ.
- Theodora. S. Seruilianus
- Sagericus ep̃s cameraceñ. disci. dionysij

Egesippus



Dion phs



Basilidas hereticus



EGesippũ virũ quidez scissimuz atq̧ doctissimũ hoc etiã tpe floruisse eusebiꝰ refert q̊ inter alia a passiõe dñi nr̃i ihu xp̄i: vsq̧ ad hãc etatẽ oẽs eccliasticoruz actuũ texuit hostorias: vt q̊rũ sectabat̃ vitã: dicendi q̧z exprimeret caracterem.

DJon philosophus ex prusie ciuitate ortus ꝑ hoc tempus claruit ⁊ de regno multa conscripsit.

BAsilidas quidã hereticus vir acutissimꝰ tẽpestate hac finẽ fecit vite vigiti tria volumina ĩ euãgelijs a se cõfecta post se reliquit. Agrippa autez cognomẽto pastor xp̄ianoꝝ sui tpis doctissimꝰ basilidis p̃dicti heretici volumĩa ĩ euãgelijs cõscripta sua doctrina mirifice ꝯfutauit atq̧ deridẽs ad terrorem alioꝝ.

Linea pontificum
Alexander primus



Anno mundi. 5313. Anno christi. 114.

Alexander papa patria romanus: pre alexandro: ex regione capite thauri natus. Vir quidē iuuenis etate: moribꝰ senior. euaristo succedēs vsqꝫ ad hadriani tpa puenit. Suaqꝫ scīa atqꝫ sanctitate magnā senatoꝝ ptem cōuertit ad dn̄m. Qui rei diuine curā diligentissime gerens nōnulla cōstituit decreta. ꝛ pmo quidē decreto excōicat presumētes legatū aplicū impedire. Mādauit itez ne clericus añ secularē iudicē accusaret. Statuit qꝫ vt vna tm̄ missa ab vno die vno celebraret ꝛ oblationē nō ex fermentato sed ex azimo facerent. Idē primꝰ ob memoriā passionis xpi in sacrificio addidit. Qui pridie qꝫ pateret ꝛc. Instituit item vt aqua quā sanctā appellamꝰ sale admixta interpositis sacris orationibus ꝛ ī tēplis ꝛ ī cubiculis ad fugādos demones retineret. Demū inter innumera miracula inter q̄ balbinā qrini tribuni filiā sanauit. ꝛ ipsuz tribunū cū oī domo baptisasset: post ordinationes tres: q̄s habuit mēse decēbri martyrio coronat cū Euentio ꝛ Theodoro diaconis. 5. nonas maij. Sepelit qꝫ ī via nomētana vbi interfectꝰ est: septimo ab vrbe miliario. Sedit annis decem: mensibꝰ septem: diebus duobus. Vacauit aūt sedes dies. 25.

Sixtus



Anno mundi. 5323. Anno christi. 124.

Sixtus papa natione romanꝰ patre pastore (vel vt alij volunt) heluidio. is diuine rei (vt par erat) curā gerens cōstituit: ne a quoqꝫ nisi a ministris sacroꝝ mysteria: ꝛ vasa sancta tangerent. maxie vo a feminis. neue qd sacerdotes corpale vocāt ex alio qꝫ ex lineo pāno: ꝛ quidē purissimo fieret. In celebratione vo mādauit vt sanctꝰ sanctꝰ deus sabaoth cantaret. Missarū em̄ acta primo nuda ꝛ simpliciter tractabant. Cū vero sixti tpibus pter frequētes cedes pauci reperirent qui nomen xpi pfiteri auderent. Et galli christiani presulez sibi deposcerent eo pegrinū romanū ciuē misit: qui cōfirmatis in fide gallis romam rediens vltimo supplicio afficit. At vo sixtus vbi ordinationes ter mense decembri habuisset: martyrio coronat: ꝛ in vaticano apud petrū sepelit. Sedit aūt annis decem: mensibꝰ tribus: diebus. xxj. Vacat tum sedes biduo tm̄.

Thelesphorus



Anno mundi. 5333. Anno christi. 134.

Thelesphorus papa natione grecus: ex patre anachorita: antonini pij tpibus fuit. vir singularis doctrine ꝛ virtutis. Is cōstituit vt septē hebdomadibꝰ ante pasca ieiuniū obseruaret. vtqꝫ ī natali dn̄i ihu xpi noctu tres misse celebrarent. Cōstituit idē vt añ sacrificiū hymnus ille cantaret. Glia ī excelsis deo. At vo cū ordinationes quatuor mēse decēbri habuisset. creassetqꝫ pb̄ros qndecim. diaconos octo. epos tredeci. martyriū subegēs apd bti petri corpꝰ in vaticano sepelit. sedit annis vndecim: mēsibꝰ tribꝰ: diebus. xxij. Vacat tum sedes dies septem.

Higinus



Anno mundi. 5343. Anno christi. 144.

Higinus papa natione grecus patria athenensis: patre philosopho. antonino pio impante thelesphoro successit. Is vrbis rome episcopꝰ tū maxime clerū prudēter in ordinē redegit: gradus distribuit. Instituitqꝫ ne templa sine celebratione dedicarent: neue augerent diminuerent qꝫ sine arbitratu metropolitani vl episcopi. Voluit itē vnū saltē patrinū ꝛ vnā matrinā ī baptismo vel ꝯfirmatione interesse. Vir certe doctissimꝰ q eplaz eruditionis plenā de vnitate ac trinitate dei oībꝰ xpifidelibꝰ legendā scripsit. Deniqꝫ bene de eccl'ia dei meritus cū ordinationes ter decembri mense habuisset. morit ꝛ apud beati petri corpus ī vaticano sepelit tercio idus Januarij. Sedit annis quatuor: menses tres: dies quatuor. Sedes aūt quatriduo tum vacat.

Pius



Anno mundi. 5353. Anno christi. 154.

Pius papa natione italus patria aquileiensis patre ruffino. M. antonini veri tpa attigit. Habuit aūt cōsuetudinē magnā cum hermete qui librum scripsit titulo pastoris insignitū. In quo angelꝰ pastoris psonā induens ei mādat vt oībus psuadeat pasca die dn̄ico celebrari: qd ꝛ fecit. Constituit item pi[illegible] ne hereticus qspiā ex iudeoꝝ heresi baptizaret. Rogatu praxedis sanctissime femine termas nouati in vico patricij in honorē sororis sue diue pudenciane dedicauit: multaqꝫ dona huic templo obtulit: ꝛ sepius eodē in loco sacrificiū deo prestitit: vbi ꝛ fontē baptismi cōstituit. Illis aūt sacerdotibus penā statuit qui negligentes in attractando xpi sanguine ꝛ corpe aliquid perire pmitterent. ꝛ vbicūqꝫ deciderit lambi precepit. Verū post ingentes virtutes vbi ī ordinationibus suis que quinqꝫ fuere mense decembri: presbyteros decē ꝛ nouē: diaconos nouem ꝛ viginti: epos decem creasset xpi martyr obijt. ꝛ apud beati petri corpus in vaticano sepelit quīto ydus Julij. Sedit vo annis vndecim: mensibus quatuor: diebus tribus. Vacauit tum sedes dies tredecim.

Adrianus cognomēto heliꝰ cōsobrine traiani filꝰ quīdecimꝰ romanoꝝ impator. cuius origo vetustior a picentibus: posterior ab hispaniensibus manat. cuiꝰ mater domicia paulina gadibꝰ orta. natus aūt fuit rome ac decimo etatis anno patre orbatus traianū ⁊ celiū eqtē tutores habuit. Imbutusq̄ impēsiꝰ grecis studijs: ingenio eiꝰ sic ad ea sic declināte vt a nōnullis greculus diceref. qntodecimo anno ad patriā redijt ac militiā inijt. deinde a traiano abductus a patria ꝓ filio habitꝰ. deinde imperiū accipiēs inter optimos ꝑncipes merito annumerādus. Is ꝑmo quidem xpianis aduersatus est: postea cognita eoꝝ religione ⁊ pietate ī eos admoduz beneficus fuit. De pplo romano bñ meritus: pater patrie statim appellaf. nā liberalis: splēdidus: magnificus: clemēs: ac vtraq̄ lingua eruditꝰ. musice medicineq̄ artis sciētissimꝰ fuit. ⁊ leges multas cōposuit. athenīēsibꝰ legē petentibꝰ ex draconis ⁊ solonis sniā iura cōposuit: ⁊ eis bibliothecā insignem retulit. Plutarci cheronei sexti agothoclis phoꝝ doctrina ac familiaritate delectatꝰ. fecit ⁊ rome sui nois pontē q̄ adhuc extat. ⁊ sepulchrū in vaticano apud tyberim quo nūc artifices ꝓ arce vtunf que scti angeli castellū nūcupaf. Mirificeq̄ plura alia edificauit: ⁊ potissimū ī iudea hierosolymā a tito euersam: menibus ⁊ edificijs instaurauit: ⁊ adeo ampliauit vt passionis ihu xpi locū intra menia ꝯcluserit. ⁊ ex sno nomie helyā appellauit. ꝑcepit ne cui iudeo sed tm̄ xpianis introeundi facultas daref Deinde ingruēte tristissima valitudie antoninū (qui postea piꝰ dictꝰ) adoptauit post hec baias petijt vbi die sexto duū iuliarū perijt morbo intercutaneo: vigesimoscdo impij sui anno. vixit annis. lxxij. ac sepelif puteolis ī villa ciceroniana. Statura fuit ꝓcerꝰ. forma cōptus: flexo ad pectinē capillo ꝓmissa barba.

Antoniꝰ pius sedecimꝰ romanoꝝ impator: vna cū filijs aurelio lucioq̄ imperij principatū suscepit. hic adriani gener ⁊ ꝑ adoptionē filꝰ: paternum genꝰ e gallia originē habuit. Impauit aūt tanta modestia ⁊ benignitate vt merito pij cognomentū adeptꝰ sit. ac pater patrie appellatꝰ. Nulli em̄ vnq̄ tuz priuatim tuz publice acerbꝰ fuit. ⁊ hoc verbū ꝑsepe dixisse ferūt: malle se vnū ciuē seruare q̄ mille hostes occidere. Tāte aūt iusticie pius fuit: vt multi reges multeq̄ nationes positis eiꝰ iussu armis ad hoiēz cōtrouersias suas litesq̄ deferrēt eiusdēq̄ snie statim parerēt. Fuit aūt statura eleuata decorus. sed cū eet longus ⁊ senex incuruaref q̄: tiliaticijs tabulis ī pectore positis fasciebaf vt rectꝰ incederet: fuit voce rauca ⁊ sonora. Cū iocūditate a senatu diuus est appellatus cuz oēs eius pietatē clemētiā: ingeniū: sanctimoniā laudarent: vt cū numa pompilio bonoꝝ oīm sniā compari pōt. Is ꝑterea cū tyberis inundatione plurima rome vexasset edificia tuz priuata tum publica sua impēsa ciues ī restituēda vrbe liberalissime iuuit. Tarraconēsez ⁊ caietanū portū restituit. Ob hec merita populus romanus mortuo circenses ⁊ templū cōstituit. Perijt anno septuagesimo cum imperasset annis duobus ⁊ viginti: mēsibus tribus: apud loriū villā duodecimo ab vrbe miliario distantē quasi dormiret spiritū reddidit.

Marcus antoninꝰ qui ⁊ verus cognomēto phs natꝰ rome ī mōte celio educatus in eo loco in domo aui sui veri iuxta edes laterani: vsus grāmatic greco alexandro. oratoribꝰ aūt precipue frontono. cui ⁊ statuā in senatu petijt. Ascitus in impatoriā dignitatē ad domū tm̄ appolonij discēdi cā venit. Audiuit ⁊ sextū plutarci nepotem. Educatus q̄z in hadriani gremio illū verissimum nominabat. deinde vna cū L. aurelio cōmodo fratre annis decē ⁊ nouem imperiū equo iure administrauit. Bellū aūt cōtra parthos simul susceptū admirabili virtute ⁊ felicitate gesserūt: de hostibusq̄ triūpharūt. Verum nō multo post apoplexie morbo e medio sublato cōmodo fratre. antoninꝰ solus imperiū obtinet. Fuit aūt a teneris annis eiusdē animi: eiusdēq̄ vultꝰ in quauis fortuna. ⁊ quia benignitas nature cū doctrina in eo certabat: merito ab omnibus philosophus appellatus est. philosophia tm̄ eū a rebus bellicis nequaq̄ retardauit Nā germanos: marcomānos: quados: sarmatas ingēti ꝟtute ⁊ felicitate vna cū filio cōmodo antonino supauit: ac triūphū egit. Iturus aūt ad hoc bellū cū nō haberet vñ stipēdia militibꝰ ꝑberet: ex hausto erario oēm impatoriā suppellectilē: oēmq̄ ornatū vxoris ī foro traiani haste subiecit. Verū cū postea supato hoste ī patriā redijsset: emptoribꝰ ꝑcia restituit. nemī tm̄ molestꝰ fuit: q̄ reddēre empta noluisset. parta victoria ī oēs de re publica meritos liberalis fuit. Tributa q̄busdā ꝓuicijs remisit. leges seueriores nouis ꝯstitutionibꝰ tpauit: his rebus gestis factū ē: vt ab oībꝰ ita amaref: vt sacrilegi nomē incurreret q̄ eiꝰ imaginē domi nō habuisset. Postremo ī pānonia ꝯstitutꝰ repētino morte īterijt. Dimisso em̄ filio ne ī eū morbꝰ trāsiret: nocte aīaz efflauit. xviij. impij āno vite. lxj

Linea Imperatoꝝ

Adrianus



Antonius pius



Marcus Antoninus verus



Lucius Aureliꝰ Cōmodus



QUarta pſecutio eccleſie tp̄e marci antonini ⁊ lucij aurelij fact [illegible]ſtiqꝫ martyrio coronati ſunt: ipſaꝫ tamē pſecutionē ſecuta eſt lues magna: que multas late ꝓuincias deuaſtauit maxieqꝫ italiā adeo attriuit: vt paſſim ville ⁊ agri ſine cultore ⁊ habitatore remanerent. ab armis deniqꝫ nulla vnqꝫ quies erat: ſed per omnē orientem: illiricū: italiā: galliā bella feruebant. Terremotus quoqꝫ nō ſine interitu ciuitatuꝫ ⁊ inundationes fluminū crebreſcebant: ⁊ locuſte agros infeſtabant.

Sophia



Seraphia



SOphia matrona nobil' cū tribꝰ filiabꝰ fide. ſpe: ⁊ caritate ad vrbē venit: ⁊ exēplo religiōis ſue ⁊ ſobrietatis multas nobiles femīas ꝯuertit ad xp̄m. q̄d cū adriano imꝑatori nūciatū fuiſſet: eas adduci iuſſit: q̄ cū pulcherrime eēnt ⁊ ī diuinis ſcp̄turis erudite poſt longā cōcertationē martyrio vitā finiere ꝑ varia tormēta. Mater deinde corꝑa filiarū in decimooctauo miliario ab vrbe ſepeliuit ⁊ lacrimis diceret. filie mee accipite me ad vos: veluti ſopore dep̄ſſa ī pace ꝗeuit.

SEraphia anthiocena v̄go ꝑ hoc tempꝰ rome pro xp̄o paſſa: que miſſa ī obſcuriſſimū locū duobꝰ laſciuis viris illudēda tradita: cū illeſa ꝑmanſit: lāpadibus inflāmari: ⁊ iuſſu p̄ſidis fuſtibꝰ duriſſime ceſa: deinde gladio necata eſt. quā ſabina ꝑ eā cōuerſa ī ſuo ſepulchro poni fecit. quarto kal'. auguſti.

Sabina



Quadratus



SAbina illuſtriſſima mulier: vxor quondaꝫ p̄clariſſimi valētini ⁊ herodis metallarij filia. quā ſeraphia p̄dicta ī fide xp̄i ih̄u edocta: opibꝰ miſericordie inſiſtēs his tumultibꝰ apud romā ī auentino mōte a p̄fecto vrbis rabidiſſimo noīe helpidio cū nollet ſacrificare dijs gladio ꝑcuſſa: martyrij palmam adepta eſt: quarto kal'. ſeptēbris. Ambarū aūt corꝑa nūc rome in eccleſia ſancte ſabine quieſcunt.

QUadratꝰ atheniēſis ep̄s ⁊ aplo᷑ diſcipulus vir vtiqꝫ doctiſſimꝰ hac tēpeſtate eccl'iaꝫ grādi terrore diſꝑſam fide ⁊ induſtria ꝯgregās: etiā librū ꝓ xp̄iane religiōis defenſiōe cōpoſuit: plenum fidei ⁊ rōnis atqꝫ ap'lica doctrina dignū: quo edito ad vltimuꝫ pro ipſiꝰ defenſione paſſus eſt. ſeptimo kal'. Junij.

Quirinus



Achacius



QUirinꝰ p̄mo tribunꝰ poſtea ep̄s factꝰ: ꝑ id tēpus apō illiricū id eſt ſclauoniā ī ſciſcia vrbe. ij. nōs Junij martyr xp̄i obijt. Nā (vt prudētiꝰ ait) ligato ad manū eiꝰ molari ſaxo ī flumīe p̄cipitatꝰ eſt. ⁊ cū aſtātibus diu locutꝰ fuiſſet: ne eiꝰ terrerent̄ ſupplicio: vix p̄cibꝰ vt mergeret̄ obtinuit. Zenō q̄ꝫ patriciꝰ romanꝰ cū decē milibꝰ ⁊ ducētis f̄ribus rome ad guttā iugiter manantē ſub hoc tumultu ꝓ xp̄o interfectus eſt.

ACchatiꝰ primiceriꝰ cū decē milibꝰ ī mōte ararath ab adriano imꝑatore ī armenia martyrio vitā finiuit qui ꝯuerſi ꝑ angelū victoriā ꝯ̄ hoſtes obtinētes cū adrianꝰ ⁊ antoninus quē adoptauerat eos xp̄ianoſ eē ſenſiſſent lacrimātes eos p̄mo flagellari deinde multudinē clauo᷑ acutiſſimo᷑ trigeno᷑ ſpargi ī terrā per xx. ſtadia iuſſerūt vt ſancti nudis pedibꝰ ſuꝑ eos incederent. angelus aūt antecedēs clauos colligebat ne lederent̄: tandem ad inſtar xp̄i martyrū paſſi ſunt: ⁊ aīe eo᷑ tranſlate ad ſuperos.

Papias



Aristides



PApias hieroſolimitanꝰ ep̄s iohīs ap'li auditor q̄ nō tm̄ hiſtorie vete᷑ diſcipulo᷑ dn̄i: quātū voce ariſtonis ⁊ ſenioris iohānis adhuc viuētis delectatꝰ eſt. vn̄ apparet ex ipſa noīm dinumeratione cū oīm fere aplo᷑ mētionē feciſſet. aliū eſſe iohānē q̄ int̄ ap'los locat̄. aliū ſeniorē iohānē quē poſt ariſtonē numerat. q̄ certe doctiſſimꝰ eſt habitus queqꝫ etiā multi ſecuti ob doctrinā ſunt vt hereneus: appollinaris: tertullianus: victorinus pictauienſis: lactancius: firmianus: quadratus quoqꝫ predictus.

ARiſtides aūt atheniēſis ph̄s ſub p̄ſtino habitu xp̄i diſcipulꝰ volumē nr̄i dogmat' rōnē cōtinēs eodē tp̄e q̄ ⁊ quadratus adriano pn̄cipi obtulit. his aūt apolegeticis libris factū eſt vt adrianꝰ iniuſtū fore exiſtimās xp̄ianos indicta cauſa vbiqꝫ occidi. Minucio fundano aſie ꝓcōſuli ſcripſerit: neminē occidendum: niſi de accuſatore ⁊ crimine conſtaret.

Secundus phs



Secundus atheniensis phs hoc tpe in pcio fuit qui semp silentiū seruās pythagoricā vitā duxit: cuius taciturnitatis cā hec fuit. Qd cū matrē ꝓpriā de illicito cōcubitu tēptasset: ꝛ illa (incognito filio) assentisset: vt eū cognouit esse filiū pre pudore spm̄ exhalauit: qd aīaduertens secundus id matri propter suā loquelā accidisse: hanc a se in posterū exegit penā: vt de cetero vnqꝫ nemini loqueretur: quod cū hadriano qui apud athenas esset nunciatū fuisset: ipsum illico accersiri fecit. quē cū nec salutatione nec exhortatione aut minis a taciturnitatis ꝓposito retrahere potuisset: admiratus ipsius taciturnitatē atqꝫ constantiā dixit. Cū ista silentij lex a te nullo modo solui pōt: manu tn̄ tua ꝓpleumatibus meis respōdere digneris. Et interrogans dixit. Quid est deus. Ille ꝯfestim rescripsit. Deus est īmortalis mens incōtemplabilis celsitudo forma multiformis multiplexqꝫ spiritus: incogitabilis inquisitio: omnia continens lux indeficiens ꝛ optimū bonuꝫ Fuere ꝛ alia multa hadriani propleumata philosopho proposita.

Tiburtinā latine regionis ciuitatē que hodie vetus tibur appellaṫ p hoc tēpus hadrianus imperator (vt helius sparcianus historicus testaṫ) miro sumptu edificauit. ꝛ ex villa oppidum fecit. Hec quippe ciuitas. i 6. passuū milibus a roma distare videṫ. ꝛ iuxta anienem fluuiū in cliuoso loco cōstituta est. quam tn̄ ciuitatē longe ante romanā vrbem a grecis originem ꝛ cōdictionē habuisse Strabo ꝛ Virgilius volunt. aiunt em̄ ꝙ ipsius primus cōditor fuit quidā tiburtus coracis ꝛ catilli frater. Hi nāqꝫ fratres thebani fuere: qui post thebanoꝝ interitū a patre in italia ꝓgeniti: singuli postea oppidū ex suo nomine ꝯstruxere ꝙ testis est quidā mons ꝓpinquus qui catillus adhuc diciṫ. Et corax aliud oppidum famosum inter volscos erexit. Fuit itaqꝫ tiburtina hec quondā nobilis ciuitas cui etiā testimonia ꝓhibēt ꝓpiī que adbuc extantes ipsius antique ciuitatis ingentes ꝛ magnifice edificioꝝ ruine: que dignitatē vrbis pre se ferunt. eo siquidē loco tiburtinus lapis fortissimus fodiṫ: qui ad cōstruēdam conseruandāqꝫ romanā vrbē multū adiumēto fuit. Hanc em̄ vrbē Fridericus cognomēto barbarossa impator: ab alijs theotonicis supioribꝰ annis dirutā reedificauit. ꝛ deinde multi sūmi pōtifices multiqꝫ cardinales auxere ꝛ mltis edificijs illustrauē. ex hac simplicius romanꝰ pōtifex ꝛ alij viri scia ꝛ dignitate clarissimi ortū habuere

Tiburtina ciuitas



Galienus medicus



Galienus medicus doctissimꝰ vir fuit natione grecus: patria sibi ꝑgamū ciuitas asie: statura magnus: spatulas ⁊ humeros latos ⁊ grossos hñs: colore brunus: delectatus ī cantu ⁊ alkimia. natus ex patre diuite ⁊ largo: scientificus ī astrologia arismetrica ⁊ alijs hmōi. Magistrū habuit taliū: ad medicinam diuinitus inductus. circuiēs mūdū ꝓ acquirēda scia: prādebat parū: sꝫ tm̄ ficubus ⁊ pane ꝯtētus cena erat ei copiosa. a paruulo deditus studio medicine. decimonono eñ etatis anno cū discipulis athanei de medicina disputauit. ab eis reputatus litigiosus: qꝛ logicus erat. hi eñ sibi obijciētes dicebāt. hic q̄dē nutritꝰ in dialetica multa inde repletus cōtagione. Claruit aūt tpibꝰ diui antonini pij. Nūq̄ꝫ in curis erubuit: nūq̄ꝫ in ꝓnostico errauit. Asserit aūt cōstantinus eū. C. ⁊ L. libros edidisse. annos tandē vixit. lxxxvij. Et vt quidā ferunt in mari mortuus est cū ad vidēda miracula oli xpi accederet ⁊ mundinus dicit. Merito ḡ medicorū princeps dici debet: qui ea in arte oēs preter hippocratē supasse credit. ⁊ hippocratis scripta miro explanauit ingenio.

Justinus phs



Justinus phs ex neapoli vrbe palestine his tpibꝰ ꝓ fide xpi multū elaborauit: q̄ ⁊ antonino pio ꝑncipi ac filijs eius librū dedit ꝯ gentes scriptū: ⁊ dialogū ꝯ triphonē pricipē iudeoꝝ habuit. Inuectus est ⁊ ī marcionē q̄ cerdonis dogma secutus: alteꝝ bonū alterū iustū dn̄m asseruit: tāq̄ꝫ duo ꝯria ꝑncipia creationis ⁊ bonitatꝭ. Impugnauit ⁊ crescentē cynicū vt gulosum: cuius insidijs ad extremū circūuentus ꝓ dignitate christiani noīs sanguinem fudit.

Aquila



Aquila q̄ꝫ iudeus natiōe pōticus cū ꝑscillia vxore edicto claudij discedēs vsq̄ꝫ ad hec tpa (vt nōnulli aiūt) supuixit. secūdus mosaice legis interpres post illos septuaginta q̄ philadelphi tpibus fuere. ⁊ libros veterꝭ testamēti ex hebreo ī grecū optīe trāstulit ⁊ ꝓphe verba de ṽgine maria ꝓlata ad iuuēculā quādam ascripsit.

Cerdo hereticus



Cerdo q̄dā hereticꝰ a quo cerdoniani heretici nomē acceperūt: ꝑ hoc tēpus insaniēdo vaticinare simulat. Asserebat nāq̄ꝫ duo fuisse ꝑncipia ꝯria.

Marcion hereticus



Marcion item hereticus eiꝰ discipulus stoicꝰ phs cū mgr̄o suo delirare cepit: dicēs xpi patrē nō fuisse deū creatorē: q̄ ꝑ filiū mūdū fecerat. ⁊ cū aliqñ policarpo rome obuiā factus fuisset. interrogaretq̄ꝫ an se agn̄sceret. cogn̄sco (rn̄dit policarpꝰ) ꝑmogenitū diaboli.

Valentinianꝰ hereticus



Valētinianus aliꝰ hereticus platonicus phs a q̄ valētiniana heresis noīata est: eodē q̄ꝫ tpe inualuit. hi aūt valētiniani cuiusdā platonici sectatores dicebāt xp̄m de corpore virgīs nil sumpsisse: sed per eaꝫ tāq̄ꝫ per fistulā quendā purum transisse.

Thophilus eps



Theophilꝰ anthiocēsis eccl'ie eps ⁊ ipse his diebus floruit: ⁊ ꝯ marcionē ꝑdictū hereticū librū edidit impante. M. antonio. Scripsit ⁊ librꝝ ꝯ hermogenis heresiꝫ q̄ mām nō nām introducēs: deo aūt nō nature eādē cōpauit: mām elemētoꝝ ⁊ deū appellās. Tria q̄ꝫ volumina cōtra etholū cōposuit ⁊ plura alia.

Melito episcopus



Melito seu miletus asianus natione sordēsis eps frontonisq̄ꝫ oratoris discipulus multo in precio his tpibus fuit: ⁊ librū de doctrina christiana. M. antonino tradidit. huius ingeniū tertulianus (vt scribit hieronymus) mirūimmodū laudat: dicitq̄ꝫ a plerisq̄ꝫ nostroꝝ prophetaꝫ habitū esse. eo ꝙ multa ꝓphetica scripserit testimonia: ⁊ alia multa.

Appolinaris eps



Appollinaris asie hieropolitanus eps huius tpe in precio est habitꝰ qui insigne volumen de fide xpi. M. antonio secūdo tradidit. Scripsit ⁊ in cathaphrigas qui tunc etiā cum prisca ⁊ maximilla insaniebant vaticinantes. Incipiente tamen montano. sed ⁊ alios aduersus gentes quinq̄ꝫ libros scripsit. Extant ⁊ alij duo de veritate.

Policarpus



Policarpus iohānis aplī discipulus. smirneus eps ab eo creatus. ac totius asie religione ⁊ doctrina tuꝫ facile princeps: hoc anno pio presulante romā veniēs: plurimos fideliū marcianis ⁊ valentiniani falsa ꝑsuasione deceptos ad fidē reduxit. Cū aūt marcion obuiā habuisset eū primogenitū diaboli dixit. Negabat eīm patrē xp̄i deū esse creatorē: qui ꝑ filiū mundū fecerat. Postea vo imperante. M. antonino ⁊. L. aurelio cōmodo quarta post neronē ꝑsecutione smirne sedente a ꝓconsule igni crematus est. Cū quo etiā. xij. ex philadelphia veniētes martyriū cōsumauere. hic cū esset doctissimus ac sanctissim⁹ vnā ad philippēses ꝓutilē scripsit eplām. passus est aūt septimo kal. februarij.

Praxedis

Praxedis virgo sanctissima: beatissimi pudentis romani filia: ⁊ gloriosissime pudētiane v̄ginis soror. virgo siquidē ī diuina lege erutissima ꝑ hoc temp⁹ vsq₃ ad anicetū fuit postq₃ patrimoniū suū vna cū sorore p̄dicta in sustentatione pauperū erogasset: ⁊ totū vite sue temp⁹ ipsi⁹ vigilijs ⁊ orōnibus atq₃ ieiunijs assiduis cōtriuisset: ⁊ vniuersam familiā numero. 90. manumisisset. At postq₃ multoꝝ martyrū corpa sepelisset. ⁊ ipa beatissima. xij. kal. augusti migrauit ad dn̄m coronā iusticie acceptura. Et via salaria iuxta sororem suā pudētianā ī cimiterio priscille sepelit. q̄ etiā die ei⁹ natale a cūctis fidelibus celebrat.

Felicitas cū septē filijs



Felicitas romana femīa matrona siquidē sctissima ꝑ hoc temp⁹ vna cū septē filijs suis scꝫ ianuario: felice: philippo: scylano: alexandro: vitale atq₃ marciale: rome martyriū suscepit. Hec eīm pijssima mulier mēte ⁊ corpe felicitas. hos septē filios deū colere docuit: vt coronā martyrij acciperēt. Et primo quidē ianuarius primogenit⁹ post virgarū verbera: plūbatis occisus est. felix vo ⁊ philipp⁹ fustibus mactati. Syllan⁹ p̄cipitio trucidat⁹ interemptus. Alexander deniq₃ ⁊ vitalis atq₃ marcialis capitali sn̄ia sunt puniti. Nouissime aūt ⁊ mater ipsa felicitas preter matrū cōsuetudinē: ⁊ ipsa gladio necata est. A quib⁹ magnū spectaculū fidei nostre ante oculos positū est. Eoꝝ dies celebrat. vj. ydus Julij.

Ptholomeus astronomus



Ptolome⁹ natione alexandrin⁹ ph̄s ac insignis astrologus: qui post tp̄a adriani impatoris claruit hoc tēpore agnoscit. qui vir p̄stantissimus plus astronomie addidit q₃ id totum quod ante scriptum inuenit. Nam ⁊ almagestum opus diuinum ⁊ perspectiuā edidit. De iudicijs etiaꝫ quadripartitū opus. ⁊ centiloquiū ac alios multos cōscripsit libros. Vixitq₃ annis. 88. Ex eius aūt ꝓuerbijs hec duo notāda inserimus. Inter hoīes qui nō curāt in cuius manu sit mūdus: hic mūdo altior est Et illud. Qui ꝑ alios nō corrigit: nec alij per eum corrigent. Quanto magis fini appropinquaueris tanto bonū cum augmento operare.

Aulus gellius



Aulus gellius romanus orator ⁊ insignis quideꝫ grāmaticus hoc tp̄e clarus existēs agnoscit. Qui inter cetera sue virtutis opa: cum e roma ꝑ hiemē in atticam proficisceret terrā. cōmētarios celebres edidit quos in libros. xix. diuidens de nocticis atticis titulo p̄notauit. ideo de eo scribit. Si quē cecropia claruꝫ latiaq₃ camena esse iuuat: gelli scripta ꝓbanda legat. Attica nox luci nūq₃ cessura diurne. Ad varias artes q₃ bene mōstrat iter.

Montanus hereticus



Cathaphrigarum heresis exordiū

Cathaphrigarū heresim non desunt qui dicant hoc tempore ortam auctore montano. Is eīm mōtanus heresiarcha pessimus natione phrygius nominauit se paraclitum in phrygia ⁊ multos seduxit ⁊ eandē regionē cū vicinis regionibus ac multis erroribus infecit. Ibiq₃ ⁊ priscam ⁊ maximillā clarissimas mulieres adeo seduxit: vt relictis viris suis secum publice incederent: ⁊ se ei⁹ inspiratione prophetissas dicerent. hi capadhrigie donum spūssancti non in apostolis: sed in se tantum traditum fuisse affirmabant.

Apelles hereticus



Apelles alius hereticus in grecia fuit. Is dicebat xp̄m non deum in veritate sed hoīm fantasia hoībus apparuisse. hunc theodocion vir eruditissim⁹ hereticissimū appellat: ⁊ suis scriptis percōmode irridere conat. Tacianus quoq₃ hereticus primo xp̄ianus noīatus: deinde seueriani heretici ab eo processerūt hi oēm coitū spurcū putabant

Anno mundi. 5363. Anno christi. 164.

Anicetus papa natione syrus patre iohāne de vico marco vel (vt Damaso placet) de humisia vir moribus insignis: eccl'ie romane ꝯsulens ne moribus petulantiū quorūdā labefactaretur. Instituit ne clericus vllo modo comam nutriret ſm apl'i pceptū. Neue eps consecrari posset a paucioribus q̄ꝫ a tribus eiusdē ordinis viris. ⁊ plura alia ordinauit. At vbi ex ordinationibus quinqꝫ q̄s decēbri habuit pſbros. xix. diaconos quatuor. epos nouē creasset. martirio coronatus ac sepult⁹ est ī calixti cimiterio via appia. xv. kal. maij. Sedit ānos vndecim: mēses q̄tuor: dies tres. Sedes vo dies. xvij. post eius mortē vacat.

Anno mundi. 5373. Anno christi. 174.

Sother papa natione cāpanus ex fundano oppido pre concordio tpibus L. cōmodi fuit. Is lꝫ in multis piculis ꝯstitutus: animū tn̄ in tātis malis ad reꝫ diuinā cōuertēs. Instituit ne monacha vlla pallā attrectaret. neue thus ī acerrā poneret duꝫ sacrificia fierēt. Eius extabat epl'a hac de re scripta ad epos italie. Instituit itē ne legittima haberetur vxor: nisi cui sacerdos ex instituto benedixisset. ⁊ quā parentes solēni pōpa more xpiano marito collocassent: reiciēs multa picula ex prestigijs ⁊ magicis artibus improboꝝ: q̄ ī nouas nuptias cadere solēt. At vbi p ordinationes q̄nqꝫ mēse decēbris habitas pſbros octo. episcopos vndecī creasset: moritur ac sepelitur via appia ī cimiterio calixti. sedit ānos nouē: mēses tres: dies vnū ⁊ viginti. vacat tuꝫ sedes dies totidē.

Anno mundi. 5383. Anno christi. 184.

Eleutherius papa natione grecus patria nicopolitanus pre abundio. L. antonino cōmodo impante fuit. Is statuit ne quis ob supstitionē cibi genus vllū respueret: quo humana cōsuetudo vesceretur. Noluit p̄terea quēpiā de gradu suo deijci: nisi accusatus reus criminis cōuinceretur. huius q̄ꝫ pontificatu ⁊ ecclesijs pax data est ⁊ quies: ⁊ nomē xpianū p oēm terrā mirūimmodū auctū rome potissimū vbi multi ex nobilitate romana cū cōiugibus ⁊ liberis in fideꝫ recepti baptismi charactere notati sunt. A lucio rege brittāno epl'am accepit: vt se ac suos in xpianoꝝ numerū susciperet. Tandē vbi ex tribus ordinatiōibus mēse decēbri habitis presbros ac epos ordinasset. Moritur ⁊ apud bti petri corpus sepelitur. vij. kal. Junij. Sedit aūt annos. xv. mēses tres: dies duos. Vacat tuꝫ sedes dies quinqꝫ.

Anno mundi. 5393. Anno christi. 194.

Victor papa natione apher patre felice qui rei publice xpiane vt par erat curā gerens: cōstituit vt pasca dn̄ica die a. xiiij. luna primi mēsis vsqꝫ ī. xxj. celebraretur: cū prius cū iudeis. 14. luna celebrabatur. Cuius decretū postea ī cōcilio niceno cōfirmatū fuit: ne iudeos imitari videremur. hic cū doctissimus eēt pōtifex quedā de regionib⁹ cōposuit volumina: deinde martyrio moritur ⁊ apud beatū petrū ī vaticano sepelitur. cuius diē festū q̄nto kal. augusti celebramus. sedit aūt annis. x. mēsibus tribus: diebus. x. At sedes dies. xij. tum vacat.

Anno mundi. 5403. Anno christi. 204.

Sepherinus papa natione romanus ex patre abundo: seueri tpib⁹ fuit vir sanctissimus rei diuine magis q̄ꝫ humane intētus. Unde ⁊ ꝯstituit vt astātibus clericis ⁊ laicis fidelibus ⁊ leuita ⁊ sacerdos ordinaretur q̄d postea ī calcedonēsi cōcilio ꝯfirmatū est. Statuit vt cōsecratio diuini sanguinis in vitreo vase nō aūt in ligneo vt antea fieret. hec aūt institutio postea īmutata fuit. Vetituꝫ enī est ne in ligneo fieret ppter raritatē qua imbibitur: neqꝫ in vitro ppter fragilitatē. sed ex auro argentoue aut ex stagno vt in tiburensi ⁊ remensi cōcilio scriptū apparet. Ideꝫ preterea instituit vt oēs xpiani annos pubertatis attingētes singulis annis ī solēni die pasce publice cōicarent. q̄d Innocētius terci⁹ postea etiā ad cōfessionē delictoꝝ traduxit. Tandē cum ex ordinationib⁹ quatuor presbyteros ⁊ epos creasset: moritur seueri tpibus. ac ī via appia nō longe a cimiterio calixti sepelitur septio kal. septēbris. Sedit aūt ānos octo mēses. vij. dies. x.

Anno mundi. 5413. Anno christi. 214.

Calixtus papa natione romanus patre domicio ex regione vrbis rauennatum vir diuinus ac prudētissim⁹ q̄ in magna rerū pturbatione cū sceleratis impatoribus nequaqꝫ ab instituto suo discedēs: Cōstituit ieiuniū q̄ter in anno q̄bus tpib⁹ deinceps ratio sacroꝝ ordinū habita est: cū antea decēbri mēse fieri ꝯsueuisset. Cimiteriū q̄ꝫ de suo noīe cōdidit via appia: vbi multoꝝ martyꝝ corpora reposita fuerāt. Verū cū palmachiū virū ꝯsularē ⁊ simpliciū senatorē atqꝫ felicē nobilē virū cū eoꝝ domib⁹ baptisasset. ⁊ m'ltos pſbros ⁊ epos ordinasset secūdo idus octobris ab alexandro impatore martyrio coronatur: deinde sepultus in cimiterio calopodij via aurelia tercio ab vrbe miliario. Sedit annis sex mensibus decem: dies decem. Vacat tum sedes dies sex.

Linea summoꝝ pontificum

Anicetus



Sother



Eleutherius



Victor



Sepherinus



Calixtus



Linea Imperatorum

Comodus luciꝰ antoninꝰ dictus decimꝰ octauꝰ romanoꝝ impator: post M. antoninũ verũ patrẽ suũ impauit. q̃ natus est apud lanubiũ: faustia eiꝰ mater pregnãs visa ⁊ in somnis serpẽtes parere: sed ex his vnũ ferociorẽ: pepit aũt comodũ ⁊ antoninũ eo mortuo. marcus p̃cept̄ optimoꝝ cõmodũ erudire conatꝰ est. habuit litteratorẽ grecũ onesicratẽ: latinuȝ capellã. orator ei atteius. hi tñ mgr̃i nihil ei ꝓfuerũt. Uerũ a prima statim puericia turpis improbꝰ crudelis libidinosus: auspiciũ crudelitatis dedit anno etatis duodecimo ꝑfectꝰ deinde cũ patre ad germanicũ bellũ neq̃ pudori: neq̃ sumptui pepercit. Tandẽq̃ nil cõmune cũ patre habuit: sed oĩbꝰ incõmodꝰ: nisi q̇ ⁊ ipse ꝯtra germanos adiuuãtibꝰ xp̃ianis militibꝰ feliciter pugnauit. In eo bello cũ exercitꝰ cõmodi penuria aque laboraret: ferunt p̃cibꝰ xp̃ianoꝝ milituȝ aquã diuitus e celo missaȝ: pluraq̃ fulmina ĩ germanos ⁊ sarmatos cecidisse. Ceteꝝ ad vrbẽ rediẽs in oĩa luxurie ⁊ obscenitatis dedecora ꝓlabiẗ. Gladiatorijs q̃ȝ armis ĩ ludo nerõnẽ imitatꝰ depugnauit. plurimos q̃ȝ senatores interfecit: ⁊ eos maxĩe q̃s nobilitate industriaq̃ excellere aĩaduertit: quosdã ꝓscripsit: vendidit etiã ꝓuincias ⁊ admĩstrationes. fuit forma quidẽ corpis iusta: vultu insubido vt ebriosi solẽt ⁊ sermone incõdito capillo sp̄ fucato: adurẽs comã ⁊ barbã timore tõsoris. Tẽporibꝰ eiꝰ flagiciose vite vrbs penã tulit. Capitoliũ fulmine ictũ cũ egregia bibliotheca maioꝝ cura parata cõcremaẗ: mẽseȝ decẽbrẽ ad imitationẽ augusti cõmodũ appellari voluerit. Idq̃ post mortẽ abrogatũ fuit. Tandẽ mortuus humani generis hostis adiudicatus est. Strãgulatus in domo vescaliũ duodecimo imperij sui anno ⁊ mense septimo e medio sublatꝰ est. Corpus eius vt vnco traheret atq̃ in tiberim mitteret senatꝰ ⁊ populus postulauit. Sed postea iussu ꝑtinacis in monumẽtũ adriani translatum est.

Helius ꝑtinax decimꝰ octauꝰ ro. impator natꝰ in appẽnino ĩ villa mart̄ quẽ postea marcus pretorẽ fecerat prime legionis regẽde: statiq̃ rhetias ⁊ noricũ ab hostibꝰ vindicauit. deinde prefecto vrbis cũ mitissimꝰ fuit. cõmodo plurimũ placuit. factꝰ sexagenario maior impator rogatꝰ vt vxorẽ augustã faceret ⁊ filiũ cesarẽ appellaret: id facere recusauit: testatus sufficere ꝙ ipse imparet inuitꝰ. Et cũ ĩ impatore auaricia nihil turpiꝰ est: cũ illiberalis ⁊ sordidꝰ haberet q̃bꝰ dimidiatas lactucas ⁊ cardos cõuiuis apponeret: fasianũ nũq̃ ꝓuato cõuiuio cõmedit aut alicui misit. Fuit aũt senex venerabilis ĩmissa barba: reflexo capillo: habitudine corpis pinguiore: statura imperatoria: eloquẽcia mediocri ⁊ magis blãdus q̃ȝ benignꝰ. Tandẽ nemĩe ꝯdicẽte a iuliano iurisperito in pallacio occidiẗ. Imperij sui mẽse sexto. Cũ tausius quidã vnꝰ e tungris in irã ⁊ timorẽ milites loquẽdo adduxisset: hastã in pectꝰ ꝑtinacis obiecit. Tũc ille p̃catꝰ iouẽ vltorẽ toga caput operuit atq̃ a ceteris ꝯfossus est. Milites em̃ eũ ⁊ aulici odio habuerũt. pp̄lus mortẽ eius indignissime tulit: iõ p̄ senatũ in deos relatus est.

Julianꝰ didius successor ꝑtinacis cũ caput eiꝰ conto fixũ milites q̃ eũ occiderãt p̄ vrbẽ in castra ꝑtulerũt. Ipse corpꝰ eiꝰ quãto potuit honore funeratus est. Cũ id ĩ pallatio repisset: hũc aliqui iurisperitũ ⁊ interemptorẽ imperiũ occupasse aiũt: q̃ ꝑpetuũ edictũ cõposuit. Ceteri iulianũ nepotẽ magni iuliani iurisꝯsulti fuisse scribũt. cuiꝰ ꝓgenitores de mediolano fuerũt. Fuit aũt hõ pessimus miserrime viuẽs: vñ odiosus pp̄lo desertus ab oĩbꝰ: quiq̃ septimo mẽse postea q̃ȝ im pare ceperat apud pontẽ miluiũ victus: a seuero ciuili bello ⁊ interfectꝰ est.

Seuerus ro. impator iuliano didio interfecto affrica oriũdus imperiũ obtinuit cui ciuitas lepti pater geta maiores equites romani mater fuluia ĩ p̄ma pueritia cũ lr̃is grecis ⁊ latinis imbueẗ q̃bꝰ eruditissimꝰ inter pueros ludẽs vt iudex sedit circũstãte pueroꝝ ordine ac iudicaret: deinde studioꝝ cã romã venit: deinde fisci ꝓcurator: mox tribunꝰ militaris p̄ gradus alios vsq̃ ad imꝑium ꝑuenit: parcꝰ admodũ: natura seuus: multis bellis lacessitꝰ: fortissime quidẽ rẽpublicã ꝉȝ laboriosissime gubernauit: ꝑhie tñ admodũ studiosus fuit: foris parthos ⁊ adiabenos supat. Arabes aũt interiores ita deuicit: vt regionẽ eoꝝ ꝓuinciã romanã faceret. Hãc obrẽ triũphãs vt in eiꝰ arcu sub capitolio posito adhuc appet parthicꝰ arabicus adiabenicꝰ cognoĩaẗ. Edificijs p̃terea publicis vrbem exornauit. nã ⁊ thermas seuerianas ⁊ septizoniũ extruxit. Cibi fuit parcissimꝰ: exiguis vestibꝰ vsus: leguminis patrij auidus: vini aliq̃ñ cupidus: carnis frequẽter ignarꝰ: ipse decorus: ipse ingẽs ꝓmissa barba: cano capite ⁊ crispo: vultu reuerẽdus: canorus voce. ꝑ affrũ quiddã vsq̃ ad senectutẽ sonans. Cõtinuo tandẽ varijs ⁊ ꝑiculis distrahiẗ. hinc a pescennio nigro q̇ magnos in syria motus cõcitauerat: hinc a clodio albino quẽ tñ in gallia nõ incruẽto p̄lio supauit. Inde in brittãniã ꝓfectꝰ deficiẽtibꝰ vere socijs oĩbꝰ varijs casibꝰ afflictatus: apud eburacũ gallie moriẗ anno impij sui. xvij. duobꝰ filijs relict̄ bassiano ⁊ geta. olei tm̃ reliq̇t vt p̄ q̇nquẽniũ nõ solũ vsibꝰ sed ⁊ totius italie q̃ oleo egeret sufficeret. vltima verba eius dicũt hec fuisse turbatã rẽpublicã vbiq̃ accepi: pacatã etiã britãnis relinq̃ senex ⁊ pedibꝰ eger: firmũ imperiũ antoninis meis reliquẽs si boni erũt: imbecillũ si mali.

Lucius antoninus Comodus



Helius pertinax



Didius Julianus



Seuerus



S. Lucius rex — Emerita soror eius



Lucius anglorū rex: coilli regis fusti filiꝰ apd anglos seu brittanos regnū accipiens a dño vocat; eplam eleutherio pōtifici maxio misit. qua rogabat vt se ac suos in xpianorū numerū recipet. quare fugaciū ⁊ damianū viros optimos eo misit. qui regē ipsū ac pplm baptizarēt. Erant tum in brittānia pontifices qnqz ⁊ viginti: quos flāmines vocabāt. Inter hos aūt tres archiflamines habebant: quorū i loco tres archiepi ꝯstituti sunt. prothoflaminū vo loco pmitiua ecclia patriarchas instituit. Verū luciꝰ baptismo suscepto: mox imobilia cūcta pridez gentiliū templis collocata xpi ecclesijs ampliata cōtulit. Relicta patria regnoqz galliā ingressus: deinde rhetiā petijt p augustā ciuitatē ad curiensem vrbem proficiscebat. hos populos dño subiugauit virtute ac miraculis clarus ibi in pace quieuit. Emerita aūt soror eius in castello finitimo trimus appellato igne martyrio coronā eternā meruit. Eius festiuitas tercio nonas decembris celebris habet. Totāqz bauariā ⁊ rhetiā inter alpes xpo acquisiuit.

Trogus pompeius



Dionysius corinthiorū episcopus



Trogū pompeiū hispanū historicū floruisse cōstat: eo q totiꝰ orbis historiā a belo Nini regis assyriorū patre vsqz ad monarchiā cesaris latino ꝯscripsit sermone. ⁊ in qtuor ⁊ quadraginta eā distinxit libros. quorū epithoma id est abbreuiationē iustinus historicus fecit.

Dionysiū chorinthiorū epm sotheris tpibꝰ fuisse eusebiꝰ scribit qui tāte eloquētie ⁊ industrie fuit. vt nō solū sue ciuitatis ⁊ puincie populos. verū etiā aliarū vrbiū ac puinciarū epos suis eplis erudiret. Instructus eñ pauli apli doctrina facilime potuit sanctitate ⁊ eruditione alios in officio ꝯtinere. suisqz erudiuit eplis ex qbꝰ vnā ad lacedemonios aliā ad athenienses: terciā ad nicomedienses: quartā vo ad cretenses ac qntā ad ecclias pōticas: ⁊ sextā ad romanos ꝯscripsit vtilē. Fuere ⁊ alij cōplurimi viri doctissimi h tpe.

Theodocion

Clemens presbyter



Theodocion genere asianus patria ephesinꝰ vir doctissimꝰ ac lrarū sciētissimꝰ: terciꝰ diuinarū scripturarū interpres cū superioribꝰ floruit: qui preter interpretationē ⁊ translationē etiā alia multa de religionis xpiane laudibꝰ reliqt monumēta. hic taciani viri eruditissimi pdicti anqz i heresim incideret discipulꝰ fuit. Maxime vo appellem hereticū scriptis suis pcomode irridet. qd deū quē coleret ignorare se diceret. Affirmabat eñ xpm nō deū in veritate: sed hoīem in fantasia apparuisse.

Appolonius

Tertullianus



Clementē pbrū alexādrinū virū egregiū ⁊ eruditissimū cū his floruisse diuꝰ hieronymꝰ scribit qui multa cōscripsit e quibꝰ illa sunt stromatū idest varietatū libri octo. Hypotiposeon id est informationū libri totidē. cōtra gētes vnꝰ. huiꝰ aūt discipulū origenē fuisse constat. extant ⁊ eius eple.

Appolloniꝰ senator romanꝰ vir eruditissimꝰ cum pōtificatu eleutherij pax ecclie data fuit: solꝰ appoloniꝰ orator insignis martyriū tuz passus est: habita priꝰ orōne de laudibꝰ xpiane fidei: qd illis tpibꝰ capitale habebat. insigne etiā volumē cōmodo obtulit qd quidē pcōcūde i senatu legē fecit. postea a suo pditus q xpianꝰ eēt. 14. kal. maij p xpi cōfessione capite truncatꝰ est. Mortuo appolonio multe hereses inualuere. Marcionis qppe secta varie diuisa est. Alij eñ vnū principiū fatebant: alij duo. alij tria: fidē pphetis abrogabāt.

Tertullianū affricanū patria carthaginensem centurionis cuiusdā pcōsularis filiū: virū ingenio ⁊ doctrina clarissimū. his tpibꝰ floruisse diuꝰ hieronimꝰ tradidit. Is ad mediā etatē clericorū notatissimꝰ romane vrbis inuidia adeo ꝯtumelijs ⁊ iniurijs clicorū attritꝰ fuit. vt ad motani heretici doctrinā labi copulsus sit. Quāobrem ⁊ multa volumia ꝯ orthodoxā ⁊ catholicā fidē cōponere cepit. Vixit vsqz ad decrepitā etatē. vidi ego inquit hieronymꝰ paulū quendā cōcordie qd oppidū italie est: qui se beati cipriani notariū: cū ipse admodū adolescēs esset rome vidisse diceret; referretqz ciprianū nūqz absqz tertulliani lectione vnam diem preterijsse.

PErsecutio xp̄ianoꝝ q̄nta his annis ira ac iussu Seueri imꝑatoris iniciū sūpsit: cū q̄ntus a nerone ꝑsecutionē ī xp̄ianos mouet. ꝯtinuo tñ varijs ꝑiculis ⁊ bellis distrahit᷑: diuinaq̨ꝫ vltio in romanos non defuit. q̄ꝛ mox ciuilia bella mirūimodū eos attriuere. In qua q̄dē ꝑsecutione hi precipue passi inueniunt᷑.

Hyreneus eps



HYreneus Lugdunēsis episcopꝰ: vir doctissimꝰ iam grandeuus apud eandē vrbē ꝓ christi noīe martyr efficit᷑. floꝛuerat eñ q̨ꝫ maxime sub cōmodo principe: ⁊ policarpi martyrꝭ (vt diuus scribit hieronymꝰ) discipulus fuit. a quo cum eruditissimꝰ euasisset. q̄nq̨ꝫ libros aduersus hereseos scripsit. ⁊ cōtra gētes aliud breue volumen: ⁊ de disciplina aliud: ⁊ alia plura. Demū vo seuiente hac ꝑsecutione a seuero positus in duos colles: cū ī vno crucē: ī alio ydolū posuisset vt mortē ꝑ crucē vel vitā ꝑ ydolū eligeret: cū populo tñ ad crucem veniēs: oēs martyrio coronati sunt. 4. kal. Julij.

Leonides pater oꝛigenis

LEonidē etiā alexandrinū magni oꝛigenis patrem virū quidez optimū sub hac ꝑsecutione passuz fuisse Eusebius cesariensis scribit. Cuiꝰ quidē martyrium oꝛigenes decimo seueri ꝑtinacis anno paruulus subseq̄ decreuerat: nisi diuina dispensatione ad multoꝝ vtilitatem reseruatus ꝑ maternā solitudinē impeditus fuisset. Nam mater eiꝰ cū in crastinū in publicū ꝓdire: ⁊ christū cōfiteri decreuisset: nocte latenter vestimenta ipsius surripuit. ⁊ sic puerū a tyrannoꝝ cede reseruauit. Ipse aūt adolescens patrē ad martyriū adhoꝛtatus est cū sex fratribus ⁊ matre vidua pauꝑ relinquit: redactis in fiscuz paternis bonis: q̄ꝺ christū verū deū ꝓfiterent᷑: vnde grāmatica sibi ac suis victū quesiuit. Leonides aūt apud alexandriā vrbe martyrij palmā constantissime in kalendis Marcij adeptus est.

Eugenia virgo



EUgenia filia prefecti philippi illustrissimi romani: qui missus fuit a cōmodo imꝑatore in egyptū: virgo pulchra liberalibꝰ artibꝰ erudita. cuz ꝓtho ⁊ iacintho eunuchis relictis parētibꝰ ꝑ helenū episcopū baptisata deinde virili habitu ī monasterio degebat: ꝑ melanciā feminā de oppressione accusata: ⁊ ad prefectū adducta parat eculeis ⁊ flāmis: cū tunicā qua induta erat scidisset femīa apparuit ostēdēs se filiā eiꝰ. factū est gaudiū populi cū timoꝛe. Melancia eñ cū tota domo diuino igne cōsūpta est. Genitoꝛes baptizant᷑ cū tota familia. Postea cū matre ⁊ fratribꝰ: prothó ⁊ iacintho romā reuersi sunt plures exemplo virtutū ad fidē ꝓuocarūt: precipue basillā ad castitatē ꝑpetuā animauit: quāobrez cū diane sacrificare nollet cū saxo alligata in tyberim ꝓijcit᷑. saxo rupto illesa ꝑmansit. Tandē post varia toꝛmēta die natalis dn̄i missus est spiculatoꝛ qui eā in carcere ꝑcussit. cuiꝰ coꝛpus nō longe ab vrbe in ꝓprio predio sepultū est.

Perpetua ⁊ Felicitas

PErpetua q̨ꝫ ⁊ felicitas matrone q̄dē sanctissime. ⁊ ipse ī mauritania tiburbitanoꝝ ciuitate cū reuocato saturnino ⁊ secūdolo nonis marcij passe sunt. Nā cū secūdolus ī carcē q̄euisset ipse sctissime mulieres cuz reliq̄s bestijs tradite ⁊ dilacerate martyriū ꝯsūmaut᷑.

Narcissus patriarcha



NArcissus ir̄l'moꝝ p̄triarcha fuit circa tp̄a victoris pape ⁊ seueri imꝑatoris: cū lumīaribꝰ in die solēni oleū deesset: aquā infūdi lumīaribꝰ p̄cepit ⁊ nō aque in pinguedinē versa splēdoꝛē luminū reddidit clarioꝛē a testibꝰ falsis accusatꝰ q̄ diuina pena molestati desertū locū petijt. Tandē cū ī senio preesse nō posset. alexander capadotie eps cū desiderio locoꝝ sacroꝝ ir̄l'mā ꝑrexisset: audita est vox. Suscipite epm̄ qui vobis adeo destinatꝰ est: admittēte narcisso hierosolimitane eccl'ie gubernaculū suscepit: deinde martyrio coronatꝰ est sub decio ardente persecutione

Julius ⁊ eusebius martyres



Eusebius potēcianꝰ



EUsebiꝰ potentianꝰ vincentiꝰ ac ꝑegrinꝰ viri nobilissimi romani añ hec tp̄a sb̄ cōmodo augusto ꝓ fide xp̄i necant᷑. hi p̄mo in eculeo positi ⁊ neruis acerrime distēti: deinde fustibꝰ crudelissime cesi. Sed cū in dei laude adhuc ꝑmanerēt fidelissimi vsq̨ꝫ ad emissionē sp̄ūs mactati fuerūt. 8. kal. octobris.

IUlius senatoꝛ ad hoꝛū doctrinā cōpunctꝰ credidit ī xp̄m cū domo sua ⁊ baptismū ꝑ ruffinū p̄sbyterū suscepit audiēs cesar iussit tādiu fustibꝰ cedi q̄usq̨ꝫ sp̄m exalaret. Eusebiꝰ deinde coꝛpꝰ rapiēs sepeliuit. io vitelliꝰ iudex p̄cepit ei linguā abscīdi q̄ abscisa laudes cecinit iō antoniꝰ credidit q̄ ī via aurelia decollatus est. eusebius deinde tādiu plūbatis cesus quieuit in dn̄o.

Linea sũmoꝝ pontificum

Urbanus



Anno mundi. 5423. Anno christi. 224.

Urbanꝰ primꝰ papa: natione romanꝰ: pr̃e ponciano. M. aurelio antonio imperatore fuit. anno xp̃i. ccxxiiij. ab vrbe vo cõdita nongentesimo ⁊ .lxx. Uir siquidē doctrina ⁊ sctĩtate vite eminētissimꝰ multos sua doctrina singulari ad fidē traduxit. inter hos aũt valerianū virū p̃stantissimū beate cecilie spõsum: ⁊ tiburciū eiꝰ frēm q̃ postea martyriū ꝯstãti aĩo tulere. hic multa cõstituit mãdauitqꝫ ne q̃s decetero in epm̃ eligeret nisi priꝰ aut sacerdos aut diaconus cõsecratꝰ fuisset. Eiusdē q̃ꝫ institutū fuit: vt ecclia p̃dia ac fundos a fidelibꝰ oblatos reciperet: paritereqꝫ ꝓuentꝰ clericis oĩbꝰ viritim: nihilqꝫ cuiuspiã p̃uatū eēt sed in cõe bonū qd̃ hodie aboleuit: tãta est hoĩm rapacitas ⁊ libido. at vbi ex ordinatiõibꝰ q̃nquies mēse decēbri habitꝭ p̃sb̃ros nouē: diaconos q̃nqꝫ: epos nouē creasset. ipse nono kal̃. iunij martyrio coronatꝰ est. ⁊ sepultꝰ in cimiterio p̃textati via tiburtina. sedit annos quatuor: mēses decē: dies. xij. Sedes aũt dies. xxx. tum vacat.

Pontianus



Pontianꝰ papa natione romanꝰ patre calphurnio: tp̃ibꝰ alexandri imperatoris fuit. anno ab vrbe cõdita. dcccclxxiiij. anno vo xp̃i. cc. ⁊. xlviij. Uir q̃dē optimꝰ atqꝫ sctĩssimꝰ. instigantibꝰ sacrificulis idoloꝝ mãdato p̃cipis ab vrbe roma in sardiniã insulã cū philippo p̃sb̃ro deportat̃ vbi m̃ltas calamitates ⁊ grauia tormēta ꝓ fide xp̃i in sardinia passus tandē morit̃. Cuiꝰ corpꝰ postea a fabiano põtifice romã cũ magna veneratione ac totiꝰ cleri supplicationibꝰ reportatū est: ac sepultū in via appia in calixti cimiterio. vixit aũt ĩ põtificatu annis nouē: mēsibꝰ q̃nqꝫ: diebꝰ duobꝰ. vacat tūc sedes martyrio eius dies decē.

Nota q̃ in q̃busdã historijs habet̃ q̃ cyriacus successit põciano imediate ⁊ papatū dimisit vt cū virginibꝰ martyrio coronaret̃: s̃ rõ tp̃is hoc nõ p̃mittit: vt pꝫ in legēda vndecim miliū v̄ginū: hũc tñ anno vno ⁊ tribꝰ mēsibus sedisse scribũt. In cathalogo tñ põtificū positꝰ nõ est cū ꝯ volũtatē patrū papatui cessit.

Antherus



Anno mundi. 5433. Anno christi. 234.

Antherus papa natiõe grecꝰ pr̃e romulo põtifex creat̃. vir optimꝰ. statuit vt res geste martyrū diligēter exq̃site a notarijs scriberent̃. Cõscriptas recõdi in erario eccl̃ie mãdauit: ne vna cū vita bene agentiū mēoria aboleret̃. Censuit itē epm̃ omisso p̃mo ep̃atu ad aliū necessitatis cã ⁊ vtilitatis: non suiipsiꝰ sed creditarū ouiū posse trãsferri. Interposita sũmi põtificis auctoritate: qd̃ hodie a plerisqꝫ ꝯ fit ad vtilitatē ꝓpriã respiciētes imo voluptatē vt habeant vnde expilēt ad vberiorē semp̃ respiciũt. nõ quot oues ⁊ q̃ rõne pascende sint q̃rentes: qd̃ est officiū boni pastoris: s̃ sciscitãtes quãtū singulis ãnis inde excerpi possit. de cura aĩarū p̃ua fit mētio. de augēdis ꝓuētibꝰ magna quo multa iumēta ⁊ plures seruos ⁊ eos q̃dē ignauos ⁊ stolidos domi alãt. Antherus vo cū vno tñmõ ep̃o creato: martirū subiēs ĩ cimiterio calixti via appia sepelit̃. iij. nõs ianuarij. sedit ãnis. xj. mēse vno: diebꝰ xij. vacat tū sedes dies. xiij

Tiburciꝰ ⁊ valerianꝰ



Tiburcius ⁊ valerianꝰ ciues romani p̃clarissimi frēs quos eo tp̃e auxilio cecilie vrbanꝰ papa ad fidē traduxit latitãs inter sepulchra martyꝝ: post hec almachiꝰ p̃fectꝰ vrbis audiēs eos xp̃ianos ⁊ elemosynas distribuētes cõprehendēs: post longã cõcertationē ꝓ xp̃o martyriū cõstanti aĩo passi sunt: quos p̃mo fustibꝰ cedi durissime fecit: ⁊ tandē gladio interfici p̃cepit. Maximꝰ vir illustris q̃ eos in carcē detinuit xp̃ianꝰ effectꝰ tã diu plũbatꝭ cesus est donec sp̃m exalaret. Cuiꝰ corpꝰ cecilia cū valeriano ⁊ tiburcio iussit sepeliri. 18. kalendas Maij.

Cecilia virgo



Cecilia v̄go romana corporeo decore moribus ac sctĩtate ⁊ laudabili castitate splēdida: quã parētes eiꝰ vnicã habuerũt cū regijs diuicijs. valeriano iã dicto nobilissimo patricio iuueni m̃rimonio copularũt. quem cū vna cū fratre tiburcio ad credendū in xp̃m p̃docuisset eos in tolerãda passione sua suauissima doctrina ⁊ admonitione induxit ad ꝯstãtiã. Quã cõditionē etiã virgo ipsa subijt ĩ domo paterna. iã antea suo rogatu ab vrbano deo dedicata. Cū post mortē amboꝝ almachius amboꝝ facultates inq̃rere cepit. Ceciliã vt cõiugē astare iussit: mandãs vt ydolis sacrificaret. Sed cū ad hoc a parētibꝰ vrget̃: dato p̃claro r̃nso q̃ nollet: cū se ꝓfiteret̃ esse xp̃ianã. Iussit eã almachiꝰ ĩ domo sua bulienti aq̃ diu noctuqꝫ cõcremari vbi illesa mãsit: q̃ audito iussit eã ĩ balneo decolari: quã spiculator tribꝰ ictibꝰ p̃cutiēs neq̃qꝫ caput amputare potuit. Et q̃ꝛ decretū erat ne quartã p̃cussionē decollãdus reciperet: eã semiuiuente reliquit. deinde p̃ triduū oĩa sua paup̃ibꝰ distribuēs ⁊ q̃s ad fidē ꝯuerterat vrbano pape cõmēdauit. dicēs triduanas a dño postulaui inducias vt hãc domū meã eccl̃iam cõsecrares. his dictis sp̃m emisit. Cuius corpus vrbanus inter duos ep̃os sepeliuit. Passa est aũt beatissima virgo circa annos dñi. cc. xx. tp̃e Alexandri imperatoris. x. kalendas decembris.

Linea Imperatoꝝ
Bassianus antoninus
Caracalla



Bassianus predicti seueri filiꝰ cui aurelius antoninus caracalla cognomen fuit: romanoꝝ impator. seuerus em̄ cū eboraci admodū senex discessit: filios duos successores reliquit bassianū ⁊ getā: sed bassiano nomē antonini a senatu voluit imponi. Itaqꝫ dictus est. M. aureliꝰ antoninꝰ p̄riqꝫ successit. naꝫ geta hostis publicus iudicatꝰ est ac interfectꝰ. cū ad vitā eiꝰ oībus ꝓbris cōtaminatā: tum vel maxie q꞉ pāpinianū iuris ciuilis alterū asilū sua manu necauerat. At bassianꝰ sumpto a senatu antonini noīe imperij potitus est ac caracalle cognomētū accepit a genere vestis: quā ppl̄o dono dedit. Is aūt patre asperior ⁊ oī libidine intemꝑacior: nullū genꝰ facinoris ī vita pretermisit ⁊ nouercā suā ī vxorē duxit. Nihil egregiū de se reliq̄t preter thermas antonianas q̄s ipse īchoauit ⁊ alexander ꝑfecit eos preterea capitali pena affecit q̄ remedia quartanis ⁊ tercianis collo gestarēt. Dānati p̄terea ab eo sūt q̄ ad statuas minxissent. Hic postremo duꝫ bellū in parthos mouet apud edessam ⁊ coras circūuentus occidit̄. vj. impij sui āno mēse secūdo: vir egressus etatis q̄dragesimūterciū ānū alij eū a macrio ꝑfecto occisū fuisse scribūt. corpꝰ eiꝰ ātoninoꝝ sepulchro illatū ē

Opiliꝰ macrinus interfecto caracalla impiuꝫ obtinuit. q̄ ꝑfectꝰ pōt: erat. cū filio ⁊ albino facti imꝑatores nihil mēorabile ex tpis breuitate gesserūt. nā impiuꝫ eoꝝ duoꝝ mensiū ⁊ vniꝰ anni fuit. seditiōe militari deinde occisi sunt. Macrinꝰ em̄ ab heliogabolo apd̄ anthiochiā interfectus est. Diadumenꝰ aūt a p̄re antoninus dictus: ad eū pueꝝ exercitū ꝑ conatione inclinauit ꝓ impio. fuit aūt puer oīm speciosimꝰ statura lōgiuscula: crine flauo: nigris oculis: naso deducto ad oēꝫ decorē: mēto cōposito: ore ad oscula ꝑato hic vbi p̄mū indumēta coccea ⁊ purpurea ⁊ castrēsia imperij signa accepit quasi sydereꝰ emicuit vt amaret̄ ab oībꝰ

Diadumenus

Clodius q̄ꝫ albinus ī gallia impator dictus de nobili familia. hi aūt cū parū imparūt tuꝫ vl̄ maxie q꞉ nihil mēoria dignū gessere: quidā noīa eoꝝ p̄termittūt. Solus tm̄ albinus ob edacitatē nomē aliq̄d apud pastores ꝯsecutus est: vt ait cornelius. q̄ centū persica cāpana. decē melones hostienses q̄ngētas ficus passarias: q̄dragīta ostrea vna cena comedebat.

Macrinus opilius Albinus



Marcus aurelius antoninus q̄ varius etiā dictus est imperiū suscepit: hic vt putabat̄ caracalle filius ex sem iamira cōcubina formosissima: erant q̄ dicerent eū vulgo cōceptū. romā veniēs magna oīm expectatione impiuꝫ adeptus. Heliogabili nomē sumpsit a sole cuius sacerdos erat: edito templo: phenices em̄ heliogabalū solem vocant. Is matrē suā in senatum rogari iussit solusqꝫ oīm impatoꝝ fuit sub q̄ mulier loco viri senatū ingressa est: fecit ⁊ ī colle senatulū id est mulierū senatū. Sed symiamire senatus ꝯsulto sunt facta ridiculo de legibus matronalibus: q̄ quo vestitu incederet: q̄ cui cedē aut assurgere deberet ⁊c̄. Uerꝫ ⁊ preter expectationē heliogabalus vixit vt nullā de se nisi flagitioꝝ totiusqꝫ obscenitatis mēoriā reliq̄rit. Nā ⁊ ī virgines vestales incestū cōmisit: ⁊ ꝓbrosas mulieres semꝑ domi habuit: ⁊ iracūdia incitatus sabinū cōsolarē virū (ad quē vulpianꝰ scripsit) e medio tolli iussit. Dignitates aūt ⁊ honores malis ac flagiciosis cōmittebat. primus romanoꝝ mēsas ⁊ capsas argēteas habuit. admonētibus amicis: caueret ne ad inopiā redigeret̄. Rn̄dit q̄d melius q̄ꝫ vt ipse mihi heres sim ⁊ vxori mee. Oppressit ī triclinijs versatilibꝰ parasitos suos violis ⁊ floribus vt aīam aliqui efflauerint libidinū genera q̄dā inuenit: hac vero insania adeo cōtemni ceptus est vt tumultu militari exorto: ipse cū matre necaret̄. Aiūt cū ei a sacerdotibꝰ siris dictū esset vi moriturū eū parasse funē serico ⁊ cocco intortū quo vitā laqueo finiret: parauerat ⁊ gladios aureos q̄bus se occideret. Sed nihil valuerūt occisus est ꝑ scurras: ⁊ per plateas tractus sordidissime: ꝑ cloacas ductus ⁊ in tiberim submissus est q̄rto imperij sui anno. hic finis antoninoꝝ nomini in republica fuit.

M. Aurelius antoninus
Heliogabalus



Alexander



Alexander interfecto vario heliogabalo accepit imperiū. nā aureliꝰ alexāder seuerus vrbe arcena genitus: cū antea cesar a senatu esset appellatus inde augusti nomē recepit: cui māmea mater fuit xp̄iana. fuit aūt vnicū virtutis exemplar ad cōponēdā rempu. vicio superioꝝ p̄cipū labefactatā animū adiecit. adiutores ad hanc rem habuit iuliū frontinū virū doctissimū. vulpianū ⁊ paulū viros ī iure ciuili prestātissimos: ꝓcul oī pompa ⁊ ambitione vixit: erat tāte prudētie vt a nemine decipi posset: pecunias ⁊ adulationes ꝯtepsit: gemas reiecit: statuas sūmoꝝ viroꝝ vndiqꝫ cōquisitas in foro trāsitorio locauit. thermas q̄ hodie antoninc vocant̄ ꝑfecit ⁊ ornauit. tēplū xp̄o edificare voluit eūqꝫ inter deos recipe habuit p̄terea xp̄m ipsuꝫ ⁊ abrahā ī lario suo. Alexāder igit̄ tot virtutibꝰ insignis iuuenis admodū impator creatꝰ bellū statiꝫ ꝯ persas suscepit: ac xersem eoꝝ regē ꝯstātissime vicit: Discipline v̄o militaris adeo seuerꝰ emēdator fuit: vt q̄sdā etiā integras legiones exauctorauerit: q̄ seueritate factū est vt militari tumultu apud magūciā in gallia occideret̄. tercio decimo imperij anno instigatione maximi. Is princeps alexāder inclamabat sepius q̄ a quibusdā xp̄ianis audiuerat ⁊ tenebat: Idqꝫ ꝑ preconē significauit cū aliquā emendaret. q̄d tibi fieri non vis alteri ne feceris. quā sn̄iam adeo dilexit vt in plateis ⁊ in publicis opibus perscribi iuberet.

Origenes



ORigenes alexandrinus vere martyris filiꝰ: ⁊ eccl'ie alexandrine presbyter phoꝝ ac theologoꝝ oīm sui tpis princeps his tpibus alexandrie floruit. hic cū ab ipsis cunabulis xpianissimꝰ esset: ⁊ eminētissimi īgenij adolescēs euasisset. qui decimo seueri ꝑtinacis anno (ꝑsecutione ī xpianos mota) leonida pr̄e interempto quē adolescēs ad martyriū adhortatus est: post patris obitū xpi fideles a tyrannis ꝑ tormēta oppressos ꝓ posse fouit ⁊ ad mortē perductos intrepide animauit. Totus deinde ad religionem cōuersus predicandi officium habuit. Tanti aūt ingenij fuit vt nulla eū lingua: nulla litteratura latuerit. Mira vtebať continētia in cibo ⁊ potu abstinentia in rebꝰ alienis. Nā ⁊ pauꝑtatē xpi imitatus est: ⁊ multis annis nudis ambulauit pedibus. Huiꝰ virtutem plerię imitati martyriū ꝓ fide xpi equo aīo passi sunt. Indeę hebianitarū heresim impugnauit: qui ⁊ xp̄m ex ioseph ⁊ maria natū purum hoīem dicebāt: ⁊ legē iudaico ritu seruandam predicabāt: hoc idē ⁊ symachus sentiebat. Super lectū preterea plumis stratū nūę dormiuit ⁊ a carnibꝰ se oīno abstinuit. Et in tm̄ castitatis amator fuit vt zelo fidei: licet nō ħm sciaȝ se castrauerit. Secutꝰ illō qđ in euāgelio dicit ⁊ si puerile habeť: qꝛ sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt ꝓpter regnū dei. Ob eius doctrinā ⁊ eloquentiā ⁊ artam vitā a māmea alexandri imperatoris mater de antiochia accersitus apud eam in ꝑcio habitus: mulierē xpianā fide edoctā relinquēs: in quē alexander filiꝰ vnice pius fuit. Tanti aūt ingenij fuit origines ⁊ doctrine vt septē notarij sibi inuicē succedētes homini vix sufficerēt. Librarios habuit totidem ⁊ puellas apprime eruditas quos oēs ingenij copiā ⁊ vbertatē effundendo defatigabat: hūc quidē ⁊ si hostē sibi porphirius desumpserit xpiani noīs acerrimꝰ persecutor. Ita tm̄ interdū laudat vt nūc doctissimū phm principē vocet. Et dicat eū oīa platonis secreta consecutū. Scripsisse origenē ad sex milia volumina libroꝝ hieronymꝰ ipse refert. Errauit tm̄ (vt augustīo ⁊ hieronymo placet) in plerisę: maxie vo ī libro de principatu quē periarchon appellauit inde origeniana heresis ꝓcessit: qui dicūt xp̄m qñę ex maxima misericordia nō solū hoīes ħ ⁊ apostatas angelos fore redēpturū. Iuxta psalmistā nō in ꝑpetuū irasceť deꝰ neę ineternū cōminabiť. Verū ipse origenes vt quidā aiunt in scripto ad fabianū papā pn̄iam de male ꝓlatis agere videť. Causam sui erroris refundūt certi in ambrosiū suū emulū quendā qui nō emendata in publicū ꝓtulit. Ideo a nōnullis vt ab eusebio ⁊ ruffino ⁊ alijs ꝯmaīe laudať. Eccl'ia ꝗꝫ nōnulla eiꝰ scripta recipit. Deniꝗ anno salutis nr̄e. 2 3 6. Et etat̄ sue sexagesimo primo deficiēs apud tyrū sepeliť.

Ulpianus



Paulus pataiius.

VLpianꝰ iuriscōsultus vir ꝑstātissimꝰ alexādrię predicti assessor: hisdē tēporibꝰ teste eusebio ꝓpter eximiā eiꝰ sciam atę doctrinā apud eundē impatorē maxio ī precio habitus est. Et ꝑ ceteris dctoribꝰ vocabula ⁊ leges antiquas explanauit. Atę alia multa monimēta scripto post se reliquit.

PAulus pataiinꝰ sil'r in phia ⁊ iure ciuili celebratissimꝰ ꝑ hec tpa floruit ⁊ ad cōponendā rempublicā romam superiorū impatoꝝ vicio ⁊ sordibꝰ labefactatā alexādro predicto imperatori plurimū auxilio fuit: ⁊ nōnulla ea in facultate cōposuit q̄ adhuc extare videnť: quē nōnulli alio tempore fuisse scribūt tanta est diuersitas tempoꝝ.

Julius frontinus



Tripho

IUliū quoę frōtinū phm ⁊ in omni doctrina scientissimū cū superioribus floruisse ⁊ alexandro auxilio fuisse cōstat. Nā ⁊ ipe multa cōposuit ⁊ alexandro ipsi ad res cōponēdas adiumēto fuit.

TRiphonē origenis auditorē his tpibꝰ fuisse constat ad quē nōnulle extāt ep'le: q̄ librū ꝑcipue cōposuit de vacca ruffa ī deutronomio: ⁊ coeq̄libꝰ etate āalibꝰ q̄ offerebanť ī lege ⁊ de diuisiōibꝰ q̄ cū colūba ⁊ turture ab abraham poniť ī genesi vir em̄ eruditissimus fuit.

Minutius felix



Ambrosius

MInutius item felix insignis tuȝ rome causidicus dialogū scripsit: quo christianū ⁊ ethnicū disputantes inducit: qui octauius inscribiť. Scripsit ⁊ de fato ⁊ contra mathematicos quāę stilus superiori nō cōueniat cuius etiā Lactancius meminit.

AMbrosius grecꝰ diaconus ꝑ hoc tēpus cōfessionis gloriā plurimū insignis fuit: hic primo martionites existens ab origene correptus dñice glorie insignis fuit: huiꝰ industria ⁊ sumptu etiā ad huuc infinita origene s dictauit volumina. Sed ⁊ ipse vir nobilis ⁊ nō inelegantis ingenij obijt parū añ mortes origenis. Reprehēsus a plerisę ꝙ vir locuples amici sui senis ⁊ pauperis moriēs nō recordatus sit

Agapitus



AGapitus illustris adolescētulus ꝑ hoc tempꝰ apud prenestinā sabinoꝝ vrbē quidenis iussu alexādri imꝑatoris martyrio coronat̄. Ipse ei cū q̄n decim eēt annoꝝ ⁊ amore xp̄i martyrio flagraret: ab imꝑatore cōprehen/dit̄. ⁊ primo neruis crudis cedit̄: dein de vrbis presidi vt sacrificare cōpelleretur tradit̄ q̄ eū durissimo ⁊ squalido carceri statī̄ reclusit vbi ꝑ q̄tuor dies eidē cibū oēm negauit: inde eidē presidi exibitꝰ prunas ardētes eidē sup caput eiꝰ apponi iussit. ⁊ cū g̃ras deo ageret flagellis iterū cedit̄ ⁊ nudus capite deorsū verso su-spēdit̄: ⁊ bulienti aq̄ corpꝰ eiꝰ ꝑfundit̄. ⁊ adhuc martyris xp̄i maxillas fregissent preses ex tribunali corruēs tristē emisit aīam. Quo audito imꝑator eū leonibus obiĳci precepit. Sed fere māsuete facte pedibꝰ martyris se inclinauerūt. vidētes sceleris mīstri tulerūt sanctū martyrē ⁊ inter duas colūnas gladio ꝑcusserunt sub die. xv. kal̄. septēbris. Corpꝰ v̄o eius a xp̄ianis nocte sublatū: ibidē miliario ab vrbe primo positum est in sarchophago nouo nutu diuino inuēto.

Martina virgo



MArtina romana virgo ⁊ q̄dē sc̄tissima ꝑ hoc tēpꝰ cū eximie christiane veritatis virtutisq̄ȝ esset mulier ab alexandro principe cōprehensa cū xp̄m negare oīno recusaret diuersis tormētoꝝ generibꝰ cruciat̄ cū eñ pulcherrima erat ī eiꝰ amore exarsit. exhortat̄ q̄ȝ ad culturā ydoloꝝ vt eā sociā imꝑĳ haberet. Apollo aūt in eiꝰ aduentu cōminutꝰ est: deo eñ se vouit mēte ⁊ corpe castā. Iussa deinde cedi ⁊ ī carcere posita in q̊ ī menso lūie ꝑfusa ī manu hñs tabulā scriptā. quā magnificata sunt opa tua dñe oīa ī sapīa fecisti. iussit postea eā extendi ⁊ mēbra eiꝰ spatis incidi: in oībꝰ deum glorificās. īmissus leo ad eā in cunctis illesa cū ī fide īmobilis ꝑmaneret gladio tandē cesa martyrĳ palmā primo die Januarĳ ꝓmeruit.

Quirinus martyr



QUiricꝰ preterea romanꝰ patricꝰ ⁊ ipse vna cum Iulita matre hac tēpestate apō romanā ciuitatē alĳs īnūerabilibꝰ secū iūctis martyriū ydibꝰ Julĳ cōpleuerūt: lȝ historia coꝝ inter apocriphos reperiat̄.

Berillus eps



BErillus arabs bostrenꝰ eps vir doctissimꝰ cū aliquāto tpe gloriose rexisset eccl̄iam ad extremū lapsus ī heresim q̄ xp̄m ante incarnationē fuisse negat origenis tñ ope ad veritatē reductꝰ varia postmodū scripsit opuscula: maxīe v̄o ep̄l̄as aliq̄t: q̄bꝰ origeni ꝓ sana doctrina g̃as agit. Extat ⁊ dialogus origenis ⁊ berilli in quo berillū hereseos arguit.

Porphirius phs



POrphiriꝰ atheniēsis ph̄s ⁊ quidē excellētissimꝰ ꝑ hec tp̄a maxīo ī precio fuit. q̄ ⁊ si origenis presbyteri precipuꝰ amator ⁊ laudator fuisset: christiani tñ noīs acerrimꝰ ꝑsecutor fuit: ⁊ ꝓpterea multas obtrectationes ⁊ blactrationes ꝯ orthodoxā fidē īgessit q̄s diuꝰ augustinꝰ refellit: lȝ trinitatē ꝑfectā ponat: hic q̄ȝ inter cetera ysagogas. i. ītroductiōes ad arestotel̄ cathegorias. i. ꝑdicamēta adiecit ⁊ ꝯscṕsit alia m̄lta.

Hipolitus eps



HIpolitꝰ cuiusdā eccl̄ie ep̄s: q̄ rōnē pasce ⁊ tpoꝝ canones scripsit vsq̄ȝ ad primū annū alexandri imꝑatoris. xvj. annoꝝ circulū reperit ⁊ eusebio q̄ sup eodē pasca. xix. annoꝝ circulū cōposuit occasionē de/dit clarꝰ habet̄. Scripsit etiā nōnullos in scripturas cōmentarios precipue exameron ⁊ in ꝓphet̄.

Julius aphricanꝰ



IUlium q̄ȝ affricanū inter scriptores sui tp̄is nobilissimū his tp̄ibus fuisse ⁊ floruisse (diuꝰ hieronymus refert) Cuius quinq̄ȝ de temporibus extant volumina: ⁊ de trinitate pergrāde volumen perscripsit. ⁊ ad magnū origenē ep̄l̄am in qua ostendit susanne fabulā apud hebreos nō haberi contra quē doctā ep̄l̄ā scripsit origenes. hic cū l̄rarū cultor ⁊ amator existeret ⁊ multis diuicĳs floreret apud cesareā palestine vrbem bibliothecā insignem suo noī cōdidit. ⁊ cū honorabilis plurimū haberet̄ sub. M. aurelio antonino cesare legationē ꝓ restauratione castelli emaus suscepit q̄ꝺ postea reedificās Nichopolim appellauit.

Fabianus papa natione roman⁹ ex patre fabio post antherũ põtificẽ duz in via de futuro pontifice deligẽdo colloquereẗ: cõfestim diuinit⁹ quedã colũba super caput eius astitit τ sic diuinit⁹ electus: statim ꝑ septẽ diaconos regiones diuisit: qui a notarijs martyrũ res gestas colligerẽt: ad ceteroꝝ exemplũ: qui xp̄i fidẽ ꝓfitebanẗ. Idẽ q̃ȝ cimiteriũ ꝓ dignitate martyrũ edificauit. Statuit preterea vt singulis q̇buscꝫ annis ĩ cena dñi crisma renouareẗ: ac vetus ĩ eccl'ia cõbureretẗ. hui⁹ tpe exorta est nouaciana heresis: tandẽ martyrio coronaẗ vbi ex q̇ncꝫ ordinationib⁹ mense decẽbri habitis. presbros duos τ. xx. diaconos septẽ. ep̄os vndecim creasset. Sepultus est aũt ĩ cimiterio calixti via appia. xiiij. kal. februarij. quo die natalicin eius: vna cũ diuo sebastiano celebraẗ. Uacat aũt dies sex. Ad hũc magn⁹ ille origenes (m'ltis sublat| heresib⁹) de ordine fidei seruãdo multa ꝯscripsit. sedit annis. xiiij. men. xj. dies. xj.

Conciliũ rome. 60. episcopꝝ



Scisma primũ cuȝ nouati⁹ vrbis rome presbyter his tpib⁹ eccl'iaȝ dei scindere τ ꝑturbare curauit. isq꜡ ob cupiditatẽ ep̄at⁹ oĩa diuina atq꜡ hũana miscebat: τ ne põtificat⁹ ĩ manus cornelij q̇ fabiano successit deueniret. ab ecclesia ei sepat⁹: semet ac suos id est mũdos appellabat. Negabat apostatas etiam penitẽtes recipiẽdos eẽ. Hãc ob reȝ cociliũ sexaginta ep̄oꝝ: totidẽ p̄sbiteroꝝ cũ diaconis pluribus habitũ est. quo nouacij opinio vt falsa imꝓbaẗ. qđ saluatoris exemplo nemini penitẽti denegãda sit venia. τ sic primũ romane eccl'ie scisma finitũ fuit. Alie etiã hereses hui⁹ tpib⁹ pullulare cepere. Origenes eñ heresim quorũdã sustulit: affirmantiũ aĩos hoĩm vna cũ corporib⁹ interire. Rursũq꜡ ĩ anastasi (quã nr̄i resurrectionẽ vocãt) vna cũ corporib⁹ suscitari. Sustulit τ heresim helchesatarũ qui paulũ apl'm oĩno respuũt quiq꜡ asserunt negãtem in tormẽtis christũ nihil criminis habiturũ: modo integri τ recti sit cordis.

Corneli⁹ papa natione roman⁹ patre castino: vir certe eruditissim⁹ q̇ multas scripsit ep'las. vnã ad fabiũ anthiocenũ ep̄m de synodo romano τ italica atq꜡ aphricana. aliã de nouatiano heretico. terciã de synodi gestis. At vo sub episcopatu eius qui apostatas recipiendos censebat penitentes presertim nouatus nouacianũ extra ecclesiã ordinauit τ ĩ aphrica nicostratũ. quãobrem ꝯfessores qui a cornelio secesserãt: cũ maxio presbytero ac moyse sentiẽtes ad ecclesiã reuersi veri confessoris nomen adepti sunt. verũ postea instantibus hereticis cornelius centũcellas in exiliũ mittiẗ. ad quẽ cyprianus carthaginensis ep̄s in carcerem cõiectus l'fas mittit. quib⁹ intellexit τ amici calamitatẽ τ exilij sui cõfirmationẽ. Extant τ alie cypriani ad corneliũ ep'le plene religionis τ fidei. Priusq꜡ in exiliũ mittiẗ instãte lucina matrona sanctissima corpora petri τ pauli e cathecũbis vbi minus tuta esse videbanẗ noctu leuat. Paulũ lucina ĩ predio suo via hostiẽsi collocat vbi interfectus fuit. corneli⁹ petrũ vbi crucis martyriũ subijt. in templo apollis ad radices aurei montis. iij. kal. Julij. Cũ aũt mense decembri sacroꝝ iniciãdoꝝ ꝑtãteȝ bis fecit. Decius iratus sanctissimũ virũ plũbatis cedi atq꜡ deinceps ad templuȝ martis duci iubet: vt simulacrũ eius adoraret. At vir sanctus dum ad suppliciuȝ duciẗ: oĩa bona stephano archidiacono cõmisit. post hec tercio nõs maij obtrũcaẗ. hui⁹ corpus beata lucina cũ quibusdã clericis noctu sepeliuit in arenario predij sui. Sedit annis duob⁹ diebus tribus. Sedes. xxxv. vacat.

Dionysi⁹ alexãdrie ep̄s

Diony sius alexandrine ecclesie episcopus vir doctissim⁹ origenis magni auditor his temporibus episcopus designatus. sedit annis. 17. hic in cypriani τ affricani synodi dogma consentiens de hereticis rebaptizãdis plurimas misit ep'las: sed τ ad fabianũ papam de penitentia vnam scripsit ep'laȝ: τ ad varios alios de exilio: de mortalitate: de sabatho: de persecutione decij. atq꜡ duos libros aduersus nepotẽ ep̄m τ ad origenẽ magistrũ suũ de martyrio τ alia multa.

Linea sũmoꝝ pontificum

Fabianus



Cornelius





Linea Imperatorum

Maximinus



Gordianus pater



Philipp⁹ pater Philipp⁹ filius



Decius



Maximinus impator anno ab vrbe cōdita. dcccclxxxvij. post alexādrū ex corpore militari: posteaqꝫ bellū in germania ꝓspere gesserat sine vlla senatus auctoritate impator eelect⁹ est. hic de vico tracie vicino barbaris: barbaro etiā patre ⁊ matre genitus: quoꝝ alter e gothia: alter ex alanis genitus esse ꝑhibet. Et in prima quidē puericia fuit pastor nōnūqꝫ pr͂ocer q̄ latronib⁹ insidiaret ⁊ suos ab incursib⁹ vindicaret. militare aūt sub seuero cepit. Erat em̄ magnitudine corporis ꝯspicuus: virtute inter oēs milites clarus forma virili decorus ferus morib⁹. fuit aūt ingentis stature vir adeo vt pedes octo excederet. Pedē habuit tāte magnitudinis vt postea in ꝓuerbiū locū cesserat: cū de longis ⁊ ineptis hoīb⁹ diceret. maximini caligā requirit. Tāte vero bibacitatis erat vt vini amphorā vna cena biberet. Verū cū sextus a nerone xp̄ianos ꝑsequeret anno tercio posteaqꝫ regnare cepat: a pupieno aq̄legie quā obsidebat vna cū filio maximino interfectus est. tanta aūt fide aq̄legiēses ꝯ maximinū ꝓ senatu fuerūt vt funes de capillis mulieꝝ facerēt cū deessent neruí ad sagittas emittēdas. Ideo rome in honore matronaꝝ templū veneri calue senatus dicauit. Greci scriptores maximū ⁊ balbinū impatores ꝯ maximinū factos. maximū aūt cū exercitu missuȝ ⁊ apud rauennā bellū parasse. aq̄legiā aūt nisi victorē nō vidisse: latini scriptores nō maximū sed pupienū ꝯ maximinū pugnasse apud aq̄legiā ⁊ vicisse. forte idē pupienus q̄ est maximus.

Gordianus post maximinū tyrānuȝ imperiū adeptus cū parthos iā erūpētes ingēti clade supasset: ⁊ nobilissimus vir ꝓcōsul cuȝ filio ꝯsulari legato impator dictus erat aūt iā octogenari⁹ ⁊ plurimis ꝓuīcijs ꝑfuit quē affricanū appellauerunt. Gordiani igit duo pater ⁊ fili⁹ ambo ex ꝯsulibus magno affroꝝ ꝯsilio impatores sunt appellati Gordianus vo adolescēs augustus declarat⁹ sex annis imperiū tenuit. cuȝ maximinus ꝑter senatus auctēm impium vsurpasset ad deturbāduȝ euȝ tres declarauit impatores e q̄bus pupien⁹ ⁊ albin⁹ ī palatio interfecti. soli gordiano imperiū reseruatū fuit. Huius pricipis hec fuit precipua laus q̄ ad sexagītaduo milia libroꝝ ī bibliotecā habuisse dr̄. deniqꝫ duȝ ad triuphū rome rediret: nō lōge a romanis finibus philippi fraude occisus est. Gordiano sepulchꝝ milites apd̄ circeū castꝝ fecerunt tituluȝ hm̄oi ardētes ⁊ grecis ⁊ latinis ⁊ persic ⁊ iudaic lr̄is: diuo gordiano victori ꝑsaꝝ: victori gothoꝝ: victori sarmathaꝝ depulsori rōanoꝝ seditionū: victori germanoꝝ sed nō victori philipporum.

Gordian⁹ filius

Philippus anno ab vrbe cōdita nōgētesimo nonagesimoseptio reductis militū copijs e syria ī italiā vna cuȝ filio philippo ānos q̄nqꝫ impat. hūc aūt ꝑmū imperatorē xp̄iani habuere: q̄ q̄dē misteria adire nunqꝫ est ausus nisi ꝯfessus. post terciuȝ vo imperij sui annū millesimus ab vrbe ꝯdita annus impletus est. vn̄ ⁊ seculares ludi celebrati sunt. q̄ centesimo q̄ȝ anno repetebant. instituti a valerio publicola post exactos reges a seculo nomē ducētes: qd̄ est humane vite spaciū. Ambo deinde fraude decij ab exercitu interfecti sunt. lȝ diuersis ī locis. Nā philippus pr̄ verone: filius rome occidit. annis q̄nqꝫ imparunt. Inter diuos tn̄ relati sunt. ex q̄bus iunior philippus adeo seueri aī fuit: vt nullo cuiusqꝫ cōmēto ad ridēdum solui potuerit: patrēqꝫ secularibus ludis petulātius cachīnātē: vulto auersato notauerit. hic philippus q̄rto imperij sui anno vrbē ex suo noīe ī thratia ꝯstruxit. ⁊ cū deciū infensuȝ haberēt thezauros suos fabiano pōtifici ꝯtulerūt: ob id odiuȝ maximū decius in xp̄ianos ꝯcepit.

Decius romanoꝝ imperator q̄ e pānonia inferiori budalie natus. interfectis philippis imperiuȝ sumpsit: odio in xp̄ianos exardēs: ꝓpter philippos eiusdē secte imitatores. Belluȝ ciuile qd̄ in gallia motuȝ fuerat oppressit: filiuȝ suuȝ cesarē fecit: romelauacrū edificauit. cum biēnio postea cuȝ filio cesare imperasset. in barbarico bello opprimit e q̄bus senior gurgite paludis immersus est. Ita vt nec cadauer eius nusqꝫ repertuȝ sit. Digno certe dānatus iudicio: q̄ septimā post nerone persecutionē in xp̄ianos mouens. multos sctīssimos viros interemit. Hic inter historicos varietas orit: cuȝ eutropius scribit q̄ inter ceteros beatissimū laurentiū leuitā ⁊ martyrē igne excoxit q̄ sub sixto floruit. Ideo imperiū decij nōnulli ꝓlōgāt. Quidā hunc deciū seniorē sub quo passus fabianus ⁊ corneli⁹ ponunt. deinde deciū iuniorē cesarē. ⁊ inter istos duos gallū volusianū ⁊ alios impatores fuisse aiunt. Et postea valerianū cū galieno sub quib⁹ passi lucius stephan⁹ ⁊ sixtus sūmi pōtifices ac laurētius archidiaconus ⁊ hypolit⁹. Ideo galien⁹ binomius asserit dictus decius galienus. Veꝝ aliq̄ deciū cesarē a philippo cōstitutum cum in vita laurētij legit decius cesar ⁊ nō impator sub eo passum fuisse laurentiū. Cuȝ antiquitus aliqui cesares ⁊ aliqui augusti: postremo imperatores fuerunt.

Persecutionē sextā post neronē. maximin⁹ impator mouit in xp̄ianos quā precipue exercebat in clericos ꝛ sacerdotes. verum cum cunctos cedibus persequeret; tercio anno a pupieno aquilegie vna cū filio interfectus: persecutioni simul ꝛ vite finem imposuit.

Pontion martyr



Pontiū beatissimū martyrē philippos impatores ad fidē xp̄i ↄuertisse tradunt historici. Iste pontius fuit fili⁹ cuiusdā senatoris vrbis. cuius pater marcus: mater iulia. que pregnās templū iouis intrās in quo sacerdos sacrificans velamē ꝛ infulā scindens voce terribili ait. Hec mulier in vtero gestat: qui hoc templū funditus euertet. Ideo trista domū rediēs: vētrē molestauit vt fetus periret: peperit tñ puerū sine omni macula. quē cū niteba͡t interficere: pater ait. Sinas eū viuere: si ioui placebit de inimico vindictā sumet. deinde cū in varijs doctrinis eruditissim⁹ euasisset. Cū audisset xp̄ianos: cui sanct⁹ pontianus ꝑerat cantātes: deus noster in celo oīa quecūq3 voluit fecit. Simulachra gentiū argentū ꝛ aurū ꝛc. Relictis ydolis cū patre a pōtiano baptisma suscepit: patre deinde defuncto ꝛ pontiano: fabiano summo ap̄lico oēs facultates dedit: qui pauperibus distribuit. duob⁹ aūt philippis impatorib⁹ cum esset amicus ꝛ cum instaret millesim⁹ ab vrbe annus: eis verū ac magnū deū in celo colendū ostendēs. effecit vt a fabiano baptisma susceperūt: ꝛ templū destruxerunt. a sequētib⁹ deinde impatorib⁹ post varia tormenta cum a seuientibus vrsis ꝛ ab igne in arena illesus māsisset. demum capite ceso martyriū cōsūmauit.

Martyres que per varias persecutiones passi sunt deinceps nomina famosorum annotantur.

Leontius martyr
Flocellus puer
Felicissimus martyr
Romanus martyr
Habundius martyr
Cirilla virgo filia decij ꝛ martyr
Abacuck martyr
Andecius discipulus policarpi
Siminus martyr
Nouatus cum. xx.
Victor miles ꝛ terrena vxor e⁹
Concordius subdiaconus
Valerius martyr
Gaius martyr
Attalus martyr
Philippus prefectus alexādrie
Triphonia
Cesarius
Simphorianus
Castorius
Columba
Geminianus
Philemon
Janurius
Festus
Desiderius
Sabinus
Basilijs cum alijs septem
Adrianus
Simplicianus

Patroclus
Simphorianus
Xlviij. martyres
Leonilla
Priscus
542. martyres
Quirinus
Theodor⁹ basilides
Maurus
Victorius
Victor martyr
Nicoforus
Claudianus
Alexander
Carpoferus
Crisandus
Gedeon
Saria
Marcellianus
Marcus
Nicostrat⁹ ꝛ Zoe vxor eius
Tranquilla
Cromacius
Crescentia
Theodora
Albinus
Felicianus
Primus
Faustinus
Beatrix

Septem dormientes



Temporib⁹ decij cū post varias ꝑsecutiones ephesū deci⁹ venisset. In medio ciuitatis templū cōstruēs: oēs sub pena mortis ydolis sacrificare cōpulit. Tantusq3 penarū terror cunctos inuaserat vt fili⁹ patrē ꝛ amicus sodalem abnegarat: In ea vrbe septē nobiles primi in palatio. maximinus: marcus: martinian⁹: dionysius: seraphion: iohānes ꝛ cōstantinus ydola spernentes ieiunijs ꝛ orōnib⁹ in domo celātes vacabāt. apud decium accusati patrimoniū paupib⁹ distribuētes. Inito cōsilio in montē celion secesserunt: ꝛ vsq3 ad temp⁹ ꝑsecutionis finiēde latere decreuerūt: quib⁹ vnus admīstrabat qui furorē decij ceteris detexit: ꝛ panes allatos obtulit. quo cibo ↄfortati colloquētes in luctu vt de⁹ voluit obdormiuerūt. Deci⁹ os spelunce obstrui ꝑcepit vt fame ꝛ siti dies clauderent. Scriptura signato martyriū cū tempore: quomodo temporibus theodosij postea manifestati viui sunt. infra describitur.

Septima ꝑsecutio post neronē facta est a decio imꝑatore. qua quidē multi diuersis in locis ꝓ fidei cōstātia passi fuere. q̄ cū philippo imꝑatori reuertēti de bello verone occurrit cū victoria: ad ipsum honorādū: dolose eū occidit. ⁊ vsurpās sibi imperiū ad vrbē veniēs: vt videret zelo cultus deoꝝ illoꝝ occidisse dn̄m suū q᷑ xp̄ianus erat: mouit ꝑsecutionē dirām ꝯ xp̄ianos plurimos interficiens. ⁊ inter illos filiū prefati philippi imꝑatoris. Martyres aūt varij sub decio passi sunt: quoꝝ martyriū iā patebit:

Abdon ⁊ Senen



Abdon ⁊ senen subreguli romani viri clarissimi ex corduba ꝑsarū vrbe orīūdi his tumultibꝰ pꝰ multos carceris squalores romā cathenis obligati ꝑducūt vbi cū diu diuersis penaꝝ generibꝰ diu fuissent macerati. Cū eīn deciꝰ imꝑator babiloniā ⁊ alias ꝓuincias superasset xp̄ianos in diuersis locis cordubā adduxit: ⁊ diuersis supplicijs eos īterfecit. Coꝝ aūt corꝑa abdon ⁊ senen xp̄ianissimi sepeliebāt. Tandez tercio kalēdas Augusti gladio ꝑcussi martyrium compleuerunt.

Agatha



Agatha sicula virgo genere nobilis p̄clarissima: ꝑ hoc tempꝰ in cathania ciuitate sicilie ꝓ xp̄o martyrio coronat̄. Nā quintianꝰ p̄fectꝰ audita eiꝰ fama nobilitatis formositatis ⁊ diuiciaꝝ: ⁊ q̄ xp̄i ancilla esset: illā cōprehendēs affrodisie turpissime mulieri tradidit: que septē filias habebat turpitudini deditas: que ꝑ dies triginta varijs ꝑsuasionibꝰ ac minis eā adhortabātur: vt presidi assentiret: qui posta cū idolis sacrificare nollet: post alapas ⁊ carceres postq̄ eculeū: post etiā mamillarū abscisionē: ⁊ in testis fractis ⁊ carbonibus ignitis volutationē eo iudicāte ī carcere martyrio ꝯsūmata est nonis februarij. corpus fideles aromatibꝰ sepelierunt. angelus apposuit tabulā vbi sculptum erat. mentē sanctā spontaneā honorē deo ⁊ patrie liberationem. Cortina quoq̄ eius ignem montis prope ciuitatē repressit.

Appolonia



Apolonia virgo sanctissima memoratu dignissima alexandrina longeue etatis. ⁊ ipsa ꝑ hoc tempꝰ martyriū ꝓ xp̄i noīe ꝑtulit acerbissimū. Nā ꝑsecutores (cū idolis sacrificare nolebat) primū dentes oēs ex eius ore excusserūt ⁊ multis plagis affecerūt. deinde cū minarent̄ eam viuā se incensuros nisi cū eis verba impia ꝓferret ⁊ deū blasphemaret. at illa vidēs rogum paululū quid intra semetipam deliberās: repēte de manibꝰ impioꝝ se ꝓrupit ⁊ in ignē paratū ꝓsiliuit: vt ꝑterrerent̄ crudelitatis actores: q᷑ ꝓmptior est inuenta femina ad mortem: q̄ꝫ ꝑsecutor ad penaz. ac sic martyrij palmā quīto ydus februarij ꝓmeruit. Eiꝰ sanctū corpus postea in italiā delatū: apud derdonaz lombardie ciuitatem in cathedrali ecclesia seruat̄.

Serapion



Serapion patria alexandrinꝰ ⁊ ipē vir sanctissimꝰ eodē anno apud alexandriā a ꝑsecutoribꝰ captꝰ crudelibꝰ supplicibꝰ afficit̄ in tm̄ vt oēs eius corporis iuncture priꝰ soluerent̄: sed adhuc viuēs a ministri dia boli de supioribꝰ sue domꝰ partibꝰ p̄cipitatus xp̄i martyr efficit̄. ⁊ eiꝰ natale. i 8. kal'. decēbris celebrat̄. Iustinus quoq̄ presbyter cū victoria martyrū pro christo constantissime sustinuit.

Meniacus martyr



Meniacus ethruscus vir celeberrimꝰ: ⁊ ipse apud florētiā ethrurie vrbē octauo kal'. nouēbris martyriū ꝑtulit. cuius reliquie adhuc ⁊ templo ⁊ populoꝝ frequentatione a cōciuibꝰ suis plurimū venerant̄. Valentinꝰ quoq̄ ⁊ laurentinꝰ patria ethrusci: ⁊ ipsi apud aretium eoꝝ vrbem vna cum nicostrato diacono: ⁊ alij multi in hoc tumultu pro christo passi sunt.

Victoria virgo



Victoria virgo inclita cū esset despōsata cuidā pagano rome sub deciana ꝑsecutione: cū nec nubere nec sacrificare vellet: post multa miracula ⁊ oꝑa sancta cū plures virgines deo adiūxisset: gladio ꝑcussa est rogatu sui sponsi. Plurimiq̄ alij martyrio coronati sunt quoꝝ vitā euoluere nō possumꝰ. qui hac persecutione furente in desertis ⁊ in montibus latitantes fame siti frigore: languore latronibus bestijsq̄ consumpti sunt in diuersis mundi regionibus.

Anno mundi. 5453. Anno christi 254.

Lucius papa natione romanꝰ patre porphirio post corneliū imꝑante gallo hostiliano pontifex eligit. hunc volusianꝰ impator primo exilij pena dānauerat: sed eo extincto ab exilio liberatus romā veniēs. Cōstituit vt duo presbyteri: diaconi tres vbiqꝫ locoꝝ epm comitarent: cuiꝰ vite ⁊ actiōis testes qui etiā anqꝫ ad martyriū iubēte valeriano duceret: oēm ptātem ecclie stephano archidiacono suo pmisit. Ter aūt dandis ordinibꝰ sacris vacauit. Et postqꝫ martyrio vitā finiuit sepultꝰ est in cimiterio calixti via appia octauo kal. septēbris. sedit ānis tribꝰ: men. iij. diebꝰ. iij. Dies qnqꝫ ⁊ trigīta sedes tūc vacat.

Anno mundi. 5458. Anno christi. 257.

Stephanus primus papa natione romanus patre iulio pontifex eligit eo potissimū tpe quo postumꝰ in gallia tyrannidē occupat: cum maximo reipublice emolumēto: vir sane optimus ad ordinādā ecclīaꝝ cōuersus. Instituit ne sacerdotes ⁊ leuite vestibꝰ sacris alibi qꝫ in ecclia ⁊ peragendis sacris vterent: ne si secus facerent penam balthasar regis babylonis subirēt: qui vasa sacra ꝓphanis manibꝰ attigerat. De rebaptisandis aūt his qui ad fidem redissent eadē sensit que corneliꝰ pōtifex: neqꝫ vllo modo his recomunicandū eē qui rebaptizarent. Tandē cū ope ⁊ verbis multos gentiles ad fidē xpi cōuertisset: cōquisitus a galieno vt quidam volunt vel ab his qui ex deciano edicto christianos ꝑsequebant: vna cū plerisqꝫ suoꝝ ad martiriū rapit. capite mulctatus ī calixti cimiterio via appia sepelit. 4. nōs augusti. sedit annis septē: mēsibꝰ quinqꝫ diebꝰ duobꝰ. Sedes aūt ad dies duos ⁊ viginti tum vacat.

Sixtus secūdus papa natione grecus: patria athenīēsis ex philosopho xpi discipulus factus est: durāte adhuc deciana ⁊ valeriana ꝑsecutione vir sane doctissimꝰ: q̄ sūmope hereses exortas videlꝫ sabellianoꝝ ⁊ nepocianoꝝ cōfutare ⁊ extinguere meditabat. verū accusatꝰ qđ xpi fidē cōtra imperatoꝝ decreta predicaret. captus ad martis templū ducit vt aut marti sacrificet aut si id facere noluerit penā capitis subeat. Euntē ad suppliciū laurētiꝰ archidiaconus alloquit. Quo ꝓgrederis sine filio pater: ⁊ sine ministro ꝓperas. Cui sixtus. Ego te nō desero fili. maiora tibi ꝓ fide xpi supersunt certamina. post triduū me sequeris sacerdotē leuita. Interim aūt si quid in thezauris habes id pauperibꝰ distribue. Eodē vero die vna cū sixto diaconi sex interficiunt. felicissimus: agapitus ianuarius: magnꝰ: innocentius: stephanus: sexto ydus augusti. In suo aūt pōtificatu sacroꝝ ordinū ptātem bis fecit mense decēbri. Sixti corpꝰ ī cimiterio calixti via appia sepelit. Reliq̄ vo martyres iacēt in cimiterio ptextati ī agro veranio via tiburtina. Sedit aūt ānos duos mēses decē dies tres ⁊ viginti. Vacat tum sedes dies quinqꝫ ⁊ triginta

Dionysius papa cuiꝰ originē damasus se inueniri potuisse negat ex monacho pōtifex creatus: p̄sbyteris ecclīas ⁊ cimiteria ī vrbe roma statim diuisit: parrochias ⁊ dioceses foris distribuit que quisqꝫ finibus suis liminibusue ꝯtentus eēt. Mādauit itē iudicibꝰ tam secularibꝰ qꝫ eccliasticis: vt neminē dānarēt anteqꝫ ꝑ testes ydoneos ꝯuinceret. hic licet decrepite esset etatis: cōciliū in anthiochia ciuitate ꝯ paulū eiusdē vrbis epm celebrari mādauit: cum ꝓpter seniū interesse dionysius nō potuit. Ea tñ de re ad eum per maximū alexandrinū epm late perscriptū est. Mortuus aūt dionysius sepelit in cimiterio calixti vbi ex institutionibus duabus mēse decēbri habitis: presbyteros duodecim: diaconos sex: epos septē creasset. Sedit annis sex: mensibus duobus: diebus quatuor. Vacat tum sedes dies sex.

Anno mundi. 5463. Anno christi. 264.

Felix papa natione romanus patre cōstātino: aureliani tpe fuit: vir vtiqꝫ iustus ⁊ omni laude dignus: qui ⁊ martyrū deuotioni consulēs mandauit vt singulis annis sacrificia martyrū a xpi sacerdotibꝰ decetero celebrarent vtqꝫ nullibi qꝫ in loco sacro ⁊ a viris ecclesiasticis missa celebraret. Dedicationes quoqꝫ temploꝝ etiā solēniter celebrari mādauit. Qđ si de cōsecratione alicuius ecclie ignoratū fuerit vtpote vetustate ⁊ abolitione muroꝝ cōsecrari denuo mādauit. Qui deniqꝫ repetitis sacris ordinibus mense decembri presbyteros nouem: diaconos quinqꝫ: episcopos quinqꝫ creasset. martyr via aurelia sepelit tercio kal. Junij in basilica quā antea in honorem dei condiderat secūdo ab vrbe miliario. Sedit annis quatuor men. ij. dies. xv. Vacat tum sedes in vrbe dies quinqꝫ.

Linea pontificum

Lucius



Stephanus



Sixtus



Dionysius



Felix



Volusianus filiꝰ



Gallus hostilianꝰ ⁊ galli filiꝰ volusianus mox imperatores creati sunt: quoꝝ tpibꝰ in vltionē xp̄iani nois tanta pestis exorta est: vt pauce domꝰ nedū ciuitates ⁊ ꝓuincie extiterint: que nō tantā calamitatez senserint. Nihilqꝫ oīno clarū gesserūt. Sola hec pestilentia morbis atqꝫ egritudinibꝰ: notꝰ eoꝝ principatꝰ fuit. Verū gallus ⁊ volusianꝰ duz ꝯ emilianū res nouas agitantē bellū ciuile moliunt̃ interamne necant̃. Emilianus aūt obscurissime natꝰ: obscurius imperauit cū maurꝰ fuerat. ⁊ tercio mēse extinctꝰ est. hec aūt pestis ac calamitas maxīe apud egyptū ⁊ alexandriā seuiebat: de q̄ cypriani martyris extat liber. hi duo nondū cōpleto imꝑij sui biēnio vt premissuz est interierūt.

Galienus



Valerianꝰ imperiū suscipiēs cū galieno eius filio imperauit annis. 15. Valerianꝰ em̄ in rhetia ⁊ norico se agens ab exercitu. Galienꝰ rome a senatu imꝑatores eligunt̃. hoꝝ imperiū perniciosuz romano noī ⁊ pene exiciabile fuit: ꝑcipuū ignauia ⁊ ī xp̄ianos seuicia. Nā germani rauēnā vsqꝫ ꝑuenere ferro ⁊ flāma oīa vastātes. Valerianꝰ aūt in mesopotamia bellū gerens a sapore persarū rege captꝰ in ꝭuitute turpiter vixit: ⁊ apud parthos ignobili seruitute ꝯsenuit: eo em̄ vt scabello persaꝝ rex equū cōscensurꝰ vtebat̃: pedez eiꝰ ceruicibꝰ imponēs. ⁊ id merito cū stati vbi imꝑiuz arripuit octauā ꝑsecutionē ī xp̄ianos mouit. Territꝰ aūt claro dei iudicio galienꝰ pacē eccl'ie tribuit. Cum aūt adolescēs factꝰ esset augustus imperiū primo feliciter mox cōmode ad vltimū perniciose gessit. erat em̄ ī galieno subite virtutis audacia. Barbari tn̄ oēs in fines romanos eruperāt. Et tyrāni q̄dā perniciosi exorti sunt: qui qd̄ domi relictū erat ab externo hoste pessundarēt. Galienꝰ ꝟo cū rēpublicā deseruisset ac mediolani libidinibꝰ operā daret missis ꝑcussoribꝰ interēptus est imꝑij anno nono. Et vt q̄dā ferūt auxilio cecropij dalmatarū ducis vbi ⁊ frater eiꝰ valerianꝰ quē multi augustū multi cesarē dicūt occidit̃. Alamāni em̄ exhaustis gallis suo tpe in italiā penetrauerūt. Dacia q̄ a traiano vltra danubiū fuerat adiecta amissa est. Germani vsqꝫ ad hispanias penetrauerūt. Cum iā desperatis rebus ⁊ deleto impio romano posthumꝰ ī gallia obscurissime natꝰ purpurā sumpsit: ⁊ per tyrānidem annis. x. imperauit: vsus ingenti moderatione: pulsis hostibꝰ ꝓuinciā in pristinā formā redegit: deinde militari tumultu apud magūcia cū interfectꝰ. Victorinꝰ postea galliarū accepit imperiū vir strēnuissimꝰ ꝟ dum nimie libidīs esset ⁊ aliena mr̄imonia corrūperet. agrippine occidit̃ sui imꝑij anno secūdo. Huic successit tetricus senator: q̄ aquitaniā honore presidis admīstrās absens a militibꝰ imperator electꝰ est. duz hec ī gallia agerent̃ ꝑ odenatū perse victi defensa syria mesopotamia vsqꝫ ad thesiphontē recpta est.

Linea Imperatoꝝ

Gallus hostilianꝰ



Valerianus



Claudiꝰ Quītiliꝰ frater



Aurelianus



Claudius huiꝰ nois secūdus romanoꝝ imperator a militibꝰ electus: a senatu appellatꝰ augustus: imperiū suscepit: hic gothos illiricū mecedoniāqꝫ vastātes bello adortꝰ incredibili clade superauit. hāc obrē in curia aureꝰ clipeꝰ: in capitolio aurea statua eidē a senatu decreta est. parcus vir atqꝫ modestus ⁊ iusti tenax atqꝫ reipu. gerende idoneus. aduersus ducenta milia alamanoꝝ haud ꝓcul a lacu benaco ī silua que lugana dicit̃ dimicās: tantā multitudinē fudit vt egre pars dimidia superfuerit. qui tn̄ morbo correptus apd̄ syrmiū morit̃. nōduz expleto biennio in imperio. Quo mortuo statim quintiliꝰ frater ab exercitu imperator eligit̃. vir q̄dem vnice moderationis ⁊ qui solus fratri preferri posset. Is quoqꝫ decimoseptimo imperij die interficit̃.

Aurelianus anno ab vrbe cōdita millesimo ac vigesimoseptimo imperiū adeptus. Dacia ripensi oriundus vir militari disciplina clarus: in bello potens: animi tn̄ modici: ⁊ ad crudelitatē ꝓpensioris. Gothos apud danubiū graui ꝑlio superat. Romanā orbem triennio ab inuasoribꝰ receptauit. hic primus apud romanos diadema capiti innexuit: gēmisqꝫ ⁊ aurata veste (qd̄ vere romanis incognitū moribꝰ) vsus est. hic muris validioribꝰ ⁊ laxioribꝰ vrbē sepsit. Tēplū appollini edificauit in asiā traijciens zenobiā que occiso odenacho marito oriētis tenebat imperiū haud longe ab anthiochia vicit: eamqꝫ in triūphū vna cū tetrico ducit. ad gallias ꝓfectus vindelicos obsidione barbarica liberauit. deinde ad illiricū redijt. Sz cū iter faceret apud zenophoriū māsionē que est inter heracliā ⁊ bizantiū: malicia notarij sui interemptus est: qui nonā persecutionē mouit in xp̄ianos: populus aūt romanus amauit: senatus timuit. Imperauit annos quinqꝫ menses sex. Triūphū eius gloriosum flauius vopiscus describit.

Octaua psecutio ecclesie facta fuit iussu valeriani impatoris: q̄ vbi imperiū arripuit octauus a nerone adigi tormentis xp̄ianos idola colere: abnegantesq̄ interfici. vbicq̄ iusserit: hic tn̄ a pricipio sanctos dei ita veneratus est vt domus eius ecclesia dei putaret. Sed postea per quēdā magū seu hereticum corruptus ⁊ deprauatus: catholicā fidem adeo detestari cepit: vt hanc persecutionem faceret cuius crudelitas atq̄ seuicia dei iudicio orbi nō modicū perniciosa fuit. nam paulopost germani e ꝓuincia erūpētes cū magno impetu hostili aīo rauennā vsq̄ peruenere: ⁊ oīa igni ⁊ ferro vastauere

Cyprianus



Cyprian⁹ doctor eccl'ie eruditissim⁹ ⁊ cartaginēsis ep̄s iubēte valeriano pn̄cipe post longū exiliū octauo kal. octobris a galerio maximo ꝓconsule durissimo viro detrūcatione capitis martyriū cōsūmauit. Referunt ⁊ cuz eo apud eandē vrbem passi Crescenti⁹ victor: rosula ac generalis. Fuit aūt in primis Cyprianus gentilis ⁊ excellentissimi ingenij vir ac bonaꝝ artiū studijs ornatissim⁹ qui primo rhetoricā docuit: deinde suadēte p̄sbro cecilio (vt hieronym⁹ ait) a quo ⁊ cognomē sortit⁹ est: ad xp̄ianos trāsiēs oēs facultates suas paupib⁹ erogauit. presbyter primo deinde carthaginēsis ep̄s creat⁹. vbi tum docendo monēdo ac scribendo xp̄i ecclesie prodesse curauit. Eius aūt clarissimā vitā ⁊ martyriū pontius eiusdē cipriani p̄sbyter ⁊ exilij comes: egregio volumīe cōposuit. huius cypriani caput Nuremberge in basilica scti Laurentij cū oī gloria ob seruat. Scripsit aūt plura opa precipue de vnitate eccl'ie: Anteq̄ em̄ moreret cyprian⁹ venerat in sniam eccl'ie romane. Nō esse rebaptizandos hereticos: sed sola man⁹ impositione grām recipiēdos hac de re inter cyprianū ⁊ corneliū magna fuerat olim cōtentio

Laurentius



Laurenti⁹ hispan⁹: sixti pōtificis archidiaconus ⁊ fili⁹ adoptiuus rome via tyburtina presente decio seu galieno post multū virtutū insignia ⁊ plurima tormētoꝝ genera videlz carceris: in quo cecū illumiauit ⁊ hypolitū baptizauit: ac verberib⁹ (vt thezauros ecclesie ostēderet) plūbatis ac scorpionib⁹ cesus. ad vltimū nocte a valeriano ⁊ decio vt dijs sacrificaret: cōpulsus ait. Mea nox obscurū nō habet sed oīa i luce clarescūt. post dirā oris pcussionē: quarto ydus augusti in craticula ferrea (sub qua carbones ignite) crudelissime igni laurentiū exustū ferūt. grāsq̄ deo agens: sp̄m deo reddidit ⁊ martyriū ꝯstantissime cōpleuit Hypolitus aūt cū iustino corpus exustū sepelierūt. Hunc nōnulli cuiusdā hispaniarū ducis filiū fuisse dicunt. Quē demon infantulū e cuna in nemus asportauerat: sed beat⁹ sixtus p̄dictus cū in eadē ꝓuincia p̄dicaret: eū sub quadā arbore lauro diuinitus inueniēs laurentiū appellauit: ⁊ diligenti cura ipsum enutriri ⁊ edoceri fecit. Quo adulto illū secū vna cū vincentio romā perduxit. Ubi postea factus pontifex cōstituit eū suū archidiaconū post sixtū aūt triduo post: vna cū claudio subdiacono ⁊ seuero p̄sbytero ⁊ crescentio lectore ⁊ romano hostiario varijs cruciatibus necat vt p̄missum est.

Sabellius hereticus



Sabelli⁹ hereticus: a quo sabelliani heretici tāq̄ ab auctore puerse secte iuētore vocati sūt: ea aūt tēpestate exorta est ea doctrina apud ptolomaidē que olim barce vocabat pentapoleos ciuitatē plena blasphemijs in deū patrē ⁊ in xp̄m: quē sūmi dei filiū esse negabat: primogenitūq̄ oīs creature: simul etiā sp̄ūs scti intellectū auferebāt. Dicebat em̄ ⁊ p̄dicabat vnaꝫ tm̄ p̄ris ⁊ filij ⁊ sp̄ūsscti esse p̄sonā. Quas ob res magne dissensiones ⁊ scādala in eccl'ijs tā occidētalib⁹ q̄ orientalibus exorte sunt. Nec ipse tandem diuinū iudiciū euasit: cum turpiter occubuit.

Hypolitus



Hipolit⁹ roman⁹ patricius eo anno ⁊ mēse postq̄ beatū laurentiū sepeliuit cōprehēsus eo q xp̄ianus esset diu acriter cedit: cū nollet idolis sacrificare fustib⁹ cesus donec cedētes deficerēt. Deci⁹ ira plenus valeriano p̄fecto p̄cepit: vt eū crudeli examiatione interficeret. q̄ iussa cōplēs oēm familiā in ꝯspectu ei⁹ decollari fecit. deinde ipsuz ligatis pedib⁹ ad colla indomitoꝝ equoꝝ p cardos ⁊ tribulos crudeliter trahi taz diu fecit donec emitteret sp̄m. quo defuncto iustin⁹ corpus sepeliuit i agro verano ydibus augusti.

Concordia



Concordia p̄dicti hypoliti nutrix. cui p̄ses dixit cōsiderate vitā vr̄am: ne cū dn̄o vr̄o peatis: ait nos cū dn̄o desideram⁹ magis mori q̄ ipudice viuere Iussit eā tā diu plūbatis cedi donec emitteret sp̄m.

Romanus



Roman⁹ q̄z miles ⁊ ipse sequēti die eo i loco passus est. Is i ꝯfessiōe bti laurētij diuit⁹ ex visiōe angeli cōpunctus se baptizari fecit. quo audito mox iudex iussit eū fustigatū exhiberi: ⁊ visa ei⁹ ꝯstātia decollat⁹ est. 5. Idus augusti. Cui⁹ corp⁹ postea lucā ethrurie vrbem delatū honorifice sepultū est.

Quirinus



Valentinus



Quirinus roman⁹ tribun⁹ sub hac ꝑsecutione p⁹ lingue abscisionē: ꝛ manuū ac pedū ꝓ xp̄o detrūcatione: in via rome que nuncupať appia agonē martyrij .iij. kal. aprilis gladio cōsummauit.

Theodora q̄z vīgo hermetꝭ martyris soror his tpib⁹ ab aureliano capta martyriū ītrepide sustinuit

Valentin⁹ roman⁹ p̄sb̄r hisdē tpib⁹ multa sanitatū ac doctrine insignia a claudio imperatore capiť. Interrogat⁹ de dijs eoꝝ ait iouē mercuriū ꝛ alios miserrios hoīes fuisse: deinde asterij filiā illumīauit quaz cū oī domo sua nūero .xlij: xp̄ianos effecit. Tandē iubente imperatore diutissime fustib⁹ cediť. ad vltimum vo capite trūcať ꝛ .16. kal. marcij sepeliť. Cirillā q̄z decij imperatoris filiā xp̄ianissimā rome gladio iugulatā historie tradūt q̄nto kal. nouembris.

Nonā persecutionē eccl'ie Aurelian⁹ imperator mouit ī xp̄ianos nonus a nerone. Is em̄ malis ꝯsilijs subordinat⁹ cū de ea re ad ꝓuinciarū p̄sides lr̄as misisset: diuino iudicio de celo tact⁹ turpiť occubuit

Gebennarū clarissimā allobrogū seu sabaudiensiū ciuitatē aurelian⁹ augustus ī gallijs hoc anno ꝯcōdere fecit. Et ex suo noīe ipsam aurelianā appellari voluit. Cū em̄ gallia ꝓuincia per annos .xx. ꝛ eo ampli⁹ ob seuiciā ꝛ ignauiā valeriani ꝛ galieni imperatoꝝ a fide populi romani se subtraxisset. virtute aureliani cesaris recuperať. Hec quippe ciuitas beluecioꝝ finibus ꝓxima est ꝛ lacu lemāno siue lusitano abluiť. Ex quo quidē lacu rhodanus fluuius ꝓfluit. super quē pons ligneus celeberrimus situs est. hec itaq̄ȝ ciuitas nunc pre magnitudine pulchritudineq̄ȝ ac ciuiū frequentia totius allobrogū siue sabaudiensiū ꝓuincie emporium esse videť. Ad quā ꝓpter frequentes nundinas innumerabiles deferunť diuicie: hec quippe sabaudie duci diu paruit: ꝛ nūc subest. In qua plurimi claruere viri: de quoꝝ numero maximinus quidā ꝓfessor fuit. Anianus vrbis ep̄s viri sctitate ꝛ doctrina precipui: ac let⁹ p̄sbyter in diuinis scripturis nobiliter erudit⁹ ꝛ alij multi. Hec aūt vrbs ab imo surgit ad collum ꝓtensa: habetq̄ȝ vineta vberrima. Est q̄z ī ea sedes ep̄alis apud eandē vrbem amodeus primus sabaudie dux eius gentis ducatū p̄mogenito suo tradidit eccl'iasticas cerimonias ꝛ orandi morē didicit ad basileā p̄rexit. vbi generale fuit cōciliū inter duos filios: alterū sabaudie ducem. alterū gebennarū comitē adolescētes egregia facie. solēnibus ꝓ more seruatis: romane eccl'ie presul coronatus est: de quo inferius patebit.



Anno mundi. 5473. Anno christi. 274.

Linea Sūmoꝝ pontificum

Euticianus



Caius



Euticianus papa natione thuscus patre maximo ex ciuitate lunensi post felicē pōtificē sedit rome vir sanctissimus ⁊ eruditus. Instituit vt ī altari noue fruges bñdicerent᷑: maxīe vo fabe ⁊ vue. Cōstituit itē ne ꝙ martyres sepelire vellēt sine dalmatica collobio ve purpureo id facere auderet se nesciē te preserti. Trecētos em̄ hic martyres se ꝓpria manu sepelisse fert᷑. Verū vbi ex sacris ordinibus mense decembri habitis presb̄ros. xiiij: diaconos quinqꝫ ep̄os nouē creasset martyrio coronat᷑. Et ī cimiterio calixti via appia sepelit᷑ octauo kal̄. augusti. Sedit annū vnū: mensem vnū: diem vnum. Vacat tum sedes dies octo: Sunt qui scribunt eū annis octo mensibus decem in pontificatu vixisse. Damasus tamen prime sententie auctor est.

Caius papa natione dalmateus patre caio ex genere diocletiani imꝑatoris primū ꝓhi tpe fuit. deinde caio ⁊ carino imꝑantibus vir vtiqꝫ diuinus ꝗ ordines ī eccl̄ia distinxit: quib⁹ tāqꝫ gradibus ꝗbusdā ad ep̄atū ascenderet᷑. hi erant hostiarius: lector: exorcista: acolitus: subdiaconus: diaconus p̄sbyter: ep̄s. Idē ꝗꝫ (vt quondā fabianus) regiones diaconis diuisit: ꝗ res gestas martyrū cōscriberēt. Cōstituit etiā ne ꝓp hanus quispiā sacris iniciatū ī iudiciū vocaret: neue paganus aut hereticus accusandi xp̄ianū hoīem ꝑtātē haberet. Tandē orta in xp̄ianos tpe diocleciani tanta ꝑsecutione quāta nūqꝫ antea. in subterraneis locis quas criptas vocant diu latuit. Captus deinde a ꝑsecutorib⁹ vna cū gabinio fr̄e eiusqꝫ filia susanna martyrio coronat᷑. ⁊ via appia ī cimiterio calixti sepelit᷑ decio kal̄. maij. Sedit aūt caius annis. xj. mēses ꝗtuor: diebus duodecim: quo quidē tpe presb̄ros ꝗnqꝫ ⁊ vigīti: diaconos octo ep̄os quinqꝫ creauit. Quater ordinibus sacris mense decembri habitis. Vacat tum sedes dies vndeci. hunc tñ ꝗndecim annis sedisse eusebius scribit

Paulus samosaten⁹ ep̄us



Paulū quēdā samosatenū ep̄m virū vtiqꝫ eruditissimū ꝑ hec tp̄a ab orthodoxa fide desciscentē arthemonis heresim excitasse dicūt. que ꝗdē heresis marie virginitati ꝯdicebat: asserebatqꝫ ꝙ post xp̄m natū se viro suo ioseph cōmiscuisse ⁊ alios filios ꝓcreasse. hic itaqꝫ paulus in demortui ep̄i locū anthiocenus ep̄s creatus suꝑbe nimiū sese habebat. Interdū em̄ pre suꝑbia ⁊ l̄ras relegebat ⁊ dictabat ep̄l̄as: multis cōstipato agmine precedētibus ac subsequentibus. vñ ꝓpter hoīs arrogātiā christianā religionē pleriqꝫ detestabant᷑. Sed ꝗd faceret nr̄a tēpestate qua nil vel suꝑbie vel pompe ne dicā luxurie addi pōt. Si tot adolescētes sericatos in eqs preferocibus videret. si subsequētiū presb̄rorū turbā cernerent clamidibus optimi cuiuscꝫ coloris hincinde ab equis deauratis pendētibus. Execrarent᷑ eos ac diceret nil eis cū xp̄o preter silitudinē quandā religionis cōe esse. Is aūt predicte heresis assert᷑ inflatus opiniōe suiipsius ac tribunal alti⁹ ꝗrēs: negabat dei filiū e celo descēdisse: ꝫ a maria cepisse originē ⁊ initiū e terra habuisse. hāc obrez ī ꝯcilio anthioceno oīm ep̄oꝝ ꝗ aderāt ꝯsensu publice dānat⁹ est. maxie vo gregorij cesariēsis ep̄i viri sc̄tissimi sn̄ia ꝗ tāto ꝯcilio interfuit: ⁊ postea ꝓ fide xp̄i martyrij penā subijt.

Manes hereticus



Manes ꝗdā hereticus gente ꝑsa vir vtiqꝫ callidus ⁊ diabolicus vita ⁊ moribus barbarus: his tp̄ibus fuit ⁊ multa dāna xp̄i ecclesijs intulit. Is ei ꝯfiteri se xp̄m ausus est: ascitis in societatē duodeciꝫ discipulis quo fidē rebus in oībus faceret: ⁊ ad interficiēdas deceptoꝝ aīas infandi dogmatis sui ferale cōmentū de sacrilegis ⁊ fabulosis mēdacijs texuit. Et ꝑ has insanarū opinionū ruinas se suosqꝫ seꝗces decepit: vt falsi corporis fingeret xp̄m dicens (vt leo papa testat᷑) cū nihil in se solidū: nihil verū hoīm oculis actibusqꝫ p̄buisse sed simulate carnis vacuā imaginē demōstrasse: hic etiā ⁊ seꝗcib⁹ suis duo principia esse affirmabat vnū. s. boni alterū mali: vnū lucis ⁊ alterū tenebrarū. Testamētūqꝫ vet⁹ respuēs ⁊ nouū solū recipiēs. ab eo manicheoꝝ heresis exordiū sumpsit. vt aūt cū impugnat᷑ manes ob impietatē ⁊ suꝑbiā: ita maxime laudat᷑ anatolius laodicenus episcopus ꝓpter religionē ⁊ doctrinā.

Cesari⁹ ⁊ alij martyres



Felix p̄sbyter ⁊ eusebi⁹ monach⁹ his ꝑsecutionibus apud terracinā campanie vrbē ꝓ fide xp̄i interempti sunt. nā eusebi⁹ cū sanctos martyres iulianū ⁊ cesariū p̄sb̄ros sepelisset: ⁊ hui⁹ rei gr̄a m̄ltos ad fidē cōuertisset ꝗs predict⁹ felix baptizauit: cū eodē felice papa detent⁹ ad foruꝫ iudicis ignominiose ꝑducit᷑ cū oīno sacrificare nollet decollat⁹ est nonis noueb̄. Cesariū aūt diaconū ⁊ iulianū presbyterū per vnā diem ante predictos in eadē vrbe interfectos fuisse constat. Ipse em̄ cesarius diaconus cuꝫ multis diebus i custodia solus maceratus fuisset. postea cum ipso iuliano in saccum missus ⁊ in mare precipitatus kal̄. nouembris martyrium compleuit. Adiochus quoqꝫ presbyter ⁊ tyrasius diaconus ac felix subdiaconus olim beati policarpi episcopi discipuli apud augustudunū galliarū vrbē glorioso martyrio coronant᷑ quos policarpus ex oriente in gallias docendi gratia direxerat. Tandem vectibus ꝑforati obierunt.

Linea Imperatoꝝ

Tacitus



Florianus



Probus



Numerianus Carus Carinꝰ



Dioclecianꝰ Maximinianꝰ



TAcitus romanoꝝ impatoꝛ post aurelianū a senatu ꝑp̄loq; romano impe
riū suscepit. in cuiꝰ electiōe velius cornificiꝰ gordianꝰ ꝯsul dixit. Cū exer
citus sine principe recte diutiꝰ stare nō pōt: simul necessitas cogit. Nā limitez
trāsrhenū germani rupisse dicunt̃ occupasse vrbes validas nobiles diuites ⁊
potētes: q̄re agite ⁊ p̄ncipē dicite. post h̄ oīs senatꝰ acclamauit tacite auguste
dij te seruēt: te principē facimꝰ. vir certe idoneꝰ reipublice gubernāde ob eius
virtutē ⁊ integritatē. pecuniā quā domi collegerat in stipendiū militū vertit.
togis ⁊ tunicis idē vsus est q̄bꝰ p̄uatꝰ. Thermas oēs an̄ lucernā claudi iussit
ne q̄d ꝑ noctē seditionis oꝛiret̃. corneliū tacitū scriptoꝛē auguste ī oībꝰ biblio
tecis collocari iussit. Ipse fuit vite parcissime amariores cibos appetiuit: bal
neis raro vsus est atq; validioꝛ fuit ī senectute. vitreoꝝ diuersitate atq; oposi
tate delectatꝰ est. Panē nisi siccū nūq; comedit: fabricarū peritissimꝰ fuit: mar/
moꝝ cupidus: venationū studiosus. vxoꝛē gēmis vti nō est passus. legit sane
senex minutulas lr̄as ad stupoꝛē. Et q̄m a meotide multi barbari eruperāt in
tereptꝰ est insidijs militaribꝰ mēse sexto post adeptū impiū (vel vt alij dicūt)
moꝛbo interijt. Gessit aūt ꝓpter breuitatē tpoꝝ nihil magnū: hic mēsem septē
brem tacitū appellari iussit: cū eo mense natus ⁊ factus est impatoꝛ.

FLorianꝰ qui frater taciti germanꝰ fuit: post frēm arripuit impiuz nō sena
tus aucte sed suo motu: q̄si hereditariū esset imperiū. cū sciret adiuratuz
esse ī senatu tacitū: vt cū moꝛi cepisset: nō liberos suos: s; optimū aliquē prin/
cipē faceret. Deniq; vix duobꝰ mēsibꝰ imperiū tenuit ⁊ occisus est tharsi a mi/
litibꝰ q̄ probū audierāt impare: quē oīs exercitus legerat. Fuit aūt florianus
moꝝ fr̄is imitatoꝛ: nec tn̄ vsq;quaq;. Nā effusionē in eo frater frugi rep̄hēde
bat. hec ipsa imperādi cupiditas alijs cū moꝛibus ońdit fuisse q̄ fratrē.

PRobus romanoꝝ impatoꝛ: vir domi foꝛisq; ꝯspicuus: q̄ post tacitū oīm
iudicio bonoꝝ impatoꝛ est factꝰ oꝛbēq; pacatissimū gubernauit. hic oꝛiū
dus e pānonia ciuitate syrmiensi nobilioꝛe matre q̄ patre patrimonio mode/
rato: affinitate nō magna: tā priuatꝰ q̄ impatoꝛ nobilissimis virtutibꝰ claruit.
Rei aūt militaris insignis suscepta rei publice admīstratione. Gallias a bar/
baris occupatas ingēti felicitate restituit. Cōpositis igit̃ rebꝰ ī gallia lr̄as ad
senatū dedit. sublata est oīs q̄ tendit̃ late germania: oēs iā barbari vobis arāt
Nā ⁊ q̄dragīta milia hoīm cesa sūt ⁊ septuagīta vrbes nobilissime captiuitate
hostiū vindicate. ⁊ oēs penitꝰ gallie liberate p̄da oīs recepta est. ago igit̃ dijs
īmoꝛtalibꝰ gr̄as ⁊c. Habuit q̄z nō leues tyrānicoꝝ motꝰ Nā ⁊ saturninū q̄ oriē
tis impiuz arripuerat varijs p̄lioꝝ generibꝰ supauit. deinde cū ꝓculus ⁊ bono
sus apud agrippinā ī gallia imperiū arripuissent. magna celeritate opp̄ssit. ⁊
de eis oībꝰ triūphauit. Tandē cū syrmiū venisset ac soliū patriū effecūdari cu
peret ⁊ dilatari. ꝑmoti milites cōfugientē eū ī turrē ferratā quā ipse specule cā
exedificauerat interemerūt anno impij sui sexto. postea tn̄ ingēs ei sepulchruz
Siluester papa natione romanꝰ patre ruffino post melciadē pontificē cōstātini tpibꝰ fuit. anno ab vrbe cōdita millesimo nonagesimoprimo vir vtiq̨ diuinꝰ: aspectu scꝫ angelicus: sermone nitidus: corpe decorus. ope sanctꝰ ↄsilio magnus ⁊ maturus fide catholicus: spe patiētissimꝰ ac oīm caritate diffusus. Cui tantā dn̄s cōtulit grām vt nō modo a xpianis: verū ⁊ a gentilibus miro colereť affectu. Hic nāq̨ baptizato ↄstantino ⁊ pluribꝰ donatus ac ecclesijs pace reddita: multa ad cultū diuinū spectātia constituit. primo vt chrisma ab epo tm̄ cōsecrareť. vt epi baptizatū signarēt. ppter hereticā suasionē. vt baptizatū chrismate liniat p̄sbyter occasione mortis. addit p̄terea. laicus clericū in iudiciū ne vocet. Clericus causas ī curia ne agat. nec an̄ iudicē secularē causam dicat. Presbyter celebraturus neq̨ serico neq̨ panno tincto vtať: ꝫ lineo equidē albo. Sic ī albis celebrandū esse dicebat queadmodū ī linea syndone ⁊ alba xpi corpꝰ sepultū fuit. Gradꝰ q̃ꝫ in ordinibꝰ ecclīasticis ↄstituit vt vnusquisq̨ vno tm̄ ordine ↄtentus sit. ⁊ vnius solū vxoris vir. Hic aūt sanctissimꝰ pōtifex cū floruerit miraculis inter cetera sua memorāda ferť romanā vrbem a draconis pestilentia liberasse. Demū vbi ex sacris ordinibus septies mense decembri habitis presbyteros duos ⁊. xl. diaconos sex ⁊. xxx. epos quinq̨ ⁊ lx. creasset. Moriť ac sepeliť in cimiterio priscille via sallaria tercio ab vrbe miliario pridie kal. Januarij. Sedit aūt annos tres ⁊. xx. mēses decem. dies vndecim. Vacat tum sedes dies. xv.

Anno mundi.5533. Anno christi.334.

Marcus papa natione romanus patre prisco post siluestrū cōstātini tpibꝰ fuit: vir bonꝰ ⁊ xpiane religionis amator qui pōtificatu suscepto ad curā xpiane religionis couersus instituit vt eps hostiēsis a quo romanꝰ cōsecratur pallio vtereť. voluit p̄terea diebꝰ solēnibꝰ statim post euāgelium simbolū a clero ⁊ populo magna voce decantari. ⁊ eo modo quo fuerat in niceno ↄcilio declaratū. Duas itē ecclesias rome cōdidit vnā via ardeatina in qua ⁊ sepultꝰ est. Alterā ī vrbe roma ad palatinas q̃s q̄dē ↄstātinꝰ mūeribꝰ exornauit ⁊ auxit Js posteaq̨ ex sacris ordinibꝰ bis mēse decēbri habitis diaconos p̄sbros ⁊ epos creasset. moriť ac sepeliť in cimiterio balbina via ardeatina: tercio nōs octob. sedit aūt annis duobꝰ: mēsibꝰ octo: diebꝰ. xx. Vacat tuꝫ sedes dies. xx.

Anno mundi.5535. Anno christi.336.

Julius papa natione romanꝰ patre rustico tpibꝰ constātij fuit mirande sctitatis vir ⁊ doctrine. Js arriana inualescēte pfidia: multis incōmodis vexatꝰ a cōstante cōstantini filio exilio dānatus. In tanta aūt reruꝫ pturbatione tandē post menses decē romā ab exilio redijt nec destitit orietales epos reprehendere maxime ṽo arrianos q̄ in iussu romani pontificis anthiochie cōciliū indixerāt: cū id sine eius auctoritate fieri nō posset. Omissis his cōtentionibꝰ duas basilicas edificauit vnā iuxta foꝝ romanū. aliā in transtiberina regione Tria item cimiteria exstruxit: vnū via flāminea: aliud via aurelia: tercium via portuēsi. Cōstituit p̄terea ne sacerdos alibi q̃ꝫ apud iudicē ecclīasticū diceret: Voluit itē vt qui iudicē haberet suspectū romanā sedē posset appellare. ⁊ vt oīa ad ecclīam ptinētia p notariū aut p primiceriū notarioꝝ ↄscriberenť. hos hodie (vt arbitror) pthonotarios vocamꝰ. Julꝰ ṽo cū ex sacris ordinibꝰ ter mēse decēbri ī vrbe habitis p̄sbros. xviij. diaconos tres: epos nouē creasset. moriť ac sepeliť via aurelia in cimiterio calopodij ab vrbe roma miliario tercio. pridie ydus augusti. Sedit annos. xv. menses duos: dies sex. Vacat tuꝫ sedes dies quinq̨ ⁊ viginti.

Anno mundi.5543. Anno xpi.344.

Liberius papa natione romanꝰ: patre augusto cōstantij ⁊ cōstātis tpibꝰ fuit. huiꝰ tpe ↄcilio apud mediolanū habito oēs qui athanasio fauebāt in exiliū pelluntur. Preterea ṽo cū in synodo ariminēsi orietales sacerdotes callidi hoīes ⁊ acuti occidentales simplices ⁊ imperitos argumentis ac fallacijs cōuincerent quā disputationē p̄termittimꝰ xpm eni cū p̄re homousion esse negabāt. hoc aūt q̄ primū liberiꝰ pōtifex aperte impugnabat q̄q̨ etiā athanasiū iubente imperatore dānare nolebat: in exiliū ab arrianis pelliť. atq̨ ita triēnio ab vrbe abfuit. At ṽo sacerdotes congregata synodo in liberij locum felicē p̄sbyterū virū optimū pontificē crearūt. qui statim octo ⁊. xl. epoꝝ cōuentu duos p̄sbyteros vrsaciū ⁊ valentē ab ecclīa seperarunt. Inde rogatu ⁊ precibus eorūdem constantius liberiū ab exilio reuocat ⁊ pulso felice liberiū introduxit. Pōtifex aūt tametsi cū arrianis sentiebat ecclesias dei q̃ꝫ diligenter exornauit maxime sepulchrū sancti agnetis: ⁊ basilicā quaꝫ de noīe suo fecit apud macellū lidie. Deniq̨ cū sacros ordines bis celebrasset rome moriť ac sepeliť via salaria ī cimiterio priscille. ix. kal. maij: Sedit ānos sex: ꝫm alios. xvj. men. iij. dies. 4. vacat sedes dies sex

Linea summoꝝ pontificum

Siluester



Marcus



Julius



Liberius



CONstantinꝰ magnus. ex obscuriori mr̄imonio filiꝰ Cōstancij augusti in Brittānia creatꝰ est imꝑator. Cū res publica a quattuor imꝑatoribus teneba͏̄t: cōstātino. Maxētio filijs augustoꝝ. Licinio ⁊ maximiano nouis hoībꝰ. Constātinꝰ tm̄ vir ingens: ⁊ oīa efficere nitēs: que aīo ꝑparasset. sic principatū totiꝰ orbis affectās. ceteros vt ꝑmissuz est vicit. Vir prio imperij tēpore optimis pricipibus: vltimo medijs coparādus: innumere in eo anī corꝑisq̄ virtutes claruerūt. militaris glīe appetētissimꝰ: fortūa ī bellis ꝓspera fuit. Nā etiā Gothos post ciuile bellū varie ꝓfligauit. Ciuilibꝰ artibus ⁊ liberalibꝰ studijs deditꝰ: affectator iusticie ⁊ amoris. Anno igit ab vrbe cōdita millesimo nonagesimo prio. dn̄i vero āno. ccc xxxix. sub hoc pricipe xp̄iani a tyrannis ante opp̄ssi nō nihil respirare icipiūt. Pacē em̄ petētibꝰ libēter dedit. liberalitate ⁊ gr̄a oīm sibi beniuolētiā compabat: multas leges rogauit. quasdā ex equo ⁊ bono superfluas abscidit. seueras nimiū emēdauit. Vrbē in Bizantij ruinis de noīe suo cōdens: eā rome magnitudine edificioꝝ: parē facere conatꝰ: secundā romā vocauit De qua in sequēti folio patebit. vt etiā littere sub equestri eiꝰ statua indicabant. Is igit tantꝰ pricepts oīa circūspiciēs vbi honestatē xp̄iane religiōis intellexit. Eā ita cōplexꝰ est vt iturꝰ ad bellū: nō alio q̄ȝ crucis signo vteret: qd̄ sereno celo duz in maxentiū tyrānū copias mouet: ⁊ viderat ⁊ adorauerat. Astātesq̄ȝ angelos audierat dicētes. Cōstantine: .qd̄ etiā fecit ⁊ tyrannos oēs a ceruicibꝰ populi ro. xp̄inoꝝq̄ȝ oīm depulit. Tantū itaq̄ȝ principez ac tam humanū nactus siluester: relicto Soracte monte: quo a tyrannis seuientibus relegatus fuerat (vel vt quidā volūt) secesserat romā veniēs: Constātinuz erga xp̄ianos bene animatū: promptiorē ad optime de eccl̄ia dei ꝓmerendū reddidit. Naz ⁊ pōtificibꝰ diadema aureū distinctū gēmis cōcedebat. Qd̄ quidem Siluester aspernatꝰ tanq̄ȝ religiose capiti mīme cōueniēs: phrygia mitra et candida tantūmodo ꝯtentꝰ fuit. A siluestro autē vna cū Crispo filio baptizat. q̄ȝq̄ȝ aliqui false dicāt eū vsq̄ȝ ad iordanē distulisse. Bellum tandē aduersus parthos moliēs qui iaz Mesopotamiā fatigabant. vno ⁊ trigesimo imperij sui anno: etatis vero sexto ⁊ sexagesimo apud Nicomediam in villa publica obijt. Denūciata mors eiꝰ etiā ꝑ crinitā stellā que inusitate magnitudinis aliquādiu fulsit. Eā greci cometam vocant. Atq̄ȝ inter diuos meruit referri.

COnstantiꝰ post morte Cōstantini magni p̄ris cū cōstantino ⁊ cōstante fratribus imperiū adeptꝰ: eoq̄ȝ tp̄e res romana sub vno Augusto ⁊ tribꝰ cesaribus. qd̄ nūq̄ȝ al's fuit. Is ergo successores filios tres reliquit. atq̄ȝ vnū fr̄is filium: Vez dalmaticꝰ cesar ꝓsp̄ria indole neq̄ȝ patruo ab similis: q̄ haud multo post facinore militari opprimit. Sinēte pociꝰ Cōstantō patrueli suo quā iubēte. Cōstantinū porro bellū fratri inferentē: ⁊ apud aquilegiā inconsultiꝰ ꝑlium aggressuz. Cōstancij duces interemerūt. ita res publica ad duos redacta est.

COnstans impiuz aggressus qd̄ aliquādiu strēnuū ⁊ iustuz fuit. Mox cuz ⁊ valitudine improspa ⁊ amicis prauioribꝰ vteret: ad grauia vicia ꝯuersus Cū intollerabilis ꝓuicialibus: militibus iniocūdus eēt. facciōe Maxencij occisus est. Obijt haud longe ab hyspania in castro cui helene nomē fuit. Anno imperij septio decimo: etatis trigesimo. Diuersa constācij fortuna fuit. A persis em̄ multa et grauia ꝑpessus: sepe captis opidis. obsessis vrbibus: cesis exercitibus nullū ei cōtra Saporē regē persaꝝ ꝓsꝑez bellum fuit. nisi qd̄ apud Singarum haud dubiā victoriā ferocia militū amisit. Post constantis necē Maxentio italiā affricaz gallias obtinente: etiā illiricuz nouas res habuit. Vetrauione adimꝑium cōsensu militum electo: quē grandeuū iam et cunctis amabilem diuturnitate et felicitate milicie ad tuēdum Illiricum principē creauerīt. virum ꝓbum et moꝝ veteꝝ et iocunde ciuilitatis. Sed a constātino qui ad vltionē fraterne necis belluz ciuile cōmouerat abrogatū est Vetrauioni imperiū. Rome quoq̄ȝ tumultus fuit Nepociano constātini sororis filiꝰ ꝑ gladiatorum manus imperiuz vindicante: qui seuis exordijs dignum exitium nactus est. Vigesimo enim atq̄ȝ octauo die a Maxentianis ducibus oppressus penas dedit. nō multo post apd̄ mursam maxentius ꝓfligatus est. Orieti mox cesar est datus gallus: maxentiusq̄ȝ diuersis ꝑlijs victus vim vite sue apud lugdunū attulit imperij anno tercio mēse septimo. Deinde in ciuilibus gestis gallus cesar occisus est vir nā ferox ⁊ ad tyrānidē ꝓnior si suo iure imꝑare licuisset. Siluanus q̄ȝ ī gallia res nouas molitus añ diē trigesimū ⁊ ipse extinctus est. Solus ī imꝑio romano cōstātius augustus fuit. Mox iulianū cesarē ad gallias misit patruelē suum galli fratrē qui ex constantio patris constātini fratre natus erat tradita in mr̄imoniū sorore. cū multa oppida barbari expugnassent qui breui ⁊ galloꝝ ⁊ germanoꝝ motꝰ virtute sua compescuit. Constantius inde particis bellis occupatꝰ in itinere obijt inter ciliciā capadociāq̄ȝ anno imperij octauo ⁊ trigesimo etatis quinto ⁊ quadragesimo vir egregie trāquillitatis placidus nimiꝰ ⁊ amicis ⁊ familiaribus credens.

Linea Imperatoꝝ Constantinus magnus



Constancius



Constantinus



Constans



CONstãtinopolis imperialis ac famosissima ciuitas: olim bizantiũ (vt supra scriptũ est) appellata. ⁊ cũ admodũ parua esset: eã postmodũ constãtinopolim noĩarũt. Constãtinꝰ enĩ imꝑator cognomine magnꝰ: dum statuisset imperij sedẽ ex vrbe roma in orientẽ trãsferre: quo faciliꝰ parthoꝝ excursationes cõpesceret. Tradũt aliqui autores in troadẽ ꝓfectũ: ibi regie vrbis fundamẽta iecisse: vbi quondam agamenon: ceteriqꝫ grecoꝝ principes aduersus priamũ fixere tentoria. Sed admonitũ in somnis a xp̄o saluatore locũ aliũ designãte: ceptũ opus (cuiꝰ diu mansere vestigia) infectũ reliquisse. atqꝫ in traciã nauigantẽ bizantiũ petiuisse. Cũqꝫ sibi locũ diuinitus ostensum dixisse: mox vrbem ampliasse: noua menia erexisse: sublimes excitasse turres magnificẽtissimis tũ priuatis: tũ publicis operibꝰ exornasse. Tãtũqꝫ illi decoris adiecisse: vt altera roma nõ imerito dici posset. Scriptores vetusti qui florentẽ videre: deorum potiꝰ in terris habitaculũ q̄ꝫ imꝑatoris putauere. Nomẽ vrbi nouã romã imꝑator indidit: sed vicit obstinatio vulgi: vt a cõditore potiꝰ Constãtinopolis vocitaret̃. Quã eiꝰ successores imꝑatores passim tũ publicis edibꝰ: tũ priuatis ciuiũ pallacijs ⁊ quidẽ sup̄bissimis exornare curarũt. Et adeo vt exteri eo venientes vrbis splẽdorẽ admirati: nõ tam mortaliũ q̄ꝫ celestiũ eã domiciliũ dixerint. Erant muri vrbis ⁊ altitudine ⁊ crassitudine toto orbe celebres. antemuralia vero opportune cõmunita. Triangularẽ pene vrbis formã fuisse tradũt. Duas partes alluit mare. nec muri desunt: ad ꝓpulsandos nautales impetus idonei qđ reliquũ est ad terras vergens: post alta menia ⁊ antemuralia. ingẽti claudit̃ fossa. Habetqꝫ hec ciuitas vndecim portas: dignitatẽ ipsiꝰ pre se ferẽtes. quarũ noĩa hec sunt: aurea: pagea: sancti romani: carthasea regia: caligaria: xilina: bacmagona: phara: theodosia: ⁊ sylaca. Extãt in ea preter cetera magnificẽtissima edificia templũ Sophie iustiniani cesaris opus: toto orbe memorabile nongẽtis quondã sacerdotibꝰ celebratũ: mirabili ope: ꝓciosa materia cõstructũ. Ea deniqꝫ vrbs tanto splẽdore insignita fuit vt totiꝰ orientis columen: ⁊ vnicũ docte grecie domiciliũ habita fuerit. vbi tria magna cõcilia celebrata fuerũt: videlicet sub theodosio seniore: sub agathone papa: ⁊ sub iustiniano principe. Eam cũ thurci ꝓpter eiꝰ dignitatem diu exosam habuissent. Anno salutis nr̄e. 1093. a belzete quodã eoꝝ principe: cũ ingenti thurcoꝝ manu obsessam: deinde capta fuit. Inde galli cũ venetis ꝑ quinqꝫ ⁊ quĩquaginta annos possidere. postea palealogoꝝ clarissima familia genuẽsiũ ope a gallis ademit vsqꝫ in annũ. 1453. gloriosissime possedit. quo an-

Constantinopolis



no Machometes Ottomānus thurcoꝝ imꝑator eā cepit diripuitq̃. Sic nobilissima vrbs in manꝰ infide/liū venit. Ab eiꝰ cōditione. Mcxxx. vł circa. Tātoq̃ tp̄e paulo pluri senior roma steterat. qū p̄mo a gothis capta est Athalaricꝰ em̄ anno ab vrbe ꝯdita. Mclxiiij. romā irrupit. at hic ne basilice sctōꝝ effringeret edi-xit. Rabies aūt thurcoꝝ nil sanctū: nil mūdū: ī vrbe regia reliq̄t. sacratissīa eiꝰ tēpla machometee spurcicie dedicarūt. Legimꝰ thebanoꝝ res gestas: lacedemonioꝝ ⁊ atheniēsiū illustria facta: fuit corinthioꝝ nō cōtē-nēda respublica. clare olī micene: larissā potēs: pluresq̃ mēorabiles vrbes quoꝝ si nūc req̄ras muros: nec ruinas īuenias. Nemo solū in q̄ iacuerint queat ostēdere: sola ex tāta ruina vetustatis cōstatinopolis supa-bat: q̄ tm̄ mirabiliū opeꝝ: tm̄ armoꝝ: tm̄ lr̄arū: tm̄ glorie habuit: vt oīm ciuitatū damna: hec vrbs sola re-cōpēsare videref. Et licet post diuisuz imperiū siue trāslatū ad frācos sepe cōstātinopolis ī manꝰ hostiū ve-nerit: nūq̃ tn̄ basilice sanctoꝝ destructe: neq̃ bibliothece cōbuste: neq̃ despoliata penitꝰ monasteria. Itaq̃ māsit vsq̃ ī hūc annū vetuste sapīe apud ꝯstātinopoliz monumētū. Nemo latinoꝝ satis videri doctꝰ pote/rat: nisi ꝑ tempꝰ cōstātinopoli studuisset. Inde nobis plato redditꝰ. inde aristotelis: demostenis: xenophō-tis: thucididis: basilij: dionysij: origenis: ⁊ alioꝝ multa latinis opa (diebꝰ nr̄is) manifestata sunt. Nūc sub thurcoꝝ impio secꝰ eueniet: seuissimoꝝ hoīm: bonoꝝ moꝝ atq̃ litteraꝝ hostiū. Nūc ḡ ⁊ homero ⁊ pindaro menādro ⁊ oībꝰ illustriorıbꝰ poetis secūda mors erit. Nūc grecoꝝ phoꝝ vltimꝰ patebit interitꝰ. Innume-rabiles em̄ ex hac celeberrima vrbe in oī scīa atq̃ virtute ꝓclarissimi exiere viri: inter quos cognomēto io-hānes crisostomꝰ ipsiꝰ vrbis ep̄s. Atticus ep̄s cuiꝰ de virginitate liber extat. gennadiꝰ: cassianꝰ ⁊c̄. Et no-uissime emanuel crisoloras q̄ grecas lr̄as tp̄e cōstātiēsis ꝯcilij in italiā cū ingenti vtilitate retulit. Precisus est aūt nunc fluuiꝰ oīm doctrinarū. musarū desiccatus fons. Fateor multis locis apud latinos studia lr̄arū esse illustria. vt rome: parisius: bononie: padue: senis: perusij: colonie: vienne: salamātice: oxonie: papie: liptzk: ertfordie. Sed riuuli sunt oēs isti ex grecoꝝ fontibꝰ deriuati. A fonte precide riuū: ꝓcisus arescit. Nihil aūt sub luna ꝑpetuū. Quomodo aūt imꝑator thurcoꝝ machometꝰ aīo voluerat vrbē in medio thur-coꝝ esse sitam: que suo imperio nō pareret: suoq̃ nomini decus maiꝰ accedere posset: si eā vrbem expugna-ret: machinas bellicas admouit. ⁊ insultū magna vi in eā fecit atq̃ tandē expugnauit: vt h ec ciuitas in po-testatē venerat infideliū spurcissimoꝝ thurcoꝝ hoc infelici anno ⁊ vtriusq̃ sexus pe rsone cum imperatore paleogolo neci dediti fuerant. sub Friderico tercio imꝑatore oīa clarescent.



Sancta Helena



HElena mater cōstātini augusti femina incomꝑabili fide religione animi ac
magnificentia singulari ꝓcipua: quā quidē anglorꝝ regis filiā licet captiuā
Alij vt ambrosiꝰ stabulariā ⁊ humilē a pricipio fuisse dicūt. hec quippe baptiza-
to filio cū vidisset ꝓdigia a btō siluestro in filiū ⁊ ꝯ iudeos declarata: magnitudi-
ne animi mota ⁊ visis nocturnis: hierosolymā petijt: vt lignū crucis ꝑquireret.
Difficile id quidā erat: q2 ab antiq̄s ꝑsecutoribꝰ eo loci simulachrū veneris col-
locatū fuerat: vt xp̄iani venerē saluatoris loco adorarēt. At mulier religione ꝑci-
ta vbi locū ip̄m luderibꝰ purgasset: tres cōfuso ordine cruces repꝑit in vna inscri-
tio illa legabat tribꝰ linguis ih̄s nazarenꝰ rex iudeorꝝ. Astabat aūt macharīꝰ illiꝰ
vrbis tum ep̄s qui vnā ex his manibꝰ cū religione retinēs: verā esse dicebat. At-
tercia mulieri mortue admota eidē vitā restituit. Crux igit dn̄i inuēta est quinto
nōs maij. ⁊ ab helena exornata: ⁊ ī magna veneratione habita. Baptizat ⁊ iu-
das crucis inuētor quē postea mutato nōie Cyriacū vocarūt. Helena deinde edi-
ficato eo in loco tēplo vbi crucē repererat. Abiēs clauos quibꝰ xp̄i corpꝰ cruci af-
fixū fuerat secū ad filiū portat. horꝝ ille vnū in frenos equi trāstulit: q̄bus in ꝓlio vteret. Constātinꝰ quoqꝫ
motus edicto vetuit: ne deinceps quispiā tali supplicio vteret. Constātinus aūt magnus augende xp̄iane
religionis cupidus basilicā cōstātianā quā lateranēsem vocāt edificauit. Et rogatu siluestri petro basilicā
in vaticano: ⁊ pauli in via hostiensi extruxit. Edificat ⁊ iussu imꝑatoris in atrio sessoriano basilica sub ti-
tulo sancte crucis in hierusalē vbi sancte crucis ꝑtē aliquā reposuit inuentā ab helena matre. que demū de-
deo deqꝫ hoībus bene merita rome diē obijt. xv. kal. septēbris.

Arrius hereticus



ARrius ꝑ̄sbyter quidā apud alexādriā vir q̄dē specie ⁊ forma magis q̄ꝫ vir-
tute insignis: ⁊ laudis ac glorie potiꝰ q̄ꝫ veritatis cupidus serere discordiā
ī fide xp̄i cepit. Separe em̄ filiū ab eterna ⁊ ineffabili dei p̄ris substātia conabat
his verbis erat aliq̄n q̄n nō erat: nō intelligēs filiū patri coeternū esse: ⁊ eandē
in trinitate subam. cū dictū sit ego ⁊ pater vnū sumꝰ: atqꝫ his suis fraudibꝰ ꝑua-
lere conatus est: ac sic pene totū orbē suo infecit errore: interea arriana heresis in-
ualuit. fauēte constātio q̄ n̄ros cogebat arriū recipe. Secūdo itaqꝫ cōstātij anno
apud laodiceā vrbē syrie (vel vt alij volūt) apud tyrū cōciliū indicit eo cōuenere
catholici ⁊ arriani. cū aūt arrius quedā reuellere nō posset ad cōuicia versus ma-
gicas artes athanasio viro sanctissimo obicit: ꝓlato in loculis arsenij brachio.
Quē tandē diabolicū virū deꝰ nō ꝑmisit inpunē: q2 haud multo post epōrꝝ ⁊ ꝑp̄li frequētia stipatus: dum
leuandi ventris causa ad publicū locū declinat: egerere conatus intestina omnia in cuniculum latrine de-
misit: mortem certe passus vita turpissima condignā.

Concilium Nicenum



NIcena synodus prima oīm synodorꝝ hoc an-
no qui est sextus decimꝰ imperij constātini an-
nus contra huiꝰ ꝑfidi arrij dogma sūmo pōtifice ⁊
cōstātino magno augusto iubētibꝰ. Cū alexander
alexandrine vrbis ep̄s frustra reuocare arriū ab er-
rore tentasset. cō stātini mādato adhibita etiā impē-
sa munifice quidē apud nicenā vrbem bythinie cō-
ciliū generale indicit. Cui. ccc. ⁊. xviij. ep̄i interfue-
re. Disputatū est eo in loco aliq̄ꝫdiu: ⁊ quidem acri-
ter. Nā viri aliq̄ in q̄stionibꝰ callidi: arrio tū q̄dem
fauebāt: simplicitati fidei nostre aduersantes. lꝫ ex
his quidā doctissimꝰ ph̄s diuino sp̄ū motꝰ vno mo-
mēto fidē n̄ram quā antea impugnabat: vt sanctā
⁊ integrā statim amplexus sit. Tādē vero reipsa ī
cōcilio diligēter discussa cōcludit
scribi debere. id est eiusdē cū patre subē filiū cōfite-
ri. Qui vero cū arrio sentirēt fuere ad decē ⁊ septē
affirmātes extrinsecus creatū esse dei filiū ⁊ non ex
ipsa patris diuinitate ꝓgenitū. Cognita aūt tante
cōtrouersie veritate. Constātinꝰ decretū cōcilij affir-
mat: ꝓposito cōtradicētibꝰ exilio. vnde sex tm̄ cum
arrio exulauere. Reliqui em̄ in sn̄iam bene iudican-
tiū venere. In eodē vō cōcilio dānatos ferunt ⁊ photinianos a photino epō gallogrecie nomē ducentes
q̄ ebionitarū heresim imitati affirmabāt xp̄m a maria ꝑ io coitu fuisse conceptū. Dānati ⁊ sabelliani q̄ vnā
tm̄ ꝑsonā patri filio ⁊ sp̄ūisancto ascribunt. In eo q̄ꝫ cōcilio q̄rimoniarū libellos (vt fit) ep̄i ipsi constātino
dabant: seinuicē accusantes: expetentesqꝫ a principe iudiciū: quibus imꝑator optimꝰ r̄ndit: cōbustis eorꝝ
libellis. eo dei tm̄modo ⁊ nō hominū iudiciū expectare debere. Preterea in eodē concilio decretū est ne qui
se impatientia libidinis castrarent in clerū amplius reciperent. Multa deniqꝫ alia ad honestatem ⁊ pacem
eccl̄ie vt in decretis habet in eo concilio constituta sunt.

Paulus heremita



Paulus primꝰ heremita apud inferiorē thebaidā quarto ydus ianuarij cētesimo decimotercio vite sue anno ī heremo diē obijt. cuiꝰ aīaꝫ (vt diuꝰ scribit hieronymꝰ) beatꝰ antoniꝰ ꝯfestiꝫ inter choros aplo͞ꝝ ꝛ ꝓphaꝝ euolare vidit. Fuerat hic post mortē amboꝝ parentū ī hereditate locupleti relictꝰ annoꝝ circiter sedecim. lr̄is tā grecis q̄ꝫ egyptiacis apprime eruditꝰ. māsueti aīi deū valde amans Et duꝫ ꝑsecutionis ꝓcella decij ꝛ valeriani detonaret: in villā remotiorē secessit. Tandē repit saxosuꝫ mōtē ad cuiꝰ radices erat grādis spelūca: q̄ lapide claudebatur: ꝛ intꝰ grāde vestibulū qđ apto desuꝑ celo patulis diffusa ramis vetus palma cōtexerat: fontē lucidissimū ostēdēs. Igitᷣ adamato q̄si qđ a deo sibi offerretᷣ habitaculo oēm ibidē in oꝛonibꝰ ꝛ solitudine duxit etatē. Cibū ꝛ vestimētū ei palma p̄bebat. ad quē diuꝰ antoniꝰ accessit. ꝛ inter sermocinationes cōspiciūt aliteꝫ coꝛuū in ramo arboꝛis. q̄ inde leuiter subuolat ꝛ integrū panē añ oꝛa mirantiū deposuit. Inq̄t paulꝰ dn̄s prādiū misit sexaginta iam anni sunt quo dimidij panis accipio fragmentū: nunc duplicauit annonā. deinde post antonij abscessum. molli sopoꝛe dissolutꝰ: erecta ceruice extensisq̄ꝫ manibꝰ in altum coꝛpus exanime. Leones aūt humū pedibus scalpere ceperunt capacē locū foderunt. In quo antonius sanctū coꝛpus deposuit: ꝛ tumulū ex moꝛe cōposuit. Et tunicā sibi vendicauit quā in spoꝛtarū modū de palme folijs contexerat ꝛ ad monasteriū suū reuersus: discipulis cuncta ex oꝛdine replicauit: diebꝰ pasce vel penthecosten pauli tunica vestitus est.

Antonius abbas



Antoniꝰ abbas egyptiꝰ vir plane diuinꝰ. ꝛ q̄ꝫmaxīe sermone ꝛ ope potēs his tpibꝰ claruit hic tanta sapientia diuinoꝝ ac prudētia moꝝ. nō ꝑ studiuꝫ humanū: sciarū ignarus: sed diuino munere fuit repletꝰ. Constātinꝰ impatoꝛ lr̄as (rogatꝰ instāter) ab eo multa celebritate recepit. Septē q̄ꝫ eplas vt diuꝰ testatᷣ hieronymꝰ egyptiace scripsit ac ad ecclīas egypti destinauit: que tpibꝰ illis legebātᷣ vt eple pauli in ecclesijs: quas postmodū ob sn̄ias grauissimas quidā in grecam linguā transtulerūt. Valuit aūt multū suis tpibꝰ admonēdos hoīes eiꝰ sanctissima auctoꝛitas. Cui lr̄is ꝛ nūcijs helena se ac filios sepe cōmendauit. Eius cibus solus panis erat: aqua potus: nec vnq̄ꝫ nisi ī occasu solis comedebat. hō egyptiꝰ oīno cōtēplatiōi deditꝰ. huiꝰ quidē vitā athanasiꝰ alexandrine vrbis eps insigni volumine ꝑscripsit. Obijt aūt hic vir oī p̄conio dignꝰ: in thebaida anno dn̄i. ccclx. etatis sue anno cētesimo q̄nto. cuiꝰ cū coꝛpꝰ diu occuluisset postea imperāte iustiniano magno impatoꝛe diuina reuelatione reptū fuit. Et ex thebaida alexandriā primo delatuꝫ. postea ī galliā trāslatū apđ viennā ꝯdigno honoꝛe nūc vsq̄ꝫ requiescit. eiꝰ aūt natale. 16. kalᷣ. februarij celebratᷣ.

Hilarius eps



Hilariꝰ illustrissimꝰ pictauiensis eps ꝛ oīm lr̄aꝝ eruditissimꝰ ac semꝑ xp̄ianꝰ optimꝰ. Cū vidissent pictauiēses q̄ tota v̄tute oēs hereticos expugnabat: eū in epm elegerūt. Is ne dum eā ꝓuinciā sed ꝛ franciā ab hereticis defendens. apud constantiū in his tumultibꝰ accusatꝰ. q̄ arrianis etiā fauebat. ad exiliuꝫ missus ad insulā gallinariā plenā serpētibꝰ cuiꝰ aduētu oēs disperierūt. Inde reuocatus ab impatoꝛe redeūti pictauiū obuiū defunctū filiū sine baptismo suscitauit Saturnini arelatēsis epi factione ob catholicā fidē apud phrigiā relegatꝰ libros de nr̄a religione cōposuit. Sed deniq̄ꝫ post multas arrianoꝝ vexationes ad vrbē suā reuersus anno salutis nr̄e. 371. migrauit ad dn̄m. Et hos descriptos libros edidit. De trinitate libros. 12: de synodo. ad cōstātiū. aduersus arrianū exemplū blasphemie auxentij. hymnos ꝛ carmina primꝰ inter catholicos edidit.

Athanasius eps

Athanasiꝰ alexandrinꝰ eps vir sanctitate ꝛ scīa cōspicuus hisdē tpibꝰ plurimas ꝛ graues quidē ꝑsecutiones ab arrianis ꝑtulit. Naꝫ supioꝛibꝰ annis in laodicensi cōcilio ꝯ arrianos cōstitutꝰ cū rōnibꝰ euidētissimis atq̄ꝫ argumētis foꝛtissimis filiū patri omousion affirmaret. qđ arrius ꝛ eiꝰ seq̄ces refellere nō poterāt: vniuersuꝫ pene oꝛbē in sui ꝑsecutionē cōcitauit. Arriani q̄ꝫ brachiū a cadauere ꝑcidētes impatoꝛi ostenderūt asserētes in cōcilio athanasiū arsenio abscidisse ad faciēdū maleficia. Is tn̄ clāculū custoditꝰ tandē brachia ostēdit ꝛ eoꝝ fallaciaꝫ detegit. Dānatᷣ itaq̄ꝫ violēter iubente constantio athanasiꝰ: qui quidē fugiēs sex cōtinuis annis ī lacu cisterne carētis aqua ita delicuit: vt solē nūq̄ꝫ viderit. Indicāte deinde ancilla quedā. cū in eo eēt vt caperetᷣ. dei monitu ad cōstantis partes ꝯfugit q̄ frēm constātiū minis certe coegit athanasiū recipe. Tandē post multos agones multasq̄ꝫ patiētie coꝛonas tpe valētiniani ꝛ valētis impatoꝝ. Anno dn̄i 379. Sacerdotij v̄o sui sexto ꝛ q̄dragesimo. sexto nōs maij migrauit ad superos Scripsit libros aduersus gentes ꝛ plures alios cū simbolo. Quicūq̄ꝫ vult saluus esse ꝛc̄.

Iuuencus hispansu poeta p̄sbyter cardinalis genere nobilis: sed virtute ꝛ doctrina nobilioꝛ. ꝑ hoc tēpus admodū clarus existēs. q̄ tetra euāgelia hexametris versibꝰ fere ad verbū trāfferēs quatuoꝛ libris composuit. Scripsit ꝛ quedā eo genere metri ad sacramētoꝝ oꝛdinē pertinentia.

Hiberoꝝ quoq̄ꝫ gens que sub axe pontico iacet fidem xp̄i intelligunt a captiua muliere. ꝛ credūt bacurio rege oēs id cohoꝛtante constructo templo magni operis. Armeni quoq̄ꝫ in occidētali plaga hiberis viciniores fidem susceperūt. Inde ad finitimas gentes xp̄ianū dogma ꝑuenit.

Scisma secundū ortū habuit ab arrianis inter liberiū ⁊ felicē. Nā concilio apud mediolanū habito oēs qui athanasio fauebāt in exiliū pelluntꝰ atqꝫ liberius triennio ab vrbe abfuit. in eius locū felicē elegerūt. Tandem constantiꝰ pulso felice liberiū introduxit. vnde psecutio ita vehemēs exorta est vt in ecclesijs ipsis pſbyteri ⁊ clerici passim necarent.

Anno mundi. 5553. Anno christi. 353.

Felix secundus papa natione romanꝰ pře anastasio: liberio pdicto ab hereticis pulso: ab ipsis pōtifex creatꝰ vel potiꝰ in liberij locū a catholicis subrogatū esse. licet id factū ab hereticis hieronymꝰ affirmet. cū tñ statim vbi pontificatū inijt. Constātiū magni cōstantini filiū hereticū ⁊ secūdo rebaptizatū pmulgat ab eusebio nicomediensi epo in aquilone villa nō longe a nicomedia. Dum aūt altercatio esset ⁊ quidē magna (vt diximꝰ inter liberiū ⁊ felicem) arriana heresis bifariā diuidit. Felix aūt postremo cū nulla in re orthodoxe fidei deesset ab aduersarijs captus: vna cū multis secū bene sentientibus interficit. Sepelitqꝫ in basilica quā ipse edificauit via aurelia secūdo ab vrbe roma miliario duodecimo kal. decembris. Sedit aūt tñmodo annū vnū: mēses quatuor: dies duos propter seditionē a liberio motam.

Anno mundi. 5563. Anno xpi. 364.

Damasus papa natione hispanus patre antonio post liberiū pontificem iuliani tpibꝰ fuit vir sane bonus ⁊ optimꝰ pōtifex. Censuit aūt ne quis in iudicio ante factā examinationē dānaret. Mandauit em̄ sub anathematis pena ne quis temerario ausu a sede romana cōcessa psumeret vsurpare. his cōstitutionibꝰ pmulgatis pacata tandē eccl'ia damasus ocio litterario delectatꝰ vitas pōtificū oīm qui ante se fuere cōscripsit: easqꝫ ad hieronymū misit. Nō destitit tñ ⁊ templa ⁊ cultū diuinū augere. duas em̄ basilicas edificauit. vnam iuxta theatrū: alterā via ardeatina ad cathecūbas. versibꝰ quoqꝫ elegantibus sanctoꝝ corpora eo loci sepulta exornauit ad memoriā posteritatis. Preterea basilicā quā ipse in honorē diui laurentij nō longe a theatro pompeiano condiderat: maximis muneribꝰ ornauit. vt psalmi qꝫ alternis vicibꝰ in eccl'ia canerent. in fineqꝫ eoꝝ verba hec ponerent. Gloria při ⁊ filio ⁊ spūisancto īstituit Primꝰ etiā hieronymi scriptis auctoritatē dedit. cū pr'ꝰ. lxx. interptuꝫ scripta tñmodo in pcio essent. Nā ⁊ hieronymi biblia legi cepta est: ⁊ psalmi eiusdē fideliter ex hebraico traducti. Cū antea apud gallos potissimū incōposite legerent. Tandē cū multos pſbros ⁊ epos. ij. ⁊. lx. creasset morit ac sepelit via ardeatina cū matre ⁊ sorore in basilica a se cōdita: tercio ydus decembris. Sedit annos. xix. mēses tres: dies. xj. Uacat tum sedes dies vnū ⁊. xx.

Scisma terciū fuit inter damasum ⁊ vrsicinū cū damasus electus ad pontificatū obeundū vrsicinū diaconū habuit cōpetitorē ī basilica quē sicinini appellat: vbi multi vtrīmqꝫ cecidere in ipso templo cū res nō suffragijs tñ sed vi ⁊ armis tractaret: Uerū nō ita multo post sacerdotū ⁊ ppl'i cōsensu damasus eps cōfirmat. ⁊ vrsicinus ad neapolitanā eccl'iam traducit. damasus aūt adulterij accusatꝰ publico pcilio cām dixit: vbi ⁊ innocēs absoluit. Et cōcordiꝰ atqꝫ calixtus diaconi falsi accusatores damnati ⁊ reiecti ab eccl'ia sunt. Cautūqꝫ lege est vt deinceps penā talionis subeāt q̄ aliquē falso accusauerint.

Anno mundi. 5583. Anno xpi. 384.

Siricius papa natione romanꝰ patre tyburcio post damasum valentiniani tpibꝰ fuit. Is censuit monachos quoꝝ vita pbata eēt: posse sacris iniciari. a primis ordinibꝰ vsqꝫ ad epatum. censuit item ordines p interualla dandos. Manicheos pterea qui in vrbe erant vetuit cōmunicare cū fidelibꝰ. Penitētes aūt ⁊ redeuntes ad gremiū orthodoxe fidei recipiēdos esse si monasteriū ingrederent atqꝫ ibi ieiunijs ⁊ orationibus se toto vite sue tpe macerarent. Uiaticū siquidē tum demū ab ecclesia recipiebāt. vbi de optima vita eoꝝ constaret. Consecrari aūt presbyterū ab epo tñ censuit. Instituit itē vt qcūqꝫ aut viduā aut secundā vxorē duxisset ab eccl'iastico officio pelleret. hereticos quoqꝫ p manus impositionē recipiendos censuit. Syricius vo compositis ecclesie rebus. ac creatis sex ⁊ viginti pſbyteris: diaconis sedecim: epis duobꝰ ⁊ triginta: ex sacris ordinibus quinquies habitis. Morit ac sepelit in cimiterio priscille via salaria. 8. kal. marcij. Sedit enim annis. xv. menses. xj. dies quinqꝫ ⁊ viginti. Uacat tum sedes dies viginti.

Linea sūmoꝝ pontificum

Felix



Damasus



Syricius



IUlianꝰ galli cesaris germanꝰ. cū solus in impio romano constantiꝰ augustus fuit mox iulianū patruelē suū. quippe qui ex cōstantio patris cōstantini fratre natꝰ erat cesarē creatū In gallias seditione quorūdā tyrānoꝝ tumultuātes misit: tradita in mr̄imoniū sorore: a quo modicis copijs apud argentinā tum gallie vrbē ingentes alamanoꝝ copie extincte sunt. rex nobilissimꝰ captus: gallie restitute. Submotiqꝫ vltra rhenum germani. neqꝫ multo post cuꝫ germani etiā exercitꝰ galliarū p̄sidio tollerent ꝯsensu militū factꝰ est augustus quo audito ꝯstantiꝰ apoplexia obijt. hoc aūt morbo dixere medici hoīem interijsse ob dolorē aī ⁊ grauē cogitationē in quā rebellāte iuliano inciderat. vir aūt erat iulianꝰ egregiꝰ ⁊ rē publicā insigniter moderaturꝰ si ꝑ fata licuisset. Liberalibꝰ disciplinis apprime eruditꝰ: grecis doctior. facūdia ingenti ⁊ ꝓmpta mēorie tenacissime. ī amicos liberalis. ꝓuincialibꝰ iustissimꝰ. glorie cupidus Uerū hec oīa ad extremū euertit duꝫ xp̄ianos ꝑsequit. Callidior tn̄ ceteris ꝑsecutor nouis neqꝫ tormētis primo ſ p̄mijs honoribꝰ blādicijs ꝑsuasionibus maiorē fere ppl̄i partē qꝫ si atrocior fuisset elicuit. Uetuit aūt ne xp̄iani auctorū gentiliū studia adirent: neue schole nisi his qui deos deasqꝫ venerarent paterent. Sunt q̄ scribūt hūc antea clericū fuisse postea a fide nr̄a defecisse: vnde hoīem apostatā vocant. hinc rerū publicarū potitꝰ ingenti apparatu parthis intulit bellū. assyriāqꝫ populatꝰ. remeāsqꝫ victor duꝫ se incōsultꝰ p̄lijs inseruit hostili manu interfectꝰ est. 6. kal̄. iulij impij āno septīo etatis altero ⁊ trigesimo

IOuinianꝰ genitꝰ patre varramiano incola agri singidonēsis ꝓuincie pānonie. hic fuit insignis corpe: letus ingenio lr̄arū studiosus ad obtinendum imperiū. cōsensu exercitu lectꝰ est cōmēdatione patris militibus qꝫ sua notior Impator aūt ab exercitu electꝰ non prius ꝓfiteri impatoris nomē voluit: qꝫ oēs cōclamarūt se xp̄ianos eē. quibꝰ collaudatis ⁊ imperiū suscepit ⁊ exercitū e manibꝰ barbaroꝝ liberauit: postea turbatis rebꝰ exercitu quoqꝫ inopia laborante: vno a persis atqꝫ altero p̄lio victꝰ: pacē cū Sapore necessariā quidē sed ignobilē fecit mutatis finibꝰ: ac nōnulla impij romani ꝑte tradita. qd̄ ante eū annis. ccc. ⁊ viginti duobꝰ fere exquo romanū imperiū conditū erat nunqꝫ accidit. Tandē illiricū petens in gallicie finibꝰ repētina morte obijt. vir alias neqꝫ iners neqꝫ imprudens. Multi exanimatū opinant nimia edulitate. alij odore cubiculi qd̄ ex recenti tectorio calcis graue quiescentibꝰ erat. quidam nimietate prunarū quas graui frigore adoleri multas iusserat. Decessit imperij mense septimo quartadecima kal̄. marcias. etatis vt qui plurimū vel minimū tradunt tercio ⁊ trigesimo anno: qui ꝓpria natura admodū liberalis fuit.

VAlētinianus e pānonia cibaliensi editus cū esset tribunꝰ scutarioꝝ apud nicēā augustꝰ appellatꝰ: anno ab vrbe condita millesimo cētesimo nono decimo. frēm valentē cōstantinopoli in cōmunionē regni assumpsit. q̄ cū sub iuliano augusto xp̄ianitatis integrā fideꝫ gereret. iussus ab impatore sacrilego aut īmolare idolis: aut milicia excedere sponte discessit: nec mora iuliano interfecto. iouinianoqꝫ mortuo valētinianꝰ qui ꝓ noīe xp̄i amiserat tribunatū in locū ꝑsecutoris sui accepit imperiū. postea vo imperij sui anno tercio: gratianū filiū nec duꝫ bene puberē hortatu socrus ⁊ vxoris augustū creauit. Procopiū virū audacē apud ꝯstātinopolim tyrānidē inuadēs res nouas moliētē mira celeritate opprimit. Ualēs interea ab eudoxio arriane hereseos ep̄o baptizatꝰ: in seuissimā heresim dilapsus nostros ꝑsequit ⁊ in exiliū pellit: mortuo p̄sertim anastasio: quo viuēte res xp̄iana sex ⁊. xl. annis mirifice sustentata est sed fratris auctoritate cōpressus est. Ualentinianꝰ quoqꝫ saxones gēteꝫ in littoribꝰ ⁊ paludibꝰ in vijs sitam romanis finibꝰ eruptionē meditātē ī francoꝝ finibꝰ oppressit. Deniqꝫ anno imperij sui vndecimo cū sarmate sese ꝑ pannonias diffudissent dum apud brigionē oppidū squadoꝝ legationi respōderet anno eiꝰ quīto ⁊ quīquagesimo subita effusione sanguinis que grece apoplexis vocat voce amissa sensu integer exspirauit. Fuit aūt impator egregius vultu decens: solerti ingenio: aīo grauis: sermone cultissimꝰ: infestus vicijs maxie auaricie: ad loquēdū parcus: seuerus: vehemēs ⁊c̄.

VAlēs imperiū oriētis q̄tuor annis valētiniano mortuo tenuit graciano valētiniani filio ī occidētali parte regnāte. q̄ sibi valētinianū frēm paruulū admodū sociū creauit imperij. Ualens aūt a lucio cōstātinopolitano rebaptizatꝰ hostilē in modū nr̄os ꝑsequēs. Neqꝫ illis quidē parcēs q̄ in heremo erāt: lege data vt monachi militarēt. nolētes ꝑ tribunos ⁊ milites fustibꝰ iussit interfici. quoꝝ īnumera multitudo ꝑ vastas tūc egypti solitudines diffusa ꝯstat. p̄cipueqꝫ apud nitriā martyrij ꝯsecuta palmā. tum gothi sedibꝰ eius pulsi ꝑ oēs se tracias effundūt. quibꝰ dum valēs ire cū exercitu parat: sed sero ab exilio ep̄os ⁊ monachos reuocari p̄cepit. Ipse cū sagitta sauciꝰ: versusqꝫ in fugā ob dolorē nimiū sepe equo laberet atqꝫ ī vilissimā casulā deportatꝰ esset: supuenietibus gothis igneqꝫ supposito cōcrematus est quarto imperij sui anno. hec eruptio gothoꝝ clades romani imperij ac totius italie fuit.

Linea Imperatorum

Julianus



Jouinianus



Valentinianus



Valens



Nicolaus eṗs



NIcolaꝰ ex illustri ꝓsapia ortꝰ ciuis patere vrbis licie. Is puer cū lacte matris aleret: bis in ebdomada quarta ⁊ sexta feria semel vbera sugere cepit. inde bone indolis adolescēs orbatꝰ parētibꝰ. inter cetera virtutis sue opera hoc memorādū pegit. Nobilis q̄dā cōuicaneꝰ eiꝰ ob inopiā tres filias nubiles ꝓstituere intēdebat. qđ vbi vir sanctꝰ cōperit. miserrimo hoī cōdoluit. Nocte sumēs aurū nō modicū ꝑ fenestrā clam intro ꝓiecit quo repto primā filiā nuptui tradidit. Idē de alijs fecit. Postea mirroꝝ eṗs electꝰ oēm humilitatem seruās: alacer erat in exhortādo: seuerus ī corrigēdo: mulierū colloq̄a abhorrēs. inde miraculis chorusꝯcare cepit: ne dum apud suos verū apud exteros. vt q̄ nomē eiꝰ inuocauerūt leuamē sentirēt p̄cipue in ꝓcellis ac naufragijs aquarū. Tandē grādeuus ⁊ plenꝰ dierū mortē adesse cernēs orare cepit: videns angelos ait. In te dn̄e speraui. postremo dicēs. In manꝰ tuas ⁊c̄. deo aīam tradidit. ad cuiꝰ tumbā oleū ꝓrupisse ferūt q̄ egroti illiti sanitatē recipiebāt. cuiꝰ festū. 8. idꝰ decēbris celebramꝰ.

Donatꝰ hereticus



DOnatꝰ hereticꝰ natiōe apher: a quo donatiste heretici nomen sumpsere. hac miserrima tempestate viguit q̄ ex numidia veniēs multa ꝯ͂ catholicos scripsit ⁊ totā pene affricā atq̄ꝫ iudeā sua pestifera ꝑsuasione decepit. cuiꝰ error fuit q̄ꝑ filiū p̄re minorē eē dicebat ⁊ spm̄sanctū filio minorē necnō ⁊ catholicos eē rebaptizādos. demū tn̄ e carthagine cū multo probro pulsus est. Scripsit multa ⁊ maxime librū de spū̄sancto arrianā doctrinā cōtinētem.

Eunomiꝰ hereticus

EUnomiꝰ alter hereticꝰ his tpibꝰ fuit. vn̄ eunomiani heretici vir corpe ⁊ aīo leprosus. nec secꝰ interiꝰ quā exteriꝰ: morbo regio correptꝰ. qui cū primus arriane ꝑfidie sectator fuisset aliā q̄ꝫ adiecit ⁊ disseminauit falsitatē. affirmabat ī rebꝰ oībꝰ ⁊ filiū dissimilē p̄ri: ⁊ spm̄sanctū cū p̄re ⁊ filio nil habere cōmune.

Macedoniꝰ hereticꝰ



MAcedoniꝰ q̄ꝫ quē nr̄i ante errorē cōstātinopolitanū eṗm fecerāt. ab arrianis expellit̄ q̄ꝛ filiū p̄ri silem fatebat̄: lꝫ spm̄sanctū nō secꝰ atq̄ꝫ illi blasphemaret. ⁊ multa scādala ꝯcitauit a q̄ macedoniani heretici dicti sūt.

Donatꝰ grāmaticꝰ

DOnatꝰ grāmaticꝰ ⁊ nō minꝰ rhetor ac ph̄s diui hieronymi p̄ceptor rome tūc insignis plurimū fuit q̄ inter cetera in terēciū cōmentatꝰ est. ⁊ vt ferunt hic donatus est cuius libellus vsq̄ꝫ hodie in scolis a pueris legit̄ prima rudimēta grāmatice discentibus.

IUlianꝰ imp̄ator vanitati magice deditꝰ erat ⁊ vt nr̄is stomachū faceret iudeis tēplū hierosolymitanum restituit cū diceret se alibi sacrificare nō posse. q̄ certe tanta arrogātia elati sunt vt maiore impēsa q̄ꝫ antea restituere conarent̄. veꝝ nō ita multo post terremotu templū corruēs ⁊ multos iudeos simul oppressit Sequēti aūt die incēdio diuinitꝰ īmisso ⁊ ferramēta ipsa ꝯsumpta sunt ⁊ eo miraculo multi iudei ꝑterriti ad fidē xp̄i venere. Scribūt quidē iulianū sagitta ex incerto missa trāsfixū fuisse: eundēq̄ꝫ exclamasse manu ad celum extēsa vicisti gallilee vicisti. Nā xp̄m gallileū appellabat ⁊ fabri filium.

Johānes ⁊ paulus



IOhānes ⁊ paulꝰ xp̄ianissimi viri frēs romani ꝑclarissimi. audiēs iulianꝰ q̄ꝑ de rebus suis paupes sustētarēt. hoc āno a q̄dā therenciano campi ductore capti apđ romanā vrbē post īnūera verbera iussu iuliani sexto kal. iulij palmā gladio cedēte adepti sunt. ⁊ ī foueā domꝰ abscōditi. dicēs eos ī exiliū missos tādē a filio eiꝰ obsesso manifestati p̄r cū filio fidē recepit.

Gordianꝰ ⁊ epimachꝰ



GOrdianꝰ ⁊ epimachus viri p̄clarissimi ⁊ ipsi sb hoc tumultu rome ī via que latina nūcupat̄ martyrio coronant̄. quoꝝ prior ꝓ nois xp̄i ꝯfessione diu plūbatis cesus postea sexto idus maij capite trūcat̄ ⁊ ꝓiectū corpus eius ad canes nocte a familia eius sepultū est.

IUlianā insuper virginē romanā idem sacrilegus iulianus tam diu plūbatis cedi fecit: donec ⁊ ipsa spiritū emitteret. Demetria item romana virgo sub hac ꝑsecutione rome martyrio coronata est que crudelissime verberata. x. kal. Julij. spiritum emisit.

QUiriacus qui ⁊ iudas hierosolymitanus eṗs hac tempestate cū anna matre sua ꝓ xp̄o martyriū cōstātissime sumpsit. Hic est ille qui helene locū ostendit in quo crux fuit abscondita ⁊ ob eius miracula gloriā eius semper aunūciare voluit quāobrē a paganis captus cruci affixus est. Et ꝓpterea ab ipso (vt multi asserūt) cruciferoꝝ ordo iniciū sumpsit. de quo inferius sub Innocentio quarto.

PEr hec tp̃a apud atrabatas vera lana de nubibꝰ pluuie mixta defluxit cōstātinopoli grando mire magnitudinis decidēs nōnullos hoīm extinxit. ⁊ terremotus ꝑ orbem factus est. Ea tēpestate athanaricus rex gothoꝝ xp̃ianos in gēte sua crudelissime ꝑsequit̃ ⁊ ad coronā martyrij sublimauit. Burgundionū q̃z plusq̃z. lxxx. milia armatoꝝ ripe rheni fluminis insederūt: q̃ tñ nō multo post tp̃e xp̃iani effecti sunt. Post illa tp̃a sub impio valētis gens hunoꝝ diu inaccessis seclusa mōtibꝰ repentina rabie parcita: exarsit in gothos: eosq̃z cōturbatos ab antiq̃s sedibꝰ expulit. Gothi trāsito danubio fugiētes. a valēte sine vlla federis pactione suscepti sunt. Deinde ꝓpter intollerabilē auariciā maximi ducis fame compulsi in arma surgētes: victo valētis exercitu: sese ꝑ tracias infudere: oīa cedibꝰ incendijsq̃z vastātes. Deniq̃z petentibꝰ gothis vt eis ep̃os mitteret a quibꝰ fidei rudimēta susciperēt. valens doctores ad eos arriani dogmatis misit: sicq̃z vniuersa illa gens effecta est arriana. Gothi v̾o imꝑatore occiso iam securi ad vrbem ꝓperant constantinopolitanā vbi adhuc dñica augusta valentis vxor multas pecunias plebi largita ab vrbis vastatione hostes submouit: regnū cognatis fideliter seruauit.

COnstat eā gentē que ꝓgethica dicta est gothica a scythis originē habuisse. Scythas v̾o primos eē in europa sub septētrione ⁊ ad tanays limitē feros ac paratissimos ad mortem. ⁊ suꝑiores sedibus ostrogothos. visigothos inferiores: hos ab occidētis: ab orientis illos plaga in quam versi habitarent fuisse in patria appellatos. Sunt aūt huni ⁊ ipsi scythe. Sed eo quā gothi efferaciores: quia montibꝰ ripheis propius incolentes magis septētrionū rigoribus exponunt̃.

Basilius magnꝰ



BAsiliꝰ magnꝰ cesaree capadocie (q̃ priꝰ maza vocabat̃) ep̃s ⁊ monachorum multoꝝ institutor ⁊ pater. Vir certe oī sapiā oīq̃z virtute ꝯspicuꝰ: ꝑ hec tp̃a mirabiliter effulsit: q̃ inter cetera sue virtutis ⁊ sctītatis monumēta iuuenē quendā (ob amorē puelle) diabolo obligatū deo recōciliauit. ⁊ obligationis sue cartā sibi reddi imꝑauit: q̃ cū egregiꝰ doctor haberet̃ ꝯ eunomiū egregios libros edidit. Scripsit ⁊ librū de spūsancto: ⁊ monachoꝝ instituta atq̃z alios breues ⁊ varios tractatus edidit. Monachoꝝ ordinē in grecia instituit. q̃bꝰ ⁊ regulā approbatā tradidit. Obijt deniq̃z sctīssimꝰ pater sexto imperij valētiniani anno die primo mensis ianuarij multis miraculis clarꝰ: mēoriā vite sue omnibꝰ derelinquēs q̃ ꝭm opationē spūssancti viuūt. Duos habuit fratres gregoriū ⁊ petrum viros doctissimos. gregorij extabāt eusebij tp̃ibꝰ aliqua volumia. Basiliū aūt cū gregorio capadocia genuit vt ait eusebiꝰ: ambo fuere nobiles: ābo athenis eruditi.

Gregoriꝰ nazianzenꝰ



GRegoriꝰ nazianzenꝰ ep̃s q̃ basiliū ad monasteriū ꝑduxit in diuinis opibus hieronymi p̃ceptor. his diebꝰ ob sctītatē eruditionēq̃z ⁊ eloquētiā maximo in p̃cio eū fuisse dicūt: multa scripsit: maxīe v̾o in laudē cipriani athanasij maximi ph̃i. Scripsit ⁊ ꝯ eunomiū duos libros. cōtra iulianū imꝑatorē librū vnum. Laudauit ⁊ nuptias ⁊ virginitatē exametro versu. leuauit ⁊ ꝯstātinopolitanos ab heresi rōnibꝰ: ⁊ suo elegātissimo dicendi genere. in quo polennonū virū eloquētissimū secutꝰ est. Is postremo dux senex admodū eēt: successorē sibi deligēs ruri vitā monachi duxit. Basilius aūt sub gratiano hic v̾o sub theodosio postea morit̃. Epiphaniꝰ q̃z cipri salamine ep̃s hereses oēs elegantissimis voluminibus impugnauit. In extremaq̃z senectute constitutus varia condidit opuscula. moriēs deniq̃z vt sanctus quarto ydus maij

Macharij



MAcharij duo in syria btī antonij discipuli magne auctīs tūc erāt. quoꝝ alter in suꝑiore: alter in inferiore habitabat heremo. eoꝝ vitā ac alioꝝ patrū nitrie egypti ꝓuincie diuꝰ hieronymꝰ cōscripsit. Hilarion q̃z sctīssimꝰ abbas ꝑ hec tp̃a apud cyprū insulam nō longe a salamina vrbe vir sanctissimꝰ viso antonio post asꝑrimā vitā. xij. kal. nouēbris diē obijt. Arseniꝰ itē ex senatore romano monachus vita ⁊ miraculis clarus in pallacio theodosij principis sublimis ad heremū scythie ꝑrexit. iuxta vocē sibi dicentē. Arseni si vis saluꝰ fieri fuge hoīes ⁊ tace. Ideo in seruicio xp̃i anno vite sue nonagesimoquito dormiuit in pace. Pastor itē postea matrē suā in heremo nūq̃z videre voluit. Paphnuciꝰ q̃z abbas apud thebaidā thaisim impudicissimā meretricē ad xp̃m ꝯuertit cū btī onufrij vitā cōscripsit. tandē videntibꝰ monachis ab angelis in celū susceptus est. Agathonē abbatē etiā eo tp̃e fuisse dicimꝰ q̃ ꝑ trienniū lapidē ore detulit vt silētij virtutē ꝑcipe mereret̃ pluresq̃z alij anachorite viguerūt.

Maria egypciaca



MAria egypciaca meretrix p̃mo appellata: deinde sctītatis ⁊ pnīe ac ꝑseuerācie exemplū. quadraginta em̄ septē annis in heremo pniaꝫ artissimā ꝑegit secum duos panes deportās vltra iordanē q̃ post modicū arefacti quasi lapides obdurauerūt ex q̃bꝰ modicū ad aliq̃s annos comedēs vitā trāsegit. Tandē q̃rto nōs aprilꝰ migrauit ad dñm. cuius corpꝰ zozimas sctīssimus abbas sepeliuit.

EVphrosia q̃z genere ⁊ virtutibus p̃stantissima in monasterio ꝑ decē ⁊ octo annos cū incredibili abstinētia atq̃z labore vsq̃z ad trigesimū vite sue annū ꝑmansit. Hoꝝ patrū ac mulierū cōplurimoꝝ vitā ⁊ cōuersationē heremiticaꝫ diuus hieronymus eleganti stilo cōscripsit.

Linea Sūmoꝝ pontificum

Anastasius



Innocentius



Zozimus



Bonifacius



Anno mundi.5593. Anno xp̄i.394.

ANastasius papa natione roman⁹ patre maximo: post syriciū pōtificē im/perāte graciano vrbis rome ep̄s creat᷑. qui pōtificatu inito rei diuine cauēs: cōstituit ne sacerdotes vllo modo sederēt. sed curui ꝛ venerabūdi starent cū sacrū euāgeliū aut caneret᷑ aut legeret᷑ i eccl'ia dei. Neue peregrini maxime aūt trāsmaritimi in clerū reciperent᷑. nisi q̄nq꜀ ep̄oꝝ pre se ferrēt cirographa. hoc aūt factū esse aiūt ꝓpter manicheos qui tū in affrica magno in p̄cio erāt ꝛ ad corrūpendā fidē de suis quoq꜀ versū mittebāt. Cōstituit itē ne debiles ꝛ manci: neue aliq̄ mēbro caretes in numerū clericoꝝ reciperent᷑. Basilicā q̄ꝫ (que crescētina vocat᷑) in regione secūda via mamertina dedicauit. Tandē vbi ex sacris ordinationib⁹ bis in vrbe mēse decēbri habitis: p̄sbyteros octo: diaconos quinq꜀: ep̄os decē creasset morit᷑ ꝛ sepelit᷑ in cimiterio ad vrsū pilleatū 5. kal'. maij. annos vo tres: dies. x. sedit. Vacat tū sedes dies vnū ꝛ. xx.

Anno mundi.5603: Anno xp̄i.404.

INnocētius huius noīs prim⁹ papa natione albanus p̄re innocētio particeps theodosij tpoꝝ fuit. hic sanct⁹ fuit ꝛ multa ad religionē ꝑtinētia trāquillitate impij ꝛ beniuolētia principis vsus meditatus est. Cōstituit enī vt sabatho ieiuniū celebraret᷑. Et q̄ tali die xp̄s in sepulchro iacuisset ꝛ ei⁹ discipuli ieiunassent. De iudeis q̄ꝫ ꝛ paganis deq꜀ monachis regulas quasdā tulit. voluit vt eccl'ia semel ꝯsecrata: amplius nō cōsecraret᷑. Cataphrigas autē hereticos quoꝝ auctores vt diximus fuere mōtanus prisca ꝛ maximilla ab vrbe expulit. Preterea vo pelagiū monachū ꝛ celestinū hereseos dānauit eo q̄ liberū arbitriū diuine gr̄e anteferret: ꝛ q̄ diceret ad implēda diuina iussa volūtatē ꝑ se sufficiētē eē. Basilicā vo geruasij ꝛ ꝓthasij dedicauit. vestine mulieris impēsa structā ꝛ ornatā. Cōstituit itē vt singulis solēnibus festis i ecclesijs ante sacri receptionē pax xp̄icolis daret᷑. demū vbi ꝑ sacros ordines q̄ter in vrbe habitos. p̄sbyteros. xxx. diaconos. xij. ep̄os q̄tuor ꝛ q̄nquagīta creasset ꝑ diuersa loca. morit᷑ ac sepelit᷑ in cimiterio ad vrsū pileatū. 5. kal'. augusti Sedit annos. xv. mēses. ij. diebus quinq꜀. Vacat tū sedes dies. ij. ꝛ. xx.

ZOzimus papa natione grecus p̄re abrahā post innocentiū mortuo theodosio archadij ꝛ honorij qui patri impio successere tpib⁹ fuit. vir quidē sanct⁹ atq꜀ optimus in multa rerū ꝑturbatione rem diuinā nunq꜀ omisit. Constituit eī vt diaconi dum celebraret᷑ leuas tectas haberēt linostimis. Cōcessit item. vt in parochijs cerei sancto sabatho benedici possent. Bibere autē in publico clericis vetuit ꝛ potū publice vendere. In cellis fideliū id fieri posse nō negauit. Vetuit etiā ne serui in clerū reciperent᷑ q̄ huiuscemodi viros liberos ꝛ integros esse oporteret. Ferūt tū zozimū misisse ad carthaginēse cōciliū faustinū ep̄m duosq꜀ vrbis rome presbyteros vt ostēderet nil vsq꜀ publice agi debere sine cōsensu eccl'ie romane. At zozimus creatis in vrbe roma p̄sbyteris decē: diaconis trib⁹. ep̄is octo. morit᷑ ac sepelit᷑ via tiburtina apud corp⁹ beati laurentij martyris septimo kalendas ianuarij. Sedit annū vnū: mēses tres dies duodecim. Vacat tum sedes dies vndecim.

Anno mundi.5613. Anno.414.

BOnifacius primus papa natione roman⁹ patre iucundo p̄sbytero honorij tpibus fuit. quo pontifice creato orta tum in clero seditio est. Nā dū bonifacius in basilica iulij vrbis rome creat᷑. Eulalius in cōstantiniana basilica pontifex electus huic statim obicit᷑. Et hoc quartū ecclesie scisma fuisse dicitur. Qd̄ vbi honori⁹ (qui tum mediolani erat) intellexisset instante placidia cū filio valātiniano ambo ab vrbe pellunt᷑. Reuocat᷑ tñ septimo mense post bonifacius. ꝛ solus vrbis presul constituit᷑. Qui postq꜀ pōtificatū pacifice adeptus est Sotheris pape decretū cōfirmauit ne mulier vlla aut monacha scuratam pallā attrectaret: aut thura contingeret aut adoleret. Neue aliquis sacerdos ante annos. 30. ordinet᷑. Neue seruus aut obnoxi⁹ vel obercit⁹ in clerū reciperet᷑. Voluit itē ne absentes in iudicio vllo modo aut accusarent᷑ aut damnarent᷑. hic inter cetera condidit oratoriū in cimiterio sancte felicitatis martyris. eiusq꜀ sepulchrū ornauit marmoribus ꝛ argento. Nā ꝛ patenā argenteā librarū. xx. Et coronas argenteas tres. calices minores duas. ꝛ scyphū argenteū librarū. x. Bonifacius aūt vbi ex sacris ordinibus semel habitis: p̄sbyteros ꝛ ep̄os creasset. morit᷑ ac via salaria sepelit᷑ apud corpus sancte felicitatis. 8. kal'. nouembris. Sedit annis tribus: mensibus octo: dieb⁹ septem. quo mortuo clerici quidā eulaliū statim ad vrbē reuocāt: q̄ vel indignatione vel cōtemptu rerū humanaꝝ reuocationē spernēs anno post bonifaciū moritur.

PRofectum italia athilā vt pmissum est: auxilio leonis pape. ⁊ iam in norico superiori que nunc pars austria: pars baioaria dicit̄: statua ducentē athilā honoria valētiniani imꝑatoris soror ꝑ eunuchū pellexit: vt sese cupiētissimā in vxorē pcibus minisqʒ a fratre extorqueret. Id aūt magna verboꝝ instantia athila intentauit: impetraturū se nouit: ⁊ tamen homo luxu perditissimus cōtinere nequiuit: quin multis quas haberet: ⁊ secum in exercitu traheret vxorib⁹: aliā (cui ildiconi erat nomen) adderet. Cuius nuptiarū beneficio: mors eum oportuna e medio sustulit. Nāqʒ post cōuiuiū ꝓfusi⁹ hilariusqʒ celebratū: resupin⁹ alto in sopore cū demersus esset: sanguis e naribus ꝓfluens vitalibus opletis meatib⁹ eum necauit. Quod quidē illa nocte scribūt multi cognouisse ꝑ somniū apud constātinopolim marcianū: cui visum sit videre athile arcū (quo armoꝝ genere huni in primis vterent̄) fractū esse. Et intra id tempus germaniā omnem: datiamqʒ: sarmaciā ⁊ ceteras ꝓuincias ad danubiū rhenumqʒ sitas perdidit romana res publica. Hispania quoqʒ vlterior aquitania ⁊ vasconia atqʒ illa eduensinm vesunciouūqʒ gallie pars: quam burgundiones anno vrbis capte secundo ceperunt: sunt amisse. pariter factum est annis sequentibus de senonensi parisioꝝ francis subiecta. quorum omniū ꝓuinciarū nulla postmodum ꝓ romanoꝝ imperio est recepta.

Euthices hereticus



EUthices heresiarcha constantinopolitanus abbas: ꝑ hoc tempus suū dogmatizat errorē. ⁊ ne sentire cuʒ nestorio videret̄ diuinā cū humana natura: in idem cōpositū recidisse affirmabat vnūqʒ factū: nec vllo modo inter se distingui debere. hāc heresim cuʒ flauianus cōstantinopolitan⁹ eṗs damnasset. Theodosio annuente synodus ephesina indicit̄. In qua dioscoro alexandro eṗo ṗsidēte. euthices ipse iam damnat⁹: exilio relegatur Thimotheus quoqʒ hereticus insaniens multos errores disseminauit. Is concilio calcedonensi: perpetuo exilio damnatus est.



Anno mundi. 5670. Anno christi. 471.

SImplicïꝰ papa patria tiburtꝰ p̄re castino post hilariū. imꝑante leone secū do: ꝛ zenone fuit. hic vir sctissimꝰ ac rectissimꝰ: Instituit vt nullꝰ inuitus in ep̄m penitꝰ ꝓmoueret. ꝛ ne clericꝰ vllus possessionē bn̄ficij a laico recognosceret: qd̄ postea a gregorio ꝛ alijs pōtificibꝰ cōfirmatū est. Romanā aūt sedē esse primā oīm eccl'iarū declarat. Urbē p̄terea p̄sbyteris in quinqꝫ regiones diuisit. prima erat petri: secūda pauli: tercia laurentij: quarta iohānis lateranensis: quinta sancte marie maioris. Hic optimꝰ pōtifex has basilicas dedicat. ꝛ primo basilicā stephani ꝓthomartyris in celio mōte. basilicā andree apl'i nō lōge a templo sancte marie maioris ꝛ alias. At cū eccl'iaꝫ romanā nō institut solū. verū etiā donis auxisset. creassetqꝫ ex ordine p̄sbyteros diaconos ꝛ ep̄os morit ꝛ sepelit in petri basilica sexto nōs marcij. Sedit aūt annos q̄ndecim: mensem vnū: dies septē. Uacat tum sedes dies sex ꝛ viginti.

FElix eiꝰ nominis terciꝰ patria romanꝰ p̄re felice p̄sbytero ex regiōe fasciole: vir diuinis intentꝰ qui cū intellexerat petrū euticianū: quē ob heresiꝫ in exilio pulsum. instigāte achatio cōstantinopolitano ep̄o tūc demū ab eodē reuocatū esse. vn̄ cōcilio cōgregato sanctꝰ pōtifex fraudē subesse veritꝰ ex auctē sedis apl'ice ꝯcilio bene sentiētiū approbata. petrū ꝛ achaciū dānat. In eodeꝫ ꝯcilio cōstituit vt accusatꝰ apud iudicē: semꝑ ꝓpter respōsionē darent inducie Instituit p̄terea vt eccl'ie ab ep̄is ꝯsecrarent. Idē qꝫ felix basilicā sancti agapiti edificauit nō lōge a basilica sancti laurētij martyris. Et cū ex institutione sacroꝝ ordinū quos i vrbe roma mēse decēbri bis habuit p̄sbros octo ꝛ viginti diaconos q̄nqꝫ: ep̄os triginta creasset. morit ꝛ sepelit in pauli basica. Sedit annis octo: mēses vndeci: dies decē ꝛ septē. Uacat tuꝫ sedes dies q̄nqꝫ.

Mamercus ep̄s



MAmercus vienēsis ep̄s hisdē tꝑibꝰ ob sctitatē atqꝫ doctrinā magno habet in p̄cio q̄ inter cetera sue virtutis monimēta: primꝰ (vt aiūt) supplicatiōes q̄s greci letanias vocāt instituit ob frequētes terremotꝰ. qui tū maxime gallias vexabāt. ac ꝓpter bestiarū quasdā incursiones. q̄ tuꝫ pp'lm suū plurimū cōtriuerāt. Et hec q̄dē letanie minores dicunt: ad maioꝝ d'rām q̄s magnꝰ gregoriꝰ in sancti marci festo instituit.

Remigius ep̄s

REmigiū etiā remēsē ep̄ꝫ virū sctissimū ac doctissimū huiꝰ tꝑibꝰ fuisse sūt q̄ dicāt. q̄ clodoueuꝫ (vt historie referūt) frācoꝝ regē cū īnumerabilibꝰ frācis baptizauerit. qui p̄ter scitatē maximā cū i diuis scripturis p̄clarissimꝰ habet. cōmētarios ꝓutiles in nouo ꝛ veteri edidit testamento. Septuaginta ꝛ eo ampliꝰ cū in ep̄atu explesset annos. Inter cetera sue sctitatis miracula facta: puellā a morte corꝑis suscitasse legit. Obijt aūt anno dn̄i. 468. kal'. octobris.

GElasiꝰ papa natione apher p̄re valerio: vir sanctus q̄ vt ad pōtificatū assūptus fuit. manicheos in vrbe dep̄hēsos exilio dānat. eoꝝqꝫ libros apud basilicā diue marie publice cōburit. deinde diligēs q̄ dei sunt multa cōstituit: q̄ ad eccl'iasticū cultū ꝑtinebāt. ꝛ primo vt nullꝰ bigamꝰ ad sacros ordines (nisi de licētia sedis apl'ice) ꝓmouet. Statuit itē vt nullꝰ mēbro mutilatꝰ ordinaret p̄sbyter. hymnos qꝫ m'ltos ad imitatiōnē ambrosij cōposuit. Et libros quinqꝫ ꝯ euticē ꝛ nestoriū edidit: ꝛ duos ꝯ arrium Basilicas deinde plurimas i vrbe dedicauit. ostēditqꝫ q̄ libri inter apocriphos forēt deputādi. Demū cū p̄sbros duos ꝛ trigīta: diaconos duos: ep̄os septeꝫ ꝛ sexagita creasset: morit ac sepelit i basilica petri apl'i. xj. kal'. decēbris. Sedit annis q̄tuor: mēses octo: diebꝰ decē ꝛ septē. Uacat tū sedes dies septē.

ANastasius papa eiꝰ nōis secūdus: patria romanꝰ: p̄re fortunato anastasio imꝑante fuit. Hic cū ꝑmu bonꝰ ꝛ catholicus haberet ab achatio seductꝰ: duꝫ eū reuocare clanculū tentat: clerū a se grauiter alienauit qui se a cōione pōtificis tuꝫ maxime subtraxit: ꝙ etiā sine catholicoꝝ ꝯsensu plotino thessalonicēsi diacono cōicasset: qui tuꝫ achacij errorē imitabat. Hāc obrē ferunt diuino nutu hoiem subito morbo correptū interijsse. Sūt qui dicūt eū in latrinā effudisse intestina duꝫ necessitati nature obtēperaret. Excōicauit (vt q̄dā scriptores referunt) anastasiū imꝑatorē ꝙ achacio faueret. hec de anastasio sufficiūt. qui ex sacris ordinibus semel decēbri mense habitis p̄sbyteris duodecim: ep̄os sedecim creauit. Sepultꝰ est aūt in basilica petri. xiij. kal'. decēbris. Sedit annū vnū: mēses. x. dies. xxiiij. Uacat tum sedes dies quatuor.

Linea summoꝝ pontificum

Simplicius



Felix



Gelasius



Anastasius



Zeno factꝰ impator cū leo primꝰ valitudine correptꝰ: leonē secūdum ex mariagene sorore sua nepotē ⁊ zenonis isaurici filiū eiꝰ imperij designauit successorē. q̄ nō ita multo post graui morbo oppressus cū finez vite sibi adesse cerneret patri zenoni imperiū reliq̄t. vel vt alij scribūt mortuo leone zeno cōtinuo augustalē nactꝰ est dignitatē. leone aūt de quo p̄missum est quē pater leo in regni asciuerat ptātem. Mater sua zenonis imperiū formidās occulte clericū fecit. Exigēte vehemēter zenone vt filiū ꝓderet: ꝓ eo aliū forma silem obtulit. qui leo deinceps i clericatu ad iustiniani vsqꝫ tpa vixit. Ipso qꝫ anno augustulus apud italiā aduersus nepotē cū exercitu veniēs eo effugato. imperij regimē inuasit annali deinceps circulo euoluto cū rege vandolorū genserico fedus initū est ab horesce patricio. hec dum apud romanos gerunť adouacer cū fortissima multitudine ab extremis pānonie finibꝰ italiā ꝑperare cōtendit. inde aliquātis annis italie ⁊ vrbis vsus est ptāte. vn̄ augustulus inopinabili metu pterritꝰ: spōte miserabilis purpurā abijciēs cū vix .xj. mēsibꝰ repub. obtinuisset. Ita romanoꝝ apud romā imperiū cū hoc augustulo perijt Anno ab vrbis cōditione. M.cc.xxix. ab incarnatione vo dn̄i anno quadringentesimo septuagesimoq̄nto. Zeno aūt augustus cū ꝑ annos .xvij. reipublice p̄fuisset apud vrbē cōstantinopolim vite terminū accepit.

Linea Imperatorum

Zeno



Anastasius



Anastasiꝰ post zenonis excessuz anno ab incarnatione dn̄i .ccccxcij. purpurā induit. hic romani decus imperij. eutichiane hereseos illuuie maculauit. hic clodoueo francoꝝ regi eo ꝙ ciuitates quasdā a visegothis (q̄ arrianaz heresim tenebāt) abstulisset p̄ciosaz transmisit tunicā eūqꝫ patriciū creauit: sed postmodū ꝑ achaciū cōstātinopolitanū epm̄ correptꝰ factꝰ est hereticꝰ. Anastasius itaqꝫ diuz in heresi q̄ delapsus fuerat pseueraret. duasqꝫ i xp̄o naturas: deitatis videlꝫ ⁊ humanitatis eutichiū heresiarchā sequēs denegaret. Hormisda papa q̄ simacho successerat. direxerat enodiū ticinēsem epm̄. Aliosqꝫ cū eo cōstātinopolim legatos cū catholice fidei inscripto q̄tenꝰ anastasiū ad eccl'ie reduceret gremiū. Is nō solū salubria eoꝝ monita spreuit: ꝟ insuꝑ etiā a suis aspectibꝰ nō sine cōtumelia expulit dicēs. Nos ⁊ pōtifici ⁊ alijs iubere volumus: nō aūt iuberi: nauiqꝫ fragili impositos mādat ne vspiā ꝑ totā greciā ad aliquā ciuitatū accederet. quā eiꝰ impiam temeritatē diuina continuo vltio subsecuta est. Nā cū iam septimū ⁊ vigesimū imperij annum ageret: ictu fulminis percussus interijt.

Hec dum apud romanos gerunť: ostēdit sese a vetusto cladiz imperij fomite: nouus turbo quē romani cōciues illiꝰ emuli suscitarūt. Hi q̄dē heruli ⁊ turingi odoacre viro acris ingenij duce sibi cōstituto ab inferioribꝰ danubij hostijs sunt ꝓfecti. fuerūt aūt hi heruli ⁊ turingi exercitꝰ athile reliq̄e. q̄ bernaco ⁊ durith athile filijs a seipis alijsqꝫ pplis p̄lio suꝑatis: apud danubij hostia cōsederūt. Ipsi itaqꝫ italiā ingressi: aquileia ad sinistrā relicta: in taruisinos vicētinosqꝫ ⁊ inde i brixianos iter flexerūt. Igiť augustulꝰ impator de odoacris aduētu certior factꝰ imisit orrestez genitorē suū quē milicie magistrū declarauerat quē postea auxilia deseruerūt: iō in vrbē ticinū se recepit. Insecutꝰ illū odeacer vrbē corona cinctā vallauit: receptitqꝫ diu ⁊ ptinaciter oppugnatā. Inde cedes ciuiū romanoꝝqꝫ legionū facta ⁊ nedūz direpta vrbs ticinū. ꝟ ⁊ cū agro igni ferroqꝫ vastata. Orrestē aūt captū placēciāqꝫ ꝑductū odoacer ipse inspectāte exercitu gladio suffossuz interfecit. q̄bꝰ territi crudelitatibꝰ ceteri italie ppli certatiz deditionē facere ꝑrexerūt. Odoacer annis .xiiij. italie impauerat ⁊ ciuitates ꝓ libidine gubernabat. Zeno aūt ꝯstātinopoli imperās theodorico ꝑsuasit: vt in italiā trāsiret: ab iniustis occupatoribꝰ ciuitates sibi vēdicaret. iō ex tracia mouēs gothos ⁊ syrmiū ⁊ illiricū italiā petijt. odoacri duces sibi obuiā fuere nō ꝓcul ab aq̄leia suꝑ sontiū amnem victores gothi. Tādē i vrbe rauēna odoacrū obsederūt ad extremū pactiōe res cōposita fuit. vt sil' socij dn̄ationis eēnt. veꝝ hec regni societas nō diu ꝑmāsit. cū occultas inter se suspiciōes haberēt. p̄ueniēs theodoricꝰ odoacrū ad cenā iuitatū occidit.

Odeacer rex

Theodoricꝰ rex



Theodoricꝰ theodomiri ostrogothoꝝ regis ex arilena ꝯcubina filꝰ sextodecio impij zenonis anno italie totiꝰ dn̄io potitꝰ est. ⁊ solꝰ cū gothis ꝑ italiā dn̄ať. fuit eiꝰ dn̄atio nō admodū dura: ⁊ si ꝑtē agroꝝ vt nuꝑ odoacer diuisit ⁊ ꝓ suis retinuit. Ceteꝝ ciuitates ꝑ seipas ac ꝑ ciues suos gubernari ꝑmisit. Ipse vo sedē regni rauenne ꝯstituit: ibiqꝫ inhabitauit septē ⁊ trigīta annis theodoricꝰ i italia regnauit. vir oīm barbaroꝝ mitissimꝰ q̄ ⁊ si rauēnā sedē regni fecisset. tn̄ vrbē romā q̄ad fieri potuit exornauit. Nam ⁊ sepulchꝝ octauij istaurauit: ⁊ spectacula de more exhibuit: ⁊ edificia ac basilicas plerasqꝫ restituit: nihilqꝫ omisit qd̄ ad optimū principē ꝑtineret. at vo vt regnū aliq̄n stabiliret. ⁊ clodouei frācie regis filiā andefledā i vxorē duxit. Et sororē honorico vandaloꝝ: ⁊ filiaꝝ suaꝝ alterā alarico visegothoꝝ. alterā gundibato i matrimoniū collocauit. indeqꝫ paulo pꝰ clodoueo frācoꝝ regi socero suo bellū itulit eo ꝙ alaricū visegothoꝝ regē geneꝝ suū interfecisset: ⁊ vasconiā ꝑtē regni sui occupasset. Ideo cū magno exercitu alpes trāsgressus in vlteriorē galliā ꝯ frācos trāsiuit. ac gallis igēti p̄lio suꝑatis. vasconiā iterato recepit. Nec postea i terra segnis ociosusqꝫ ꝑmāsit. nā ⁊ siciliā totā cū oībꝰ adiacētibꝰ regno suo adiūxit. ⁊ dalmaciā q̄ꝫ sibi subditā fecit. itaqꝫ m'lta gessit dū rex fuit ⁊ nomē eiꝰ admodū celebre ⁊ gl'iosuz fuit nisi ꝙ extremo tp̄e crudelitatis ifamia sbijt. obsimachū ⁊ boetiū senato. ro. ab eo necatos: tridētū vrbē i alpibꝰ muro cīxit. tādē apoplexie morbo correptꝰ stati expirauit



Terremotꝰ maximꝰ apud cōstātinopolim p̄ q̄tuoꝛ mēses cōtinuos hisdē tpibꝰ fuisse dicit̄. Sed infante quodā monente vt cantaret ter Sanctꝰ Sanctꝰ Sanctꝰ deꝰ fortis ⁊ imortalis miserē nobis. stati oīno cessauit. Qd̄ quidē verbū postmodū ī calcedonēsi cōcilio dici in ecclesijs mādatū fuit.

Signa q̄z plurima in celo apparuerūt. In aqlone celum videbat̄ igneum. fulgurātes q̄z haste vise sunt. luna fuit obscurata. cometa apparuit apud tolosam. riuꝰ deniq̄z largissimꝰ defluxit.

Acephaloꝝ pessima heresis calcedonēse ɔciliū impugnāntiū p hoc tempꝰ exoꝛit̄. qui ideo acephali dicti eo ꝙ sine capite. i. sine auctoꝛe habeant̄. vt pȝ in canone. 14. q. 3. c. acephali. hi q̄ppe duarū subaꝝ ꝓprietatē ī xp̄o negabāt. vnā tm̄ ī eiusdē ꝑsone nām p̄dicātes.

Ferunt ea tēpestate ⁊ elisei ossa in alexandriā trāslata esse. ⁊ coꝛpꝰ barnabe apl̄i cum euāgelio eius manu scripto repertum.

Michaelis reuelatio

Michaelis archāgeli reuelationē gelasio iā p̄missō pōtificāte apud apuliā ī mōte gargano tercio kal̄. octobꝛis factā fuisse tradūt. vbi ⁊ postea templuz miris edificijs extructū fuit: eoq̄z loci ob deuotionē: tantā ppl̄oꝝ frequētiā singulis annis conuenire dicunt vt nō solum xp̄iani sed ⁊ infideles quoq̄z ad patrocinīū sancti angeli implorandū frequentent.

Epiphanꝰ papiensis ep̄s: vir diuina humanaq̄z sapiētia prudentissimꝰ: his tpibus apud theodoꝛicū regē ꝓpter eloquentiā ⁊ sanctitatē magno in p̄cio habitus est: cuiꝰ auctoꝛitate ⁊ sanctitate. italia a barbaris vexata liberata est.

Sunt q̄ scribāt germanū altisiodoꝛensem ⁊ lupū trecharen̄. ep̄os his tpibꝰ fuisse. q̄ tum multū iuuere xp̄ianā fidē: gētiliū ac pelagianoꝝ opa plurimū labefactatā. Genofeua vgo q̄ germāo p̄nte deo vgītatē deuouit apd̄ parisiꝰ claret

Boetius



Boetius anicꝰ manliꝰ seuerinꝰ xp̄ianissimꝰ vir ⁊ ɔsulari dignitate insignitꝰ: poetaq̄z ac ph̄s celeberrimꝰ. simachiq̄z gener. his q̄z tpibꝰ rome clarissimꝰ fuit. hūc ideo manliū vocant. eo ꝙ a manlio toꝛquato originē duxisse tradāt q̄ cū vere catholicꝰ esset nec arrianis (etiā ꝑsepe rogatꝰ) obtꝑare vellet: ⁊ ipse a theoderico rege sub velamento affectate libertatis post socerū suū ticinij exulare iubet̄. vbi postmodū instigātibꝰ hereticis ꝑpetuo carceri dānat̄. In qua q̄dē calamitate cōstitutꝰ: ad recreandum aīm suū. cū in mathematicis doctissimꝰ esset. chiterinū e neruo primꝰ excogitauit ⁊ excidit. qd̄ quidē modernis tpibꝰ musicis celebꝛe instrumētū habet̄. Ibidem q̄z cōstitutꝰ ad multoꝝ vtilitatē p̄clarissima edidit opuscula. de cōsolatione phisica. de trinitate. ⁊ de vnitate xp̄i. de topicis etiā. Pleraq̄z etiā ex aristotele trāstulit. hūc deniq̄z viꝝ optimū ⁊ sanctū theodericꝰ rex cuz in sn̄iam suā oīno flecti nō posset. arrianoꝝ rabie cōcitatꝰ. post longā carceris squaloꝛē impante iustino senioꝛe augusto anno. s. dn̄i nr̄i. 520. apud papiā ꝓ catholica fide occidi iussit. cuiꝰ coꝛpꝰ ibidē in diui augustini tēplo adhuc habet̄ cōditū. Et sunt qui dicunt euz ī cathalago sanctorum ob eam rem fuisse relatum: ⁊ sanctum seuerinum vocitatum.

Symachus



Symachꝰ patricꝰ ac senatoꝛ romanꝰ oꝛatoꝛ ac ph̄s insignissimꝰ his tpibꝰ cū rome clarissimꝰ haberet̄: a theodoꝛico rege ob suspicionē affectate libertatis apud papiā exilio dānat̄. ⁊ in carcere ꝑ aliqd̄ tēpus trudit̄. deinde ab exilio reuocatꝰ: diris supplicijs tandē interfectꝰ est. hic naq̄z romanā rempub. sua sapientia suisq̄z scriptis plurimū illustrasse dicit̄: eo ꝙ librū epl̄arū elegātissimū scripserit. in quo hec sn̄ia. Semꝑ natura equalibꝰ gaudet.

Fulgentius



Fulgētiꝰ natione apher rupēsis ep̄s ⁊ p̄clarissimꝰ doctoꝛ his tpibꝰ floꝛuit. q̄ in sardiniā cū alijs catholicis affrice a trasimūdo vādaloꝝ rege ob catholice fidei defensionē exulatū missus est. nil p̄termisit qd̄ ad verā xp̄i fidē ꝑtineret: docēdo p̄dicādo monēdo. Edidit ⁊ libros de trinitate. de libero arbitrio. de regulis fidei. Scripsit ⁊ ɔ palagianā heresim. oꝛōnes q̄z habuit ad ppl̄os elegātes q̄dē ⁊ graues. ⁊ ꝑsertim de ntitate dn̄i ⁊c̄. Scripsit de ɔtinētia ɔiugatoꝝ huanda ad theodoꝝ senatoꝛē libꝝ vnū. ad ꝓbā de virginitate seruāda ⁊ plura alia.

Gennadius



Gennadiꝰ ep̄s vir greca latinaq̄z lingua eruditꝰ: librūz de dogmatibꝰ xp̄ianis cōposuit. ⁊ ibidē q̄d cuiq̄z ad salutē necessariū eēt declarauit. doctrina q̄z ac moꝛibꝰ eccl̄ie catholice multū ꝓfuit. ⁊ diuū hieronimū imitatꝰ librūz de viris illustribꝰ edidit. Victoꝛinꝰ aūt natione aq̄tanꝰ arithmeticꝰ insignis rōnē pasce ad cursuz lune tū redegit. eusebiū ⁊ theophilū ea ī re supans.

Iuuit etiā scriptis suis eccl̄iam dei hegesippus vir doctissimus qui ⁊ monachoꝝ regulas composuit: ⁊ sancti seuerini abbatis eleganti stilo vitam edidit.

Faustus aūt apud gallos ep̄s multa tum scripsit copiose ⁊ oꝛnate. precipue opus eius laudat̄ contra arrianos scriptum.

Rauenna: tsi vrbs vetusta. auxit tamẽ eam ostrogotha gens. fuit aũt olim oppiduz sabinoꝝ: cinxitq̧ rauẽnam muris nunc extantib⁹ tyberi⁹ impator. qđ lr̃e docent cubitales ad portã eius clausam. que aurea dicit̃ quadrato lapide speciosam. Cũ aũt theodoric⁹ rex gothoꝝ ex thracia veniens cum cõiugib⁹ ⁊ liberis. cũq̧ oĩbus rebus suis gothos mouens: tandẽ in vrbe rauenna odoacrũ obsederunt. hec obsidio longi⁹ remorata est gothos q̧̃ ipsi ab inicio existimarẽt. Idq̧ accidit nõ loci: qđ neq̧ a mari faciliter obsideri rauẽna pot̃: cũ sit in ipso littore cõstituta: neq̧ a mediterranea regione: cũ fossam habeat ex pado deriuatã. ac stagnis quibusdã ⁊ paludib⁹ coartet̃. Itaq̧ gothi triennio ferme toto circa illã cõmorati. post pactione facta Theodoricus ⁊ gothi rauennã intrarũt. Inde auxit ipsam ostrogotha gens cui⁹ rex theodoricus italie oĩs: dalmacie: hungarie: germanie: ⁊ partis nõ parue galliaꝝ dñs. annis duo de quadragita eandẽ incoluit ciuitatẽ. ⁊ qđ cõstat supbas in ea edes basilicasq̧ cõstruxit. Uisit̃ eius regis monumẽtum ab amalasuntha filia positũ extra rauẽne menia. in quo sancte marie monasteriũ est edificatũ in rotundo ea rõne appellatũ: q altare mai⁹ eccl'ie chorusq̧ viginti capax monachoꝝ ordine vt est moris ĩ stallo psallentiũ: vnico atq̧ integro rotundo lapide contegunt̃. Ualentinianus etiam impator cuz triginta annis q̃bus impauerat. In ea plurimũ vite egit menia ampliauit. ⁊ ei⁹ epõ duodecim ciuitatũ subiecit epos. videlz arimini: cesene: forliuij: fori põpilij: fauẽcie: fori cornelij que ymola dicit̃: bricij: bononie: mutine: regij: parme ⁊ placentie: q̃ ciuitates postea sub exharcatu fuere. ⁊ ei⁹ epm iohannẽ tunc appellatũ pallio ex candida lana vti voluit: quo tunc solus vtebat̃ impator. vnde postea cũ romanis põtificib⁹ rauẽnates cõtendere p̃sumpserunt. fuit q̊z olim exarchoꝝ romanoꝝ sedes: nunc aũt senatui veneto subdita. Populo q̊z nunc rauẽna est infrequens: que viros olim habuit: tum sanctos: tum etiã doctos appollinarẽ: vitalem: ⁊ eius filios geruasiũ ⁊ prothasium. Urcinũq̧ medicum oẽs martyrio coronatos. Johannẽ nominis ordine decimũseptimũ pontificẽ romanũ. Petrum rauẽnatem fori cornelij epm. qui multas sacri eloquij scripturas eloquẽtissime dilucidauit. Et cassiodoꝝ vrbis rome senatorẽ: regumq̧ ostrogothoꝝ ep̄lare scriptorẽ ⁊ post monachũ. Genuitq̧ supiori seculo rauẽna Guilielmũ phisicũ: quẽ petr⁹ paul⁹ vergeri⁹ notissimũ amicissimũq̧ sibi hoĩem magnis effert laudib⁹. Genuit ⁊ eodẽ tpe iohãnẽ grãmaticũ: rhetorẽq̧ doctissimũ: quẽ solit⁹ dicẽ fuit Leonard⁹ aretin⁹ oĩ in re: s potissime in hac vna grauissim⁹ locupletissimusq̧ testis fuisse primũ. a quo eloquẽtie studia tãtope nũc florẽtia. lõgo postliminio in italiã fuerunt reducta.

Rauenna



Linea summorum pontificum

Anno mundi. 5693. Anno xpi. 494.

Simmachus



SImmachus papa natione sardus: patre fortunato: mortuo anastasio pōtifex creat᷑: nō sine magna discordia. Nā dum pars cleri simmachū apud basilicā cōstantinianā pōtificē decernit: pars altera apud basilicā marie in via noua Laurētiū in locū demortui anastasij subrogauit. Seditio ingens ī senatu τ populo romano biffariā diuiso orta est. vñ oīm ɔsensu: cōciliū rauēne indicit᷑. discussaq̄ꝫ re pñte theodorico. simmach⁹ tandē in pōtificatu cōfirmat᷑. q̄ certe magna clemētia vsus. laurētiū cōpetitorē nuterinis epm dedit. Simmachus vo manicheos tuꝫ ab vrbe expulit. eoꝝq̄ꝫ libros ante fores cōstantinianе basilice cōcremauit. basilicas vo multas aut ornauit: aut a fundamētis erexit. paupib⁹ q̄ꝫ ad basilicas petri τ pauli habitacula extruxit: curauitq̄ꝫ ne q̄d eis deesset: qȯ ad victū ptineret. amator eñ pauper fuit. Redemit τ captiuos in diuersis puīcijs multa pecunia. Cōstituit itē vt die dñico vel natalicijs martyrū caneret᷑ hymn⁹. Gloria in excelsis deo. Nil postremo omisit qȯ ad oīpotētis dei gloriā ptineret. Creatis deniq̄ꝫ duobus τ. lxxxx. p̄sbris: diaconis. xvj. epis. cxvij. habitꝭ de more sacris ordinib⁹ moriēs ad basilicā petri sepelit᷑. 14. kal'. augusti. sedit aūt ānis. xv. men. vj. dieb⁹. xxij. vacat tum sedes dies. vij.

SCisma quintū fuit inter simmachū τ laurentiū vt p̄missuꝫ est. veꝝ anno q̄rto post clerici quidā seditionib⁹ gaudētes. adiuuantib⁹ festo τ pro bino senatorij ordinis viris: laurentiū reuocant. quia ex re indignat⁹ rex petrū altini epm romā mittit: qui pulso vtroq̄ꝫ sedem teneret. Veꝝ simmach⁹ habita centū τ. xx. epoꝝ synodo: τ obiecta cōstanti aīo diluit: τ oīm sententijs obtinuit: vt laurenti⁹ τ petrus maloꝝ oīm capita relegarent᷑. Orta aūt ob hanc rem tanta seditio rome est: vt multi tum ex clero: tum ex populo passim cederent᷑: nec sacris virginib⁹ parcerent. Opprimunt᷑ eo tumultu gordian⁹ p̄sbyter vir optimus ad vincula sancti petri. nec finis tante cedis facta fuisset. ni faustus cōsul clericus miserat⁹: cōtra probinū tanti mali auctorē arma sumpsisset.

Hormisda



HOrmisda papa natione campan⁹: patria frusinoni⁹: patre iusto: hic pontificatu inito hortante theodorico puīcialē synodū in vrbe habuit: omniūq̄ꝫ ɔsensu euthicianos iam antea improbatos damnauit. In ea q̄ꝫ synodo multa cōstituit: τ primo vt nullus solēniter penitens decetero ad sacros ordines pmoueret᷑. Voluit itē xp̄ianoꝝ nuptias nō occulte sed publice fieri debere. Vetuit p̄terea sacerdotib⁹ τ alijs: ne altaria in ecclesijs cōsecratis erigerent sine sp̄ali epi licentia. hic grecos reconciliauit: clerūq̄ꝫ cōposuit. francoꝝ rex ei dona p̄ciosa obtulit: delata τ dona tum aurea τ argentea: delataq̄ꝫ euāgelia cū tabulis aureis gēmis distinctis a iustino impatore votigracia. Ornauit τ tēplū beati petri theodoricus rex trabe argentea mille τ. xl. librarū. Certauit τ hormisda munerib⁹ cū his principib⁹. Locauit eñ ante altare cōstātiniane basilice coronā argenteā libraꝝ. xx. cantharos argenteos sex. His demū ex sentētia pactis cū ordinibus ex more. morit᷑ ac sepelit᷑ in basilica petri. viij. id⁹ augusti. Sedit annis nouē. dieb⁹. xviij. Vacat tum sedes dies sex.

Johannes



IOhannes eius noīs prim⁹ papa: natione thuscus: patre cōstantio orthodoxe fidei diligentissim⁹ obseruator. vt tandē hereticoꝝ nomē extingueret arrianos expulit: eoꝝq̄ꝫ ecclias catholicis assignauit: quā quidē rem theodoricus egreferēs. iohannē pontificē theodoꝝ duosq̄ꝫ agapitos oratores ad iustinū mittit: qui eū adhortarent᷑ vt arrianos restitueret: sin secus oēs ecclias catholicas demoliturus. pbenigne accepti legati. primo cū flectere iustinū nō possent ad lachrymas versi petētes vt periture italie sbueniret. eo piū hoīem pepulē vt arrianos suis legib⁹ viuē sineret. iohānes rauēnā ad theodericū rediēs in carcerē ꝑpere conijcit᷑. ac paꝝ abfuit q̄n eū stati occideret: adeo in hoīeꝫ exarserat τ fide τ morib⁹ cū iustino sentiētē. Perijt tñ sctissim⁹ hō ī carcere pedore: situ τ inedia. Pri⁹ tñ tria restituit cimiteria nerei τ achillei: felicis τ adaucti: τ priscille. ferūt corp⁹ ei⁹ ex rauēna ad vrbē delatū: sepultūq̄ꝫ in basilica petri. vj. kal'. iunij. Sedit annis duob⁹. men. viij. Vacat tuꝫ sedes dies. 58.

Felix



Anno mundi. 5713. Anno xpi. 514.

FElix ei⁹ noīs quart⁹ papa: natione sami⁹: patre castorio. Post iohannis pōtificis felicem dormit ionē: rei diuine curam gerens patriarchā cōstantinopolitanū declinantē a fide anathemate notauit. vir q̄ꝫ optim⁹ multa in vrbe extruxit edificia. τ maxime cosme τ damiani templū: qȯ adhuc extat. basilicā q̄ꝫ sancti saturnini via salaria incendio consumptā. Hic inter cetera sue sanctitatis opa iuxta doctrinā beati iacobi apli. mādauit infirmos ante obitū inungi. Deniq̄ꝫ habitis de more sacris ordinib⁹. vbi p̄sbyteros quiq̄ꝫ τ quiquagita creasset. diaconos quatuor. epos nouē τ viginti. morit᷑ ac in basilica petri sepelit᷑ quarto idus octobris. annis quatuor sedit: mensibus duobus. diebus tredecim. Vacat tum sedes dies tres.

Linea Imperatorum
Justinus senior

IUstinꝰ senior anno ab incarnatione dñi q̃ngẽtesimo octauo decimo: punito anastasio heretico: augustali potitꝰ est solio. Is cũ imperiũ accepit: orthodoxe fidei amator ⁊ ꝓtector acerrimꝰ fuit: ac statim nũcios ad põtificẽ mittit: q̃ ⁊ sedis aplice auctẽm cõfirmarẽt: ⁊ pacẽ ecclesijs oĩbꝰ exq̃rerẽt: quantũ p religionẽ cõcederet: ad hunc ob cãm reintegrande fidei directꝰ ab hormisda põtifice vir sanctitate p̃cipuus germanꝰ capuane vrbis eps digne susceptꝰ est. Multorũq3 dubia corda in fide solidauit: vt tandẽ diligẽtissimũ fidei obseruatorẽ se ꝓfiteret: hereticoꝝ nomẽ ꝓ viribꝰ extinxit. ⁊ q̃zmaxĩe arrianos oẽs ex cõstantinopolitana vrbe expulit: atq3 eoꝝ ecclias catholicis assignauit. qd̃ q̃dẽ theodoricꝰ rex (ea labe infectꝰ) egreferẽs simmachũ ⁊ boetiũ ro. ꝯsules vt p̃missuz est papiã relegauit. ac iohãnẽ põtificẽ romanũ ĩ carcerẽ misit, eo ꝙ iustinus catholice pietatis defensor honorifice suscepisset eũ. simul cũ socijs carceris afflictione pemit. Sed hãc eiꝰ ĩmanissimã crudelitatẽ mox aĩaduersio diuina secuta est. nã nonagesimo octauo post facinꝰ die: subita morte defunctus est. cuiꝰ aĩam solitariꝰ quidã apud lipparã insulã vir magne virtutis aspexit. inter iohãnẽ papã ⁊ simmachũ patriciũ deduci: ⁊ in vulcani ollam q̃ ei loco ꝓxima erat demergi. At vo iustinꝰ admodũ senex cum augustalẽ dignitatẽ annis. xj. administrasset: iustiniano sororis sue filio impatore designato: apud cõstantinopolim in pace quieuit.

Clodouꝰ rex francie



CLodouꝰ francoꝝ rex primꝰ xpianꝰ childerico patre eiꝰ morte sublato in regnũ successit: ⁊ regnũt annis. 30. vir vtiq3 potẽs ⁊ armis strẽnuus crothildem chilperici burgũdionũ reg͂ (quẽ chilpericũ frater suꝰ gondobaldꝰ occiderat) filiã p hũc modũ accepit vxorẽ. Audierat clodouꝰ crothildẽ forma egregiã: virtute etiã puellas id etatis p̃stare: missis nũcijs ⁊ secrete explorauit an sibi matrimonio vellet copulari: Puella cui reg͂ fama ⁊ regni potẽtia esset nota: cõsensit: eaq3 ĩ spõsione id solũ est pacta. vt cũ ipa esset xpiana. Clodouꝰ q̃ cũ suis frãcis idolatra erat: fieret xpianꝰ. Gundebaldꝰ burgũdie rex patruꝰ eiꝰ ei tradidit. quãq̃ vo pacta vxori clodouꝰ de baptismate suscipiẽdo in seipo nequaq̃ seruauerit tñ duos filios ex ea susceptos xpianos fieri pmisit. Nõ multo postq3 crothildez accepat vxorẽ bellũ gessit aduersus gundobaldũ vxoris patruũ ⁊ burgũdiones quo ĩ bello ciuitates ⁊ oppida ligerim inter ⁊ sequanã amnes sita suo adiunxit imperio. Interuẽtu tñ vxoris sedato. Alteꝝ qd̃ mltos durauit ãnos suscepit aduersus alemãnos. Cũ q̃ gẽte non minꝰ q̃ sua viris fortibꝰ armisq3 instructissima: ꝓlio decertauit: quo in ꝓlio suos ĩ fugã cõuersos vidẽs: memor est factꝰ ꝓmissionis quã multociẽs req̃sitꝰ vxori seruare neglexerat ⁊ ipsaz ꝓlij aduersitatẽ ob id solũ sibi accidẽ suspicatꝰ est. hinc deo celi ⁊ terre: quẽ crotildis vxor p̃dicaret vouit illiꝰ cõsilio p̃cibusq3 acq̃escere: si sui strato hostili exercitu victoriã obtinerẽt: tãtaq3 mox facta est cõuersio: vt q̃ multa cede afflicti ⁊ vi repressi p̃mo fugiebant franci: hostẽ repellerẽt ac cede cõmissa in fedam cõuerterẽt fugaz. alemannis in deditionẽ acceptis. Clodouꝰ eis tributa imposuit q̃t annis ꝓsoluẽda: ⁊ in franciã reuersus. vigesimoq̃nto regni sui anno a sancto remigio remẽsi epo cũ oĩ francoꝝ multitudine baptizatꝰ fuit. Ac deinceps francoꝝ regnũ augeri cepit. Respirãte deinde aliquãtulũ republica xpiana. Clodouꝰ pulsis arrianis hereticis ⁊ catholicos reduxit. ⁊ pariseoꝝ ciuitatẽ regni caput constituit in qua post mortẽ q̃euit. vxorq3 eius regina bonis opibꝰ pollẽs: apud vrbẽ thuronicã plena dieꝝ ad dñm migrauit. delatũq3 fuit inde corpꝰ parisiꝰ a filijs eiꝰ hildeberto ⁊ lothario: iuxta clodouẽũ magno honore sepulta.

Amalasiuntha regia



AMalasiuntha filia tũc vidua: theodorico rege gothoꝝ sine ꝓle virili defuncto. cũ athalarico eiꝰ nato ĩ regno successit. Erat vo athalaricꝰ admodũ puer: itaq3 cura atq3 gubernatio tota regine incũbebat. Statim igit͂ regina pueri gubernationẽ suscipiẽs: lr̃is latinis erudiendũ ⁊ moribꝰ informandũ curauit. Ipa vo seuere admodũ gubernationẽ exercebat: ꝓhibẽs gothoꝝ iniurias: supra sexũ eñ prudentia vsa: ⁊ patris decreta: mala p̃sertim emẽdauit. ⁊ boetij ⁊ symachi filijs bona paterna in fiscũ delata restituit. Acclamãtibꝰ aũt gothis filiũ nõ lr̃is sed rei militaris disciplina regẽ suũ imbuendũ esse. Is igit͂ vite lasciuia in varias egrotatiões ꝓlapsus. decimooctauo etatis anno defunctꝰ est. Amalasiuntha vo seditionibꝰ gothoꝝ diu vexata: mortuo filio athalarico quo cũ moleste vixit. theodatũ cõsobrinũ suũ regni ꝯsortẽ fecit. Erat aũt theodatꝰ ita grecis ⁊ latinis lr̃is edoctꝰ: vt ⁊ tpoꝝ suoꝝ historiã elegãter scripserit: ⁊ platonicã disciplinã optime calluerit. segnis tñ ad res agendas habebat͂. Is ergo ad regnũ beneficio regine assumptus: statim ingratitudinẽ ostendit. eamq3 captũ in vulsini lacũ insulã relegauit. Hec ꝑfidia multos gothos ꝑturbauit. inde eam occidi pmisit: ac filiã eiꝰ in vxorẽ ac regni sociam accepit: qui ⁊ postmodũ quinq3 annis regnauit. Idq3 impator iustinianꝰ egre tulit. hec inter cetera sua edificia patri suo monumẽtũ supbissimis edificijs extra rauennam extruxit. quo in loco nunc sancte marie monasteriũ edificatũ habet͂. qd̃ monachi sancte iustine nunc incolere dicunt͂.

DIonysius abbas ⁊ doctor egregius per id tempꝰ laudat͂ eo ꝙ rome computũ suum: id est pascalem calculum mira ratione composuerit.

SEuerus q̃z eps treuereñ. vir omni sctitate insignis hac tẽpestate claruit. Et sanctꝰ victorinꝰ eps massilieñ: qui filiũ marychas regis persarũ a demonio liberauit. Et eutheriꝰ eps lugdonensis.

Conciliũ aurelianense



COnciliũ aurelianẽse terciũ tẽpestate hac clodouei regꝭ iussu indicitᷣ. qđ quidẽ sanctꝰ mellaniꝰ cõgregasse dicitᷣ: quo ĩ loco etiã quatuor alia cõcilia fuisse cõgregata dicuntᷣ. Primũ sub beato siluestro papa. auctore marino epõ. Secũdũ auctore aureliano epõ. Terciũ hoc idẽ mellanio epõ auctore. Quartum auctore albino andegauensi epõ. Quintũ honorato bituricensi epõ auctore qđ ꝓbatur in decretis. xv. di. c. sexto. synodus.

Arturus rex



ARturũ britãnoꝝ regẽ ⁊ q̃dẽ cãtatissimũ ꝑ h̃ tpa regnũ suscepisse ferũt virũ sane bellicosissimum atqꝫ fortissimũ. q̃ ⁊ lorica pulcerrima vtebatᷣ. Regi q̃dẽ tãto cõdigna: h̃ ⁊ in capite aurea galea ĩ qua draco sculptꝰ videbatᷣ. Clipeũ qꝫ aureũ ꝑ se ferre faciebat. in q̃ dei genitricis imago depicta videbatᷣ: vt eã sꝑ aduocatã suã in mẽoriã in oĩ re reducere posset. Lanceã p̃terea arduã latãqꝫ ⁊ cladibꝰ aptã quã quocũqꝫ ibat secũ deferri faciebat: ⁊ gladiũ habuisse ⁊ portasse dicitᷣ. cũ quo q̃dringẽtos ⁊ sexaginta viros vno ꝓ̃lio eũ interfecisse ꝓhibetᷣ. hũc viꝝ xp̃ianissimũ fuisse ferũt: ⁊ fidẽ catholicaꝫ ampliasse. ac qđ plura regna sibi vẽdicauerit. Quãobreꝫ ⁊ rotũdã mensaꝫ apud cornubiã ciuitatẽ instituit. Tandẽ in prelio cum multas hostiũ strages dedisset: ⁊ ipse vulneratꝰ in insulã deferᷣ. inde sublatus nusqꝫ cõparuit. quẽ ⁊ nunc vsqꝫ britones expectare dicuntᷣ.

Cassiodorus



CAssiodorus monachꝰ rauenẽsis vir quidẽ doctissimꝰ his tpibꝰ ob clarissimã eiꝰ doctrinã magno fuit in p̃cio. qui cũ primũ cõsul esset ⁊ senator. diuino tactꝰ spũ res mũdanas spreuit: ⁊ monasticã vitã cõplexus est: sed ante monachatũ theodorici regis italie cãcellariꝰ. ⁊ ex pte eiꝰ multas ep̃las edidit ad personas diuersas de negotijs secularibꝰ. ⁊ ad agitandũ intellectũ psalteriũ luculẽter exposuit. Deinde cronicã insignẽ de põtificibꝰ atqꝫ imꝑatoribꝰ cõpilauit. In qua p̃sertim de theodato rauẽne rege cõtemporaneo suo multa cõscripsit. Edidit p̃terea librum de ratione anime ⁊ librũ de orthographia.

Priscianus



PRiscianum qꝫ eruditissimũ grãmaticũ atqꝫ ꝓ̃hm patria cesariẽsem: hoiem certe greca ⁊ latina lingua doctissimũ ꝑ hoc ip̃m tempꝰ apud cõstãtinopolim floruisse tradũt. q̃ cũ grãmaticoꝝ oĩm princeps haberetᷣ. ea ĩ facultate putilia edidit opuscula. Nã de partibus orõnis ad iulianũ patriciũ cõsulẽ librũ edidit. Siliter ⁊ de cõstructiõe: deqꝫ accentibꝰ alios libros edidit. De naturalibꝰ qꝫ questionibꝰ ad cosdre ꝑsaꝝ regem volumẽ egregiũ scripsit. Atqꝫ de cosmographia libellũ cõposuisse fertur.

Arator ⁊c̃

ARator sctẽ romane eccl̃ie cardinalis diaconus ⁊ poeta laureatꝰ hac tẽpestate mira floruit eloquẽtia. q̃ inter cetera ingenij ⁊ virtutꝭ sue opa ap̃loꝝ actꝰ versu exametro exornauit: atqꝫ alia elegãter cõposuit.

BRandanꝰ deniqꝫ hibernẽsis abbas sctissimꝰ ꝑ hec tpa ob eximiã sctitatem atqꝫ doctrinã maxio ĩ p̃cio habitꝰ fuit. de q̃ etiã admiranda scribuntᷣ. Pater trium milium monachorum extitit.

FLoruit circa illud tempus sidonius appollinaris apud auernoꝝ vrbem ex ꝑfecto factꝰ ep̃s vir h̃m seculi dignitatẽ nobilissimꝰ. ⁊ l̃rali disciplina eruditissimꝰ. vir aũt ingeniosus coturnate eloquẽtie multas difficiles ep̃las scripsit.

Brigida virgo



BRigida virgo sanctissima natione scothica imperante seniore iustino refulsit sanctitate ⁊ miraculis admiranda in scocia de xp̃ianis ac nobilibus orta parentibus a puericia bonarũ rerum studijs inoleuit. pudicitie ac sobrietati semper intenta. a matre missa vt de vaccarum lacte butirum cõgregaret. pauperibus distribuit. mater fructũ laboris postulans. facta oratione: ceteras cooꝑatrices in abundantia preualuit. quã cum parẽtes despõsare vellent. ad ep̃m machillã nomine perrexit qui palliũ album ⁊ vestem candidã super caput eiꝰ imposuit. inde suã virginalẽ coronã dño offerebat. vocatꝭ messoribꝰ cũ tota prouincia pluuia exundaret. in eius messem gutta aque nõ cecidit. Leprosis ab ipsa petentibus ceruisiam in potum. Cũ illa nõ haberet: aquã puram benedicens: cõuertit in ceruisiam optimã ac illis dedit. Lapidẽ in salem cõuertit. cuidam ab eo sal postulanti Ceco nato oculos restituit. Multa alia miracula fecit.

Benedictus abbas

BEnedictꝰ abbas italicus: monachoꝝ oīm pater: his tpibus dispersos monachos ī vnū collegit. atqꝫ diuino spū illustratꝰ eis regularē vitā cōposuit. Eiꝰ sctīssimi viri vitā insignē ⁊ miraculꝭ clarā beatꝰ gregoriꝰ scribit. Fuit itaqꝫ bn̄dictꝰ ex nobili genere in ꝓuīcia nursie ortꝰ. Vetustū igit̃ a scriptoribꝰ celebratū est nursie nomē: qđ quidē oppidū libertate: sed in ꝑmis beato benedicto monachoꝝ p̄re alūno clarissimū. Ibi etatē moribꝰ trāsiēs nulli voluptati aīm dedit. Inde rome liberalibꝰ lr̄arum studijs traditꝰ fuit. Sed cū in eis multos ꝑ abrupta vicioꝝ ire cerneret: eū quē quasi ingressu mūdi posuerat pedē retraxit: ne in p̄cipitiū totꝰ iret. Despectꝭ itaqꝫ lr̄aꝝ studijs: relicta domo rebusqꝫ paternis: soli deo placere desiderās: deserta loca ꝑ aliq̊t tempꝰ incognitꝰ incoluit. Est aūt in latinoꝝ regione superiꝰ celsis in mōtibꝰ sublacū velut pliniꝰ appellat: sublaqueū: nobile nunc oppidū lacui eiusdē ⁊ tn̄ prisci nois īminēs: redditqꝫ vtrūqꝫ fama celebratū bti bn̄dicti ibi magꝭ diuturna cōuersatio qꝫ eiꝰ toto orbe notissimū ibidē edificatū magnifici opis monasteriū. Cernit̃ ibi ī dextra amenis ripa ab ipō sublaci lacu ad vicū vsqꝫ varronis incisus: saxeo ī monte ductꝰ aquaꝝ. q̄ formis partim in eo incisis modo: partī altū defossis: partī sublimi fornice muroqꝫ excitatꝭ romā q̄dragesimo miliario veniebāt. Vir aūt dei ad eūdē locū pueniēs q̄ ab vrbe roma. xl. milibꝰ passuū abest ī artissimo specu tribꝰ annis excepto romano monacho hoībꝰ incognitꝰ māsit: ⁊ artissimā vitā varijs tētationibꝰ duxit. cuiꝰ virtutes vt clarescent postea in castro cassin̄. qđ clarū appellat̃: ⁊ magne vite meritꝭ ⁊ aplicis virtutibꝰ effulsit. Fuit aūt hic sanctissimus vir inter cetera virtutū monumēta ꝓphetico spū illustratꝰ. quo multa futura ⁊ occulta cog̃uit. cuiꝰ fama totila ostrogothoꝝ rex ductꝰ: vt tēptaret eiꝰ sctimoniā sese famulū indumēto mentitꝰ: aliū in regio apparatu ꝑmisit: quē stati cognitū vir sanctꝰ lꝫ sordide vestitū ad se in monasterij vestibulū vocauit: ⁊ q̄ illi erāt vētura ꝓnūciauit: nouē annis regībis decio moriēsꝭ inde eū ī sūma veneratiōe habuit. pluraqꝫ alia sctitatꝭ signa ōn̄dit p̄cipue ī vase vitreo ī q̄ venenū vino miscuerūt frēs: vbi signo crucis edito ruptū fuit. Obijt tandē in dn̄o anno salutis. 536.

Monasteriū cassinense



ORdo monachoꝝ bti benedicti ortū habuit nō longe ab aq̄no abrucij ciuitate ī mōte cassino vbi oliꝫ cassinēsis ciuitas fuerat: postea monasteriū cassinēse toto orbe celeberrimū extructū fuit. Diuꝰ em̄ bn̄dictꝰ monachis pꝰ extructū mōasteriū regulā ⁊ optimū modū viuēdi primꝰ dedit: q̄uis lōge an̄ illū mōachi plurimi fuerūt. cū tn̄ sanctꝰ vir diu ī solitudine virtutibꝰ signisqꝫ succresceret: multi ob dei famulatū ad eū ꝯgregati sunt: vt inde. xij. mōasteria ꝯstrueret. In q̄bꝰ statutis p̄ribꝰ duodenos mōachos deputauit. Postea multos discipulos cōgregauit quoꝝ ope totū ferme orbē obtinere meruit. Ex cuiꝰ clarissimo ordine cū plurimi tū sctitate tum scia emersere viri. Illāqꝫ regulā ꝑmū mōachis nigrꝭ ꝯtulit. Eā tn̄ nōnulli postmodū cōplexi sūt monachi. quoꝝ denūero fuerūt cistercien̄. a diuo bernardo plimū aucti. camalduen̄. cluniacen̄. celestini. mōtis oliueti. nouꝰ ordo. siluestrini. ⁊ q̄ hūiliati appellant̃. hi oēs ⁊ alij plurimi q̄uis diuerso habitu: diuersisqꝫ ꝯstitutiōibꝰ inter se differant. eā tn̄ ꝓfitent̃ regulā dignissimā atqꝫ approbatā. In germania q̄ꝫ ī eodē ordine differētes sūt. cū mellicēses: castellēses ⁊ bursfeldēses ī ea vigēt. Idē q̄ꝫ ordo cū a fūdatoris sui reglarībꝰ institutꝭ ꝑsepe declinasset: non modicā reformationē anno salutꝭ. 1409. apđ patauinā vrbē ī mōasterio sancte iustine sumpsit: ⁊ eoꝝ institutiones eugeniꝰ q̄rtꝰ pōtifex approbauit. Tradūt aūt ex huiꝰ mōi sctissimi p̄ris ordinē ad. 24. sūmos pōtifices emersisse. Cardinales vo: 183. Archiep̄os ⁊ ep̄os. 1464. Abbates insignes. 15070. fuere. atqꝫ canōizati mōachi (vt iohēs. xxij. scribit. 5555.

Scolastica



SColastica germana diui bn̄dicti ab infantia deo dicata: quā fr̄ semel ī āno visē ꝯsueuēat cū certo die ī laudibꝰ dei sacrisqꝫ colloq̄is vsqꝫ noctē tp̄s ꝓtraxisset: acceptꝭ cibis cū repetē mōasteriū cupet. soror sctā mōialꝭ petijt vt secū maneret: de celestꝭ vite gaudijs locutura: q̄ extra cellā manere nō se velle dicēt: ad eiꝰ p̄ces tāta pluuia ac coruscatio erupit: vt nec cū fr̄ibus suis extra limē pedē mouē potuisset. ī totā noctē insomnē ꝑ sacra spiritalꝭ vite colloq̄a duxerūt. Seq̄nti die cū vir sanctꝰ ad mōasteriū redijsset: pꝰ triduū in cella eleuatꝭ ī aera oculis vidit sororis sue aīaꝫ de corꝑe ī colūbe sp̄e celi secreta penetrare. Is eiꝰ gl̃ie ꝯgaudēs: eiꝰ obitū fr̄ibꝰ denūciauit quos illico misit vt sacrū corpꝰ ad monasteriū deferrēt. at in sepulchro qđ sibi ꝑparauit sepelirēt. quo facto ꝯtigit vt quoꝝ mens vna semꝑ fuerat in dn̄o. eoꝝ q̄ꝫ corꝑa nec sepultura separaret.

Bonifaciꝰ eius nois secūdus papa: natione romanꝰ patre sigisbūdo post felicē imperāte iustiniano fuit. ⁊ vt quidā affirmāt. nā sine cōtētione pōtifex creatꝰ fuit. nā ⁊ dioscorꝰ diuiso bifariā clero. in demortui felicis locū subrogaꝛ. Exagitatꝰ aūt clerus hac seditione diebꝰ octo ⁊ viginti morte dioscori a tanta ꝑturbatione tandē liberaꝛ. vñ bonifaciꝰ ad cōfirmādā eccl'iaꝫ ꝯuersus instituit ne quispiā sibi in ep̄atu successorē deligeret. qđ postea multi pōtifices ꝯfirmarūt. Instituit itē vt ī demortui locū alter pōtifex si fieri posset tercia die sufficereꝛ ne dilatio seditionē faceret. diuisit ⁊ populū a clero dum celebrareꝛ Vetuitqꝫ ꝙ neqꝫ ciuili neqꝫ criminali causa ep̄s apud ciuilem iudicē aduocari posset: At cum in pontificatu sedisset annis duobꝰ. diebꝰ duobꝰ. moriꝛ ⁊ ī basilica petri sepeliꝛ. Sedes aūt mensibꝰ duobꝰ tum vacat.

Anno mundi. 5723. Anno christi. 524.

Johānes secūdus papa: patria romanꝰ: patre ꝓiecto ex celiomōte iustiniani tp̄e fuit. qui statim vbi pōtificatū iniit. anthimū ep̄m dānauit: ꝙ in arrianā heresim declinasset. Sunt qui scribūt hunc ep̄m cōstantinopolitanū fuisse. Justinianꝰ vo sedē romanā veneraturꝰ hippatū ⁊ cemetaiū ep̄os romā cum muneribꝰ mittit. quo ⁊ romanū pōtificē suo noīe salutarent. ⁊ munera hec bt̄i petri tēplo offerret scyphū aureū circūdatū gēmis librarꝫ sex. scyphos argenteos duos librarꝫ duodecim. calices argēteos duos librarꝫ quindecim. Johānes aūt pōtifex de quo pauca admodū scribūt historici. moriꝛ vbi ex sacris ordinibꝰ semel habitis p̄sbyteros quindecim. ep̄os vnū ⁊ viginti creasset. Sepeliꝛ qꝫ in basilica petri sexto kal'. iunii. Sedit annis duobus: mensibus quatuor. Vacat tum sedes dies sex.

Agapitꝰ papa: patria romanꝰ: patre gordiano p̄sbytero eccl'ie sanctorꝫ iohānis ⁊ pauli pōtifex creatus: a theodato statim ad iustinianū mittiꝛ. ⁊ infensuꝫ ꝙ amalasiuntā athalarici matrē in insulā lacus volsinensiū relegauerat interficiqꝫ iusserat cuiꝰ mulieris interitū iustinianus egre tulit. Agapitus itaqꝫ eo missus ac benigne ⁊ honorifice susceptus. cū pacē impetrasset. ab imperatore tentaꝛ vt euthicianā opinionē ꝯfirmaret. Verū cū iustinianus ab ea re hoīem sanctissimū abhorrere cerneret. ꝓcibus minas addit: tum agapitus. Ego inquit ad iustinianū xp̄ianissimū principē venire optaui: sed diocletianū inueni: quē xp̄ianorꝫ hostem fuisse cōstat. hac libertate loquēdi ⁊ dei nutu iustinianus permotꝰ: ⁊ fidem catholicā amplexus est: ⁊ pulso anthemio cōstātinopolitano ep̄o qui euthicianā heresim tuebaꝛ: mēnam catholicū in eius locum suffecit. agapito cōsecrante: qui haud ita multo post constantinopoli moriꝛ. cuius corpꝰ loculis plūbeis clusum romam deferꝛ: ac in basilica petri sepeliꝛ. Sedit aūt mensibꝰ vndecim. diebus vndeviginti.

Anno mundi. 5733. Anno xp̄i. 534.

Siluerius papa natione campanꝰ: patre hormisda ep̄o. theodato iubēte pōtifex creaꝛ. cum antea nō regū: sed impatorꝫ auctoritas interueniret. plus aūt valuere theodati mine qꝫ decreti rō. mortē eñ his clericis minatꝰ est. Interea instigante vigilio diacono ciue romano ⁊ apocrisiano theodora augusta syluerio imperat additis etiā minis vt pulso mēna ab vrbe cōstātinopoli anthemiū reuocet. id cū recusaret scribit ad belisariū mulier vt pulso siluerio in eius locū vigiliū sufficiat. Belisarius aūt rei bellice intentus. rem antonine vxori sue cōmittit. que subornatis a vigilio testibus qui affirmarent siluerium vrbem romā gothis hostibus ꝓdere voluisse. hoīem coegit se abdicare pontificatu. ac posito pallio: cucullā monasticā sumere. qui in pontum insulam in exiliū missus non sine opinione sanctitatis moriꝛ: vbi annū vnū: menses quinqꝫ: dies duodecim in pontificatu vixisset. Vacat sedes dies sex.

Vigiliꝰ papa: patria romanꝰ: patre cōsule: imperante iustiniano pontifex creaꝛ. instabat tuꝫ theodora vt cōstātinopolim ꝓficisceretur anthemiūqꝫ restitueꝛ: cū id negat se facturꝫ ideo adiuuātibꝰ q̄busdā romanis ad ꝯstātinopolim ꝑducitur. vbi theodora tētare cepit vt id p̄staret. cui ille: malle se q̄uis supplicium pati r̄ndit: qꝫ sn̄iaꝫ iure factā mutare. vnde ita cesus est vt paulū abfuerit q̄n tuꝫ occideret. fugiēs itaqꝫ ī tēplū sc̄tē euphemie qđ haud ꝓcul aberat. inde a crassatoribꝰ trahiꝛ. ⁊ iniecto ī colle eiꝰ fune: tāqꝫ latro ꝑ totā vrbē vsqꝫ ad vesperā trahiꝛ. deinde carceri inclusus pane ⁊ aqua aliq̄ꝫdiu vitā duxit. ita patiēter ⁊ equo aīo: vt sp̄ diceret se etiā peiora meritū si digna ꝓ peccatis pena irrogareꝛ. inde instāte narsate cū romanis vigiliꝰ reuocatꝰ cū syracusas ī siciliā ꝑuenisset quē tot mala: tot cure occidē nō poterāt: ex calculo moriꝛ. eiusqꝫ corpus romā deferꝛ ⁊ apud sanctū marcellū via salaria sepeliꝛ. Vixit in pōtificatu tū rome tum alibi annis. xvii. menses sex. dies sex ⁊ viginti.

Linea Summorꝫ pontificum

Bonifacius



Johannes secūdus



Agapitus



Siluerius



Vigilius



Linea Imperatorum

Iustinianus



Iustinianꝰ sororis iustini filiꝰ romanoꝝ principū maximꝰ augustalē adeptus est principatū: q̄ mox vt imꝑialia iura suscepit ad reparationē rei publice statꝰ aīm intēdit: ⁊ augustꝰ romanū felici sorte regebat īperiū q̄ ⁊ bella ꝓspere gessit: ⁊ in causis ciuilibꝰ mirificꝰ fuit. Nā ꝑ belisariū patricium ingentē virū ꝑsas fortiter deuicit: ⁊ vandaloꝝ gentē capto eoꝝ rege gelismero vsqꝫ ad internitionē deleuit. Affricāqꝫ totaꝫ post annos .xcvj. imꝑio romano restituit. Rursusqꝫ belisarij viribꝰ gothoꝝ in italia gentē capto vitigis eoꝝ rege supauit. Maurosqꝫ post hec affricā infestātes: eoꝝqꝫ regē athilā ꝑ iohannē excōsulē mirabili virtute ꝓstrauit: pari etiā modo vt alias gētes belli iure cōpressit: quā ob cām ꝓpter honoꝝ oīm victorias vt alamanicus: gothicꝰ: alanicus: vandelicus: affricanusqꝫ diceret̄ hēre hec noīa meruit. Extruxit qꝫ idē princeps intra ꝯstātinopolim vrbē ipsi dn̄o q̄ est sapīa dei patris templū qd̄ greco vocabulo agiā sophiā id est sanctā sapiam noīauit. Cuiꝰ opus adeo cūcta edificia excellit: vt ī totis terrarū spacijs huic sil̄e nō possit inueniri. Erat em̄ hic p̄ceps fide catholicꝰ. in opibꝰ rectꝰ. in iudicijs iustꝰ. Idōqꝫ oīa ei ꝯcurrebāt ī bonū. Leges etiā romanoꝝ q̄rū ꝓlixitas nimia erat ⁊ inutilis: dissonātia mirabili: breuitate correxit. Cū em̄ imꝑatorē tāti ꝯstat ingenij: tāteqꝫ doctrine fuisse: vt mirū nō sit: si leges romanas sparsas ⁊ īcōpositas ī ordinē ad vtilitatē hoīm redegerit. Hac tn̄ ī re ꝯsilio ⁊ oꝑa iohānis patricij tribuniani theophili dorothei vsus est: q̄ tuꝫ doctrina ⁊ aucte insignes habebāt̄. Immēsuꝫ nāqꝫ illud libroꝝ pelagꝰ (q̄ vsqꝫ ad duo milia pene libros erāt extēse) coaceruatis simul ab vrbe cōdita vsqꝫ ad hec tp̄a tot iudicijs. in quīquagita libros titulatiꝫ digessit: quos nūc digesta: nūc pandecta appellāt qd̄ oēm ciuilē doctrinā ꝯtineāt. Idē qꝫ legū epitomen fecit libroꝝ q̄tuor in q̄bꝰ breuiter vniuersaꝝ leguꝫ textus comprehendit̄. has aūt leges institutiones vocat. Dicimꝰ etiā iustiniani codicē vbi oēs cōstitutiones p̄ncipū que vtiqꝫ ī multis volumīibꝰ habebant̄. intra duodeciꝫ libros coartauit. Inter hec iustinianus maximi ac diuini ingenij vir cum imperasset annis .xxxviij. vita decessit. Et iustinus minor apud cōstātinopolim rempublicā regendā suscepit.

Concilium Constantinopolitanū



Quinta synodus habita est apud cōstātinopolim. iussu agapiti pōtificis ac iustiniani imꝑatoris: iā diu inchoata tp̄e vigilij anno salutis .538. ꝑfecta fuit. Cōtra theodoꝝ ⁊ oēs hereticos. q̄ affirmabāt btīssimā virginē mariā solū hoīem: nō etiā deū ⁊ hoīem peperisse. quo quidē in synodo statutū est: vt btā virgo maria diceret̄ q̄ deū nobis suo partu edidisset. Ibi qꝫ p̄fuerunt euthices archieps̄ cōstantiꝰ: ⁊ appollinaris patriarcha alexandrinꝰ cū vigilio papa qui oēs .xiiij. capitula anathematizādo scripserūt ꝯ p̄dicti theodori ⁊ socioꝝ eiꝰ blasphemias. declarātes virginē gloriosaꝫ vt p̄missuꝫ est deū ⁊ hoīeꝫ peperisse. Cui synodi vniuersalis ecclīa auctoritatē maximā cōtulit.

Belisarius patriciꝰ vir in armis strēnuus belli dux a iustiniano imꝑatore cū ingēti multitudine cōstitutꝰ. primū persas aggressus est: qui trāsgressis romanoꝝ terminis: eoꝝ regiones grauiter populabant̄: quos magnis p̄lijs fudit. atqꝫ ex volūtate p̄ncipis cōstantinopolim triūphans ingressus est. Interea ad affricā quā iā mltis annis vandali possidebāt a iustiniano cū exercitu belisarius missus est. q̄ mox p̄lio cū vādalis cōmisso eoꝝ magnas copias fudit. Regēqꝫ ipoꝝ gelismerū capiēs ꝯstātinopolim misit. Carthago qꝫ post annū sue excessionis .lxxxvj. recepta est. Inde iustinianꝰ belisarium multis iam p̄lijs gloriosuꝫ aduersus theodatū dirigit: vtqꝫ etiā italiā a gothoꝝ seruicio liberaret. belisariꝰ itaqꝫ duꝫ aliquātū tp̄is apud siciliā morā faceret. Rex gothoꝝ theodatꝰ extinctꝰ est. huiꝰ in loco vitigis successit. Cōceptas q̄ ꝯ theodatū belli vires in vitigem cōuertit. Egressus ex sicilia ad campaniā: neapolim venit: quā tandē ꝑ vim capiēs ingressus: nō etati nec sexui parcēs plures perimēs cūcta rapinis diripiēs. indeqꝫ egrediēs romā ꝓperauit quo ingresso gothi q̄ ī vrbe morabant̄ noctu egressi: relictis patētibꝰ portis: rauēnam fugiunt. Belisariꝰ aūt supuenturū vitigim cū magno exercitu ratꝰ. menia vrbis ꝑ tp̄e vallo ac fossa celerrime muniuit vitigi supueniēte cū exercitu: ad centū nāqꝫ milia hoīm secū duxisse fert̄. Interim belisariꝰ auctis copijs cū ꝑ annū integrū ⁊ dies nouē menia vrbis tutatꝰ esset. egredi cōstituit vitigis copijs suis diffidēs incensis castris rauennā ꝓficiscit̄. eo belisariꝰ ꝓperat vitigim in vrbe captū cōstantinopolim secum ducit quinto anno posteaqꝫ in italiā venerat.

Belisarius



Vitigis rex gothoꝝ



Vitigis gothꝰ: obscuro genere inter eos natꝰ. his tꝑibꝰ viuēte adhuc theodato rege apud romā rex creaꝫ: ⁊ quinqꝫ annis regnauit. vir certe rei militaris sciā ꝑclarꝰ. qui regno suscepto theodatū obtruncare fecit. quo mortuo rauēnā ꝓperauit ⁊ oēs gothos dispsos ꝑ italiā cōgregauit. ⁊ neptem theodorici examalasiunta neptē inuitā vxorē duxit. que vitigis ignobilitatē plurimū contempsisse diciꝫ. hic aduersus belisariū romā cū ingēti exercitu venit. Gothi vrbem obsidētes vniuersa ꝑ circuitū direptionibꝰ ⁊ incēdijs absumūt. quoscūqꝫ romanos reperiūt gladio extinguūt: cuncta sacra loca denudātes. impugnātes continue vrbē: sed caute belisarij defensaꝫ industria. Augebaꝫ insuꝑ rome famis penuria. tanta siquidē ꝑ vniuersuꝫ mūdū eo anno maxime apud liguriā fames excreuerat (vt vir sanctissimꝰ dacius mediolanēsis antistes retulit) ꝙ plereqꝫ matres infelicium natoꝝ mēbra comederēt. cū ꝑ annū ꝯtinuū gothi romā obsedissent demuꝫ territi rauennā redierunt. Vitigis vo coacto rursus in vnū magno gothoꝝ exercitu cū belisario cōflixit. factaqꝫ maxima suoꝝ strage in fugam cōuersus est. Quē iohānes magister militum cognomēto sanguinarius noctu fugientē ꝑsequens viuum comprehendit. Romāqꝫ ad belisariū adduxit. patrata belisarius victoria constantinopolim redijt. secum vitigim deferens: quo viso iustinianꝰ valde letatus est. Cūqꝫ nō multum post patricium effectuꝫ. administrationē illi iuxta ꝑsarum terminos tribuit. Ibiqꝫ vitigis degens. vitā finiuit. ac sic quasi gothoꝝ regni finis fuit.

Tottila rex gothoꝝ



Tottila q̄ ⁊ baduilla diciꝫ vltimꝰ ostrogothoꝝ rex. capto vitigo gothi trāspadani chelpidaꝝ sibi regē cōstituūt. q̄ eodē anno perimiꝫ. Cui successit erarıꝰ: ⁊ ipse nonduꝫ anno expleto iugulatꝰ. dehinc sibi baduillā q̄ ⁊ totila dicebaꝫ in regnū ꝑficiūt. Moxqꝫ collecto vndiqꝫ exercitu: vniuersaꝫ rursus italiā inuadunt. Exinde ꝑ campaniā viriqꝫ dei benedicti cenobiū iter facientes ꝑueniunt ꝑ que lucanie ⁊ brucioꝝ fines regiū ꝓficiscunꝫ. Nec mora siculū trāsgressi fretuꝫ siciliā inuadūt. inde qꝫ romā petunt. eāqꝫ obsidionibꝰ circūcludūt. que tātā tunc famis penuria ꝑpessa est. vt ꝑ magnitudine inopie: natoꝝ suoꝝ carnes comedē vellent. fessis nimiū ro. nec valētibꝰ menia tueri. Totila a porta hostiensi vrbeꝫ ingressus est. q̄ parcere romanis cupiens ꝑ totā noctē buccinā clangē iubet q̄ se a gothoꝝ gladijs aut ecclesijs tuerenꝫ: aut q̄buscūqꝫ locis occulerēt. habitauit aliquāto tꝑis cū romanis q̄si pater cū filijs. hāc illi vt videꝫ aī benignitatē (q̄ nimie antea crudelitatꝭ extiterat) btī patris bn̄dicti quē olim adierat monitio cōtulit. Elapsi sunt ab vrbe aliq̄ e numero senatoꝝ cōstantinopolim afflicti ꝑerāt. q̄bꝰ calamitatibꝰ roma subiceręꝫ principi narrant qui statiꝫ narsen eunuchū suū ⁊ cubiculariū cuꝫ manu valida mittit. Is ad italiā veniēs magno cuꝫ gothis certamine cōflixit. Quibꝰ ad internitionē pene cōsumptis regē totilā qui iā deceꝫ annos regnauerat interfecit. vniuersāqꝫ italiā ad reipu. iura reduxit. ac sic septuagesimo scdo anno postq̄ theodericꝰ italiam adeptus fuerat Gothis deletis eoꝝ nomen euanuit. Nam qui prelio sꝑfuerāt nō gothi sed itali vocari voluerunt. eo ꝙ in italia nati ⁊ enutriti essent.

Narses eunuchus




Narses iustiniani eunuchꝰ: quē nōnulli scribūt bibliopolā ꝑmo fuisse. inde cū in cubiculū suū accepisset impator. cognita hoīs virtute eū in ordinē patriciatꝰ asciuit. Pietatis em̄ religionis: misericordie: munificētie: gratie: postremo vnicū exemplar tuꝫ oībꝰ erat. Is igiꝫ calcularıꝰ impialis acceptꝭ auxiliaribꝰ copijs ab alboino longobardoꝝ rege cū longobardos federatos haberet: q̄ maris adriatici sinū in italiā trāsuecti sociati romanis pugnā inierūt cū gothis q̄bꝰ ad internitionē deletis: cū ⁊ totila apud brixellā male pugnās occidiꝫ. ⁊ theias in eiꝰ locū suffectꝰ. Nō longe a nucera fortiter oppugnās virtute narsetis opprimiꝫ: onerati igiꝫ longobardi multis muneribꝰ ad ꝓpria victores redierūt: ⁊ pannoniā possederūt. Inde sophia vxor iustini instigātibꝰ q̄busdā delatoribꝰ: q̄ narsetē oderant: hoīem ab italia ad se cū ignominia verboꝝ reuocat. videlꝫ vt eunuchus ad lanā ⁊ pensa rediret. ferens id iniquo aīo. Narses rn̄det: se talē orsuruꝫ telā que inextricabiles errores emulis atqꝫ inimicis suis ꝑstaret. Itaqꝫ odio metuqꝫ exagitatꝰ in neapolim secedēs: legatos mox ad longobardoꝝ regē dirigit: vt paupera pānonū rura desererent. ⁊ ad italiā cunctis repletꝭ diuicijs possidendā venirēt. Simulqꝫ multimodo pinoꝝ genera aliarūqꝫ rerū species: quaꝝ italia ferax est mittit. quatenꝰ eoꝝ aduenīedi aīos possit allicē. Narses inde romā regressus ibidē nō post multū tempꝰ ex hac luce subtractus est.

Patricius eṗs



Patricius genere brito priori tꝑe archieṗs scotoꝝ ordinatus: ꝑ. lx. annos sanctitate ac doctrina totam insulā hibernie ad xp̄m cōuertit. ⁊ plures mortuos resuscitauit. captiuos ꝓprijs impensis redemit. ecclesias multas extruxit. ⁊ plura milia hoīm baptizauit. verum cum hanc gentem ferinam reperisset: neqꝫ se credere velle dixerunt: nisi tormenta maloꝝ ⁊ gaudia beatoꝝ cernere possent: vt rebus visis cerciores fierent q̄ꝫ promissis. apparens postea dn̄s post ieiunia ⁊ orōnes ei euangeliū ⁊ baculum tradidit: ⁊ in desertuꝫ locuꝫ eduxit. foueam rotundā extrinsecus obscurā ostendēs vbi ꝑ diem naturalē penitens vere ab oībꝰ peccatis purgareꝫ. ⁊ hec tormēta ⁊ gaudia videret: vbi ecclīam cōstruxit ⁊ canonicos btī augustini constituit: ⁊ clauem ad foueam dedit. Suo tꝑe multi ingressi se expertos testati sunt. quoꝝ relationes iussit in ecclesia annotari. Ideo locus ille purgatoriū patricij nuncupaꝫ.



Signa terribilia noctu visa sunt: apud italiam anno dñi. cccclxx. Ignee eñ acies ĩ celo apparuerunt: ⁊ sanguis stillauit a nubibꝰ: humanũ q̃z sanguinẽ q̄ postea effusus est significarũt. Ac deinde ꝯtinuatꝭ imbribꝰ ꝑlibꝰ diebꝰ: tãta aq̃ꝝ vi auctꝰ est tyber vt magna strage ꝑpli hũiliora loca sũmergeret. ⁊ silĩ mõ ĩ aliȷ̃s ciuitatibꝰ ⁊ locꝭ accidit.



In flumĩe aĩalia forma viri ⁊ mulieris repñtãtes apparuerũt a mane vsq̃z ad nonã: cũz cesarie ꝓlixa vsq̃z ad lumbos. aliã partẽ aqua tegebat. Ferunt q̃z montem scissum in gallia magnũz sonitum dedisse ⁊ inde casum cum basilicis ⁊ hominibus mirandum demũ dedisse.

Sanctꝰ leonardus



Leonardꝰ vir sanctissimꝰ natione gallꝰ: de ciuitate cenomanoꝝ oriũdꝰ de sacro fonte a remigio leuatꝰ est: ab eoq̃z salutaribꝰ imbutꝰ disciplinis q̄ ep̃atũ renuit relictꝭ oĩbꝰ. In quadã silua ciuitati lemonice vicina habitãs: vbi aula regia venationis cã erat cõstructa. cũ regina partu ibi ꝑiclitaret̃. leonardꝰ in nemore inuẽtus: a rege introducit̃. fusa aũt ob p̃ces regis oꝛõne ad deũ impetrauit regi duplex gaudiũ. matrẽ cũ ꝓle salua. Ideo rex sibi de auro ⁊ argẽto offerens: q̄ renuit: admonẽs vt paupibꝰ erogaret. Sed spaciũ nemoris optauit: q̄tũ is rex totũ dare vellet: solã accepit quãtitatẽ quã cũ suo asello noctu circuire posset: vbi monasteriũ cõstruxit: ⁊ cũ duobꝰ adiunctis monachis ĩ abstinẽtia multa degebat. Locũ nobiliacũ (eo q̄ a rege nobili datꝰ fuisset) appellauit. vbi multis miraculis choruscauit. ⁊ quicũq̃z ĩ carcere nomẽ eiꝰ inuocauerunt mox ruptis vinculis liberi exibãt. Demum octauo idus nouembris multis clarus virtutibꝰ migrauit ad dñm. Quãta dñs ꝑ eum miracula facit: multitudo ferri ⁊ varietas in eiꝰ basilicis ostendunt.

Maurus monachꝰ



Maurus romanꝰ monachꝰ btissimi p̃ris bñdicti p̃cipuus discipulus. Multi eñ ex romana nobilitate bñdicti sc̃titate moti. in mõtẽ cassinũ ꝑuenere religionis gr̃a. inter quos maurꝰ quidẽ ac placidus insignes habent̃. Ferũt aũt gallos nũciȷ̃s ⁊ lr̃is benedictũ rogasse: vt vnũ aliquẽ ex discipulis suis ad se mitteret. qui gallos monasticã vitã edoceret. quare bñdictꝰ maurũ eo misit. qui oĩbꝰ vita ⁊ moribꝰ rõnẽ bene ac beate viuẽdi dedit. quiq̃z etiã multa monasteria cõstituit. Quibꝰ gestis post annos. xxviij. anno salutis. 560. post multas virtutes ac miracula inibi facta: nõ sine magna sc̃titatis opinione bona senectute. 18. kal. februariȷ̃ q̄euit ĩ pace. cuiꝰ diei festũ eo die celebrat̃.

Sanctꝰ colũbanus



Colũbanꝰ abbas vir religione ⁊ sc̃titate insignis ꝑ hec tp̃a in hibernia insula claruit. vbi multꝭ cõstructꝭ monasteriȷ̃s postea ĩ burgundiã venit. Ibideq̃z luxoniense monasteriũ ꝯstituẽs innumerabilẽ q̄si gentem aggregauit. ⁊ rectũ viuẽdi moduz oĩbꝰ tradidit. Cepit q̃z increpare theodoricũ regẽ cũ cõcubinarũ adulteriȷ̃s misceret̃. Ideo ĩ eũ auia brunichildis exarsit ingẽti furore. ⁊ rex eũ de monasterio ammoueri p̃cepit. egressus itaq̃z apud aualonẽ castrũ ꝑueniẽs. Porro theodoricꝰ rex diuinitꝰ ꝑcussus inter fragãtis ignis incẽdia mortuꝰ est. Sanctꝰ deinde columbanꝰ miraculis clarꝰ. in loco siluestri de fructibꝰ arboꝝ victũ ꝑcipiẽs. ⁊ minister eiꝰ nũciãs ei q̄ tp̃e collectionis vrsum inuenisset comedẽtẽ. p̃cepit ei vt fructꝰ ⁊ poma diuideret ⁊ vrse partẽ ꝓ sui sustẽtatione: reliqua ei ꝓ cibo assignaret. Aĩal aũt obediẽs nihil de p̃te ꝓ viro assignatã gustauit. huiꝰ discipuli plures fuerũt ⁊ sp̃alẽ gr̃az eiȷ̃ciẽdi sp̃us a dño ꝑcepisse legit̃ ep̃atũ oblatũ renuit ⁊ post multa miracula in dño requieuit tertio kal. nouembris.

Herculanus ep̃s



Herculanꝰ ep̃s perusiñ. cũ septimo anno obsidionis cap̃. martirio coronatꝰ fuit. q̄ p̃erat exercitui ad totilã misit inquirẽs q̄d de ep̃o agẽdũ eẽt: ait. ep̃o p̃riꝰ a vertice vsq̃z ad calcaneũ tolle corrigiã ⁊ tũc caput amputa. hũc herculanuz ep̃m ꝑusinũ sup̄ vrbis murũ deductũ capite trũcauit: ⁊ cutẽ incidit ⁊ corpꝰ extra murũ ꝓiecit. q̄dã caput adiũgẽtes cũ puero sepelierũt iuxta muꝝ. pꝰ. xl. dies corpꝰ q̄sierũt vt ĩ eccl'ia ponerẽt. ⁊ corpꝰ pueri v̄mibꝰ scatẽtẽ ⁊ herculanũ integrũ (vt nec capitꝭ abscisionẽ ꝑ aliq̄ vestigia viderẽt) reperierũt

Simeon in colũna



Medardꝰ q̃z sanctꝰ toꝛnaceñ. ep̃s miraculis claruit. In cuiꝰ trãsitu celuz aptum fuit vt diuina luminaria añ eum ꝑ horas tres splẽdorẽ dederũt. frater eiꝰ gildardꝰ rothomageñ. ep̃s fuit ⁊ ambo vno die nati vterini ⁊ pontifices creati.

Simeon in columna anthiocenꝰ ex vtero matris electꝰ de quo mira referunt̃ Is primo egit vitã monasticã inde vt ferunt in puteo priuato aqua habitans. Landem annis quadraginta in finẽ vite sue sup̄ columnã stetit.

Anno mundi. 5753. Anno xpi. 554.

PElagius papa eiꝰ noīs primꝰ: patria romanꝰ: patre iohāne vicario: post vigiliū pōtifex fuit. hic ꝗsi in multis periculis ꝛ turbationibꝰ ostrogothoꝝ fuit. ecclīam tn̄ dei nō deserēs. cōstituit vt heretici ꝛ scismatici coherceri etiā seculariū manu possent: qn̄ ad sanitatē rōnibꝰ nō ducerent. ꝛ clericis ī sacris cōstitutis: mādauit vt septē horas canonicas quottidie celebraret. Voluit itē vt vna queqꝫ ꝓuincia. x. vel. xij. cōtineret ciuitates. hic aūt accusatꝰ ꝙ maloꝝ vigilij causa fuisset. cū iustinianꝰ vigilio ꝑferret eū. vidēte ꝓplo ꝛ clero crucē tangēs ꝛ euāgeliū iureiurando suscepto: se a tanto crimine purgat. inde narses ad vrbē veniens supplicationes ꝓ rebꝰ bene gestis a sancto pangratio vsqꝫ ad sanctū petrū celebrat. vrbēqꝫ a gothis liberatā: quoad fieri pōt instaurat. vna vero cū pelagio instituit vt vllus ambitione vel ꝑcio ad ꝗsuis sacros ordines admittat̄. Tandē vndecimo sui pōtificatꝰ anno mēse decimo: die octauo ꝛ vigesimo morit̄. ꝛ in basilica petri sepelit̄: vbi ex sacris ordinibꝰ bis mēse decembri habitis. ꝑsbros sex ꝛ. xx. diaconos. xj. epos vero quadraginta creasset. Vacat tum sedes mensibꝰ tribus diebus sex ꝛ viginti.

Anno mundi. 5763. Anno xpi. 564.

IOhannes terciꝰ papa natione ro. patre anastasio ex illustri genere orto: iustini tꝑibus fuit: qui iustiniano successit. vir quidē prudētissimꝰ mitisqꝫ hic pōtifex ꝛ sanctoꝝ cimiteria restituit. ꝛ iacobi ac philippi ecclīam a vigilio inchoatā ꝑfecit. Et narsetē romanis nō dissimulanter iratū ꝙ de se male opinarētur. idqꝫ ad sophiā scripsissent: e neapoli ad vrbem ducit: vbi haud ita multo post narses morit̄: cuiꝰ corpus loculis impositū constantinopolim defert̄. Iohānis ꝗꝫ pōtifici tꝑibꝰ armeni fidē xpi recepe. Multas clades tum passa italia est irrūpentibꝰ ꝓuinciā barbaris: quas quidē ꝑtendere ꝓdigia illa tēpestate visa ꝛ ignee acies in celo apparētes vt ꝑmissum est. deniqꝫ hic ꝑturbationū ac doloꝝ plenus: etateqꝫ grandeuus morit̄: ac in basilica petri sepelit̄: pontificatus sui ano duodecimo: mēse vndecimo: die sexto ꝛ vigesimo. Vacat tum sedes eius morte mensibus decem diebus tribus.

Anno mundi. 5773. Anno xpi. 574.

BEnedictus primus papa: patria romanus patre bonifacio: tyberij secundi tꝑibus fuit. vir sane optimꝰ ꝛ tanto honore dignus qui italie ꝛ presertim rome laborāte fame vna cū tyberio augusto subuenit. misso ex egypto frumento a seuissima fame liberauit vrbem ipsam inedia pene cōsumptaꝫ. Interuenientibꝰ benedicti pontificis precibꝰ queꝫ tyberius mirūimmodū dilexit ꝛ obseruauit. verū paulopost (vt quidā scribunt) solicitudine ꝛ dolore quē in calamitatibus vrbis rome ꝛ ꝓuincie italie conceperat morit̄. quarto pontificatus sui anno mense vno ꝛ diebus octo ꝛ viginti. Vacat tum sedes mensibus duobus ꝛ diebus decem. In cuius tumba sic scriptum tradunt.

Magnis tuis monumenta pater benedicte relinquis.
Virtutū titulus o decus atqꝫ dolor.

Anno mundi. 5783. Anno xpi. 584.

PElagius secūdus: patria romanꝰ: patre vingeldo a tyberio ad imꝑatorē mauriciū tyberij generū ꝑuenit. hic in iussu principis cū pontifex creatꝰ sit. Cū extra obsessam ab hoste vrbem mitti quispiam nō posset. Nil enim tuꝫ a clero in eligēdo pontifice actum erat: nisi eius electionē imperator approbasset. Missus itaqꝫ constantinopolim ad placandū imꝑatorē Gregorius monachus ꝛ diaconus vir optimus atqꝫ doctissimus vbi ex sentētia pontificis oīa peregisset: nequaqꝫ ocio ꝛ ingenio suo abusus. ꝛ libros moraliū in iob cōposuit. Et euticium cōstantinopolitane vrbis epm ita ꝑnte augusto disputationibus cōuicit: vt omnia que in libro suo de resurrectione cōscripserat: retractare coactus sit. Dicebat em̄ corpus nostrum in illa resurrectionis gloria vento aereqꝫ subtilius futurū. ob eam rem tangi nō posse: quod cōtra illud dominicū est palpate ꝛ videte ꝗꝛ spūs carnē ꝛ ossa nō habet: queādmodū me videtis habere. Pelagius aūt vbi gregoriū rogatu populi romani ad vrbem reuocasset ꝛ domū paternā in xenodochion pauperū senū redegisset. ꝛ basilicā laurentij martyris a fundamētis extruxisset pestilentia morit̄. que tuꝫ maxime europaꝫ oēm vexabat. Anno pōtificatꝰ sui decimo: mense secūdo: die decimo. Sepultꝰ est aūt ī ecclīa btī petri in vaticano. Vacat tuꝫ sedes mēsibꝰ sex: dies octo ꝛ. xx.

Linea sūmoꝝ pontificum

Pelagius



Johannes



Benedictus



Pelagius



Linea Imperatorum

Justinꝰ mior vl' iunior



Tiberius secūdus



IUstinus iunior siue minor rē publicam apud cōstantinopolim regendam
suscepit. Justiniano principe vita decedēte. Et ī nulla re similis fuit. vir ī
oī auaricia deditꝰ rapax deoꝝ atqꝫ hoīm ɔtēptor hītꝰ ē. senatoꝝ spoliator. Cui
tāta fuit cupiditatis rabies. vt archas iuberet ferreas fieri. In qbꝰ ea q̄ rapie/
bat auri talēta cōgregaret. Quē etiā ferūt ī heresim pelagianā delapsuꝫ. Hic
cū a diuis aurē cordis auerteret. iusto dei iudicio amisso rōis ītellectu. amēs
effectus ē. Hic etiā tyberiū adsciuit. q̄ ei pallaciū vl' singulas ꝓuincias guber
naret. hoīem iustū ⁊ strēnuū. Uxor q̄ꝫ eiꝰ sophia impiū vsqꝫ ad tyberij secūdi
tp̄a gubernauit. Cuiꝰ etiā imprudētia regnū ytalicū a ɔstātinopolitano iugo
ꝑ longobardos ablatū ē. Igit̄ cū iustinꝰ. xi. ānis regnasset amentiā quā īcur
rerat. tandē cū vita finiuit. Ferūt hūc vrbē in histria regione ytalica ɔdidisse.
Et ex suo noīe eā Justinopolim appellasse. Quā q̄dē in loco munitissimo ꝓ/
pter barbaroꝝ incursiones ɔstituit. vt populi ab eisdē agitati ibidem tuerēt̄.

TIberius Cōstantinus mortuo iustino romanoꝝ regū sumpsit imperiū.
Hic vt iaꝫ diximꝰ iustino adhuc cesare cū palaciū regeret. ⁊ eū ꝑ adopti
onē in filiū ⁊ regni heredē susceperat. ac merito certe cuꝫ in hoīe ea ornamēta
essent. que in optimo principe req̄rūtur clemēcia. iusticia. pietas. religio. sapi
entia. ɔstātia. Et ꝑpetua fortitado. Uez inter alias eiꝰ ꝟtutes benignꝰ ⁊ libe
ralis in oēs. potissimū ꝟo erga paupes habitꝰ ē. Et cū multa de thesauris q̄s
iustinꝰ aggregauerat paupibꝰ erogaret. sophia augusta freq̄ntius increpabat
eū qd̄ rem publicā redigisset ī pauptatē. Aiebat ille. Cōfido ī dn̄o. qꝛ nō dee/
rit pecunia fisco nr̄o. tantū vt paupes elemosinā accipiāt aut captiui redimāt̄
Hoc ē magnus thesaurus. Deambulās ꝟo ꝑ palatiū vidit in pauimento do
mus tabulā marmoreā. in q̄ erat crux dn̄ica sculpta. Et ait. Crucē dn̄i q̄ frōtē
nr̄am ⁊ pectora munire debemꝰ. Eā sub pedibus cōculcamꝰ. Et dicto citius
iussit eandeꝫ tabulā auferri melioriqꝫ loco atqꝫ honestiore reponi. Post h̄ ꝟo
vna. atqꝫ altera inuenta est. Sub q̄ tantā vim auri ⁊ argenti reperit. q̄ntā ho/
mīs bn̄ficiētia requirebat. Cuiꝰ q̄dem magnā ꝑtē paupibus erogauit. Ferūt
etiā narsetis thesauros ad eū ex ytalia delatos fuisse. Quibus ɔflatis ad ma
gnificentiam ⁊ liberalitatem vsus est. Et ne quid ad integrā eius felicitatē deesset. exercitus que in persas
miserat. victor rediens tantā predam ad elephantis. xx. auexit. q̄ntum vllus vnq̄ꝫ antea. Hoc requirebāt
eius merita erga genus humanuꝫ. Hec religio in deum saluatorem nostrū. hoc postremo eius beneficen/
tia erga populū romanū. que ⁊ armis quoad fieri potuit tutatus est. Tyberius igitur Constantinus post
q̄ꝫ imperium septem rexerat annis. sentiens sibi diem mortis imminere. vna cum consilio sophie auguste
Mauricium genere capadoceꝫ virum strennuū ad imperium elegit. ornatamqꝫ suam filiam regalibus or/
namentis. tradidit ei dicens. Sit tibi imperium meū cū hac puella concessum. vtere eo felix. memor semꝑ
vt equitate ⁊ iusticia delecteris. Hec postq̄ꝫ dixit de hac luce ad eternam patriam migrauit. Magnū luctū
ꝑplis de sua morte relinquēs fuit eī summe bonitatis ī elemosinis ꝓmptꝰ. in iudicio iustꝰ. In vindicādo
cautissimꝰ. nullū despiciēs s̄ oēs in bona volūtate complectens. oēs diligēs. ipeqꝫ dilectus ab omnibus.

LOngobardi quibus nutrita barbe longitudo patris ydeomate dedit nomē a Scandinauia germa-
nie insula occeani originem habuere. Ex qua profecti Aionē ⁊ Thatonem habuerunt duces. Jisqꝫ
fato functis. Agelmūdum sibi regem imposuit. Eoqꝫ a populis quos dicūt bulgaros histri accolis inter/
fecto lamussio subrogatus est. Qui agelmundi necē vlcisci cupiens in bulgaros arma mouit. eosqꝫ maxi/
ma afflixit clade. de ortu huius lamussij refert Paulus ꝙ meretrix quedaꝫ vno partu septem edidit filios
quos cum in piscinam enecandos proiecisset. Agelmundus rex videns paruulos exorruit facinus. hasta
q̄ꝫ manu gestabat eos voluere cepit. vnus ex eis iniecta manu hastam comprehendit rex misericordia mo
tus illi magna prenūcians e piscina abducandum abduxit. que eorū lingua lama dicitur lanusium nomi/
nauit. qui cum adoleuisset strennuus in omnibus adolescēs euasit. Et post eum quadraginta annis regna
uit. quo defuncto tercius rex Lethu est suffectus. Qui cum ānis quadraginta regnasset Hildooch filiū si/
bi instituit successorem. Et post eum quintus Godooth longobardoruꝫ regno prefectus est. Cui successit
Classo. Inde subrogatꝰ ē in septimuꝫ regem filius thato. Qui profligatis herulis paulopost interfectus
est. Octauus regum Unacho. Ualtarith filium habuit successorem. Post quem decimus ⁊ non nonus ꝑ
ut scripsit Sigisbertus longobardorum rex fuit andoin a quo primū ea gens in pannoniam traducta fu/
it. Postq̄ꝫ ānis duo de quadraginta Rugilandam prouinciam habitauerat. In pannonia autem sub ip̄o
andoino primū ⁊ postea s̄b Alboino eiꝰ filio. Qui vndecimus rex fuit annis quadragintaduobus lōgo
bardi habitauere. dignitate aucti ⁊ maximo potentatu. Longobardorum autem in ytaliam ingressum fu
isse cōperimus benedicti pape pontificatus initio. Et iustino minore annū iam terciūdecimū apud Cōstā
tinopolim impante. Fecerunt iter longobardi ꝑ patentē portam que ab ip̄o conditi orbis initio relicta fu/
isse videtur barbaris ad ytalie inuasionē. Decedentes nanqꝫ pannonia ꝑ noricū q̄ prius bauaria. nunc ea
in parte dicitur austria ꝑuenere. Liburneam que tūc sicut ⁊ nūc dictus est ꝓuincia foriulij. Oppidoqꝫ fo/
roiulio cū ipsa (cui dat nomen) ꝓuincia ꝑ incolarū deditiōeꝫ potiti ad planē fluuiū consederunt.

Alboinus Rex



Alboinus vndecimus longobardoꝝ rex. quē narses vt p̄missum ē cū omi-
bus copijs postq̄ gunimūdū gepidaꝝ regē occidisset. ⁊ gepidas vsq̄ ad
internitōem deleuisset: E pannonia in ytaliā ad cōpescendas sedes vberiores q̄
in pannonia occupauerāt. litteris ⁊ nūcijs accersit. Obtemperās itaq̄ narsetis
monitis alboinus ytaliā per syrmiū ingressus. cum omibus longobardis tam
viris q̄ mulieribus. adiūctis etiam sibi. xx. sanonū milibus. cū ipis vxoribꝰ ac
liberis armētis q̄cq̄. p foꝝ iulij ytaliā intrauit. cū exercitu lectissimo. primo oēm
veneciā occupat. inde in subriā ingressus mediolanū vi capit ac diripit. papiam
triennio obsessam in ptātem suam tandē redegit. Hac aūt victoria letꝰ. veronaꝫ
se cōtulit. quā regni tocius sedē cōstituerat. Erat tūc tercius et dimidius exactꝰ
ab ingressu longobardoꝝ in ytaliā annus quo in tpe alboinus omni pene ethru-
ria ⁊ arimino accisalpine gallie partibꝰ a bononia papiam vsq̄ oibus (excepto
Grex illo) potitus vel vrbibus vl' oppidis. veronā igitur se contulit. In qua vr-
be vxorē diuitiasq̄ ⁊ omnē regiā suppellectilem habebat. Rebus autē vt erant
tūc in ea gente letissimis. ludos celebrauit. Et qd̄ oīa apud eam barbariē superabat ludoꝝ leticieq̄ ge-
nere cōuiuijs ebrietatibusq̄ ē indultum. Bibebatq̄ rex ea pathera quā ex Gunimūdi gepidaꝝ a se in pā-
nonia interfecti craneo laminibus circūdato aureis parauisse. Et cuꝫ immoderatius hausisset hilarioꝛ ac
ꝓprie amens reditus. misit Rosimūde vxori e regione discūbenti patheram mero plenam. Ipe alta incla-
mitans voce vt cū p̄re gunimūdo bibēs leta eēt. Que vxoꝛ adeo alte īsedit pectori mulieris. vt ex ea hora
statuerit p̄ris cranei ludibriū viri īteritu vindicare. Egitq̄ tātā rem maxime in hūc moduꝫ. Helmechildis
erat longobardus ⁊ nobilis ⁊ in armis ferox. qui adolescentia florens. ⁊ corpore famosissimus. puellā de-
peribat. rosimūde obsequio insistentem. Qd̄ cū nō ignoraret regina effecit. vt puella qd̄ ardenter cupiebat
sese illi in concubitum permitteret. Eum postea adolescentem his artibus ad lasciuientis animū in senten-
tiam trahendum vt rata erat efficacissimis pellectum. Rosimūda in regis caput armare tēptauit. Cuiꝰ po-
stea consuetudine rosimūda quidem delectabaꝉ. queq̄ in cubiculū secreto ducens. proposita regni spe al-
boinū obtrūcare compulit. Verū cū aduersantibus longobardis. de spe regni decidissent. Ambo ad longi-
nū qui tum rauenne preerat confugere. Nec ita multo post seipos inuicem veneno petentes diem extremū
claudunt.

Lōginꝰ exarchꝰ ytalie



Longinus grecus primus ytalie exarchus. hoc anno post captam vniuer-
sam ferme ytaliam. nouū in ytaliā adduxit magistratus nomē exarchatus
ytalie. qui interp̄tabaꝉ summus ytalie magistratus. Et rauenne se continens nū-
q̄ iuit ad vrbem romam. vel qualis esset inspiciendam. In administratione vo
ytalie ⁊ vrbiū que in iustini impatoris partibus cum roma ⁊ rauenna duraue-
rant. Hūc primus seruauit morem. vt non prouincie aut regioni preessꝫ preses
siue quispiam magistratus: sed singule vrbes singula oppida a singulis custodi-
rentur. regerēturq̄ magistratibꝰ. quos appellauit duces. parem itaq̄ faciens vr-
bem romā alijs ytalie vel vrbibus vel oppidis. hac vna in re illā honorauit. qd̄
impositum tūc magistratum presidem appellauit. sed qui successerūt sunt appel-
lati duces: vt postea per multos annos sic romanus appellaretur ducatus. sicut
Narniensis spoletanusq̄ est dictus. neq̄ post basilium qui cum Narsete consul
fuit. vel consules roma habuit vel senatum legitime coactum: sed a duce greculo homine. quem exarchus
ex rauenna mittebat res romana per multa tempora administrata ē. Durauit quippe hic magistratus fer-
me centum ⁊ viginti quatuoꝛ annis. Eoq̄ defuncto smaragdus suffectus fuit.

Leander episcopus



Leander tolletanus (vel vt quidam volūt) hispalensis epūs. Vir plane san-
ctus ⁊ doctrina precipuus. In quo eloquentia ⁊ doctrina pari lance certa-
bant. Cuius p̄dicatione exemploq̄ ⁊ industria tota vesegothoꝝ gens p Recare
dum eoꝝ regem ab arriana impietate cōuersa ē. Multa eīn cōposuit. tum ad cō-
firmationē nostri dogmatis: tum ad cōfutationem arriane pfidie. quā (tanq̄ te-
terrimā labem) Vandali ex aphrica in hispaniā a belisario pulsi detulerāt. Hu-
ic aūt insigni viro beatus Gregorius papa adhuc monachus moraliū suorum
libros scripsit. Cuiusq̄ vita multis signis ⁊ miraculis in fine claruit: Ideo inter
sanctos relatus cuius festū. 3. kal'. Marcij celebraꝉ.

Joannes Elimona seu elemosinarius latine alexandrine vrbis episcopus.
per hoc tempus orientalem ecclesiam quoad fieri potuit in fide continuit
legendo. disputando. scribendo. monendo. docendo. licet multos aduersarios
habuerit signa quoq̄ magna. nec nō elemosinas plurimas ⁊ alia pietatis ope-
ra faciendo. Cuius celebrem ⁊ admirandā leonciꝰ q̄dam neapoleos ciprioꝝ insule epūs vt in vitaspatrū
historiam pulcerrimam scripsit.

Actum tum demū de noie ytalico putassem in tanta reꝝ pturbatione: nisi sanctissimi viri piture, puin-
cie succurrissent. Preerat ecc'ie aq̄leiensi paulꝰ p̄triarcha vir sctitat fama ꝯspicuꝰ. Is vrbis aq̄leie pau-
lo añ nouo paruq̄ valido muro cincte mūitioni diffisus. cū clero sctōꝝ reliquijs ⁊ oī sacra suppellectile mi-
gruit ḡdū. p̄erat ec̄ taruisine ecc'ie felix epūs rauēna oriūdꝰ vir vt ea tēpestate doctꝰ. ⁊ cū vita integer is lōgo-
bardos adesse ītelligēs ad alboinū ire ꝯtēdit taruisinis vt nouerat iratum salutem ⁊ bonoꝝ ecc'ie sue con-
seruationem impetrauit:

Fortunatus episcopus



Sampson epus



Gregorius thuronensis episcopus.



Germanus epus



Amandus epus



Radegūdis regina frācie



Gregorius magnus doctor



Fortunatus epūs tudertinus (vt ait grego. in primo dyalogorū) in effugādis spiritibus immense virtutis gratia pollebat. ita vt non nunq̄ ab obsessis corporibus legiones demonum pelleret. Et cū multos hoīes liberaret. Etiā equū cuiusdam militis in rabiem versū: vt cūctos dilaniaret: facto signo crucis ad mansuetudinē reduxit. cuidā quoq̄ ceco lumen restituit. Et nūc corpus eius in ciuitate tudertina demoniacos absoluere. egros curare quotiens ex fide petitur vt viuens consueuerat traditur.

Fortunat⁹ alter vir singularis litterature ⁊ eloquentie gallos ad mitiorem cultū redegit scriptis ⁊ exemplo. Ad sigibertum em̄ eorū regem libellum de gubernando regno pscripsit. ac beati Martini vitam eleganter composuit.

Germanū episcopum parisiensem. sunt qui scribant virum quidem sanctissimū hoc tempore fuisse. qui francie reges semp in officio cōtinuit. Et adeo quidem: vt inter se certatū religione. pietate. gratia. humanitate sit. Nil em̄ in Germano cernebant. qd̄ ipsi nō imitarent: tātū valēt boni pastoris exēpla.

Sampson dolensis episcopus. mira claruit sanctitate. in eius cōsecratione colūba celit⁹ emissa sup caput sedit quousq̄ epus ordinatus fuit. Suus quoq̄ discipulus Erbinus post sua fata claruit.

Amandus episcopus Traiectensis in vasconia cū eo tempore populus ferocissimus esset sua sanctitate ac predicatōne ad mitiorē vitam redegit.

Gregorius turonensis archiepiscopus octauo Justini anno ordinatus in omnibus clarus habetur. Fuit autē aluernie regionis indigena. Sexdecim deinde ānis in epatu exegerat. Cū gregori⁹ magn⁹ in sede aplica sbrogat⁹ ē. Obijt tandē. xv. kal. decembris. Hic scripsit historiā regū frācorū. Miracula q̄q̄ beati martini post obitū ei⁹ in libris q̄tuor.

Radegūdis regia frācie de regiōe thuringie ex berēgario orta. post deuictaz p̄riam regal̄ pda abducit. Ea i sorte lotharij regi i vero mādēsez ducta ad nutriēdā custodita. inde i successiōe nupsit terreno pncipi. nō tn̄ sepabat a celesti mira postea peregit pietatis opa. eā medard⁹ postremo nouionē mutata veste dn̄o cōsecruit. porro mōasterū pictauis coopante dei gr̄a mōasterū p ordinatōez lotharij regi cstruxit. vbi i m̄ltitudine maḡ abbatissa i oī abstinētia ⁊ miracul̄ vixit. morisq̄ ei⁹ glīosa fuit. ei⁹ trāsitus recolitur ydibus Augusti.

Gregori⁹ magn⁹ (ob eius sanctitatē. ac sapientie pcipue moralis sublimitatē) appellatus vt pene in ea omēs doctores excesserit. Is ex senatoria stirpe ortus. patrem habuit Gordianū matrem siluiam nobilissimos romanos. At cum summā philosophie apicē in sua adolescentia attigisset. Ac rerum ⁊ diuitiarū copia abundaret. ea om̄ia deseruit ⁊ religionis statū pelegit. varijs tn̄ seculi curis ac negocijs impeditus. Tādē patre orbatus sex monasteria in sicilia cōstruxit. Septimū intra menia vrbis sb honore sancti andree apostoli ppijs fabricauit. In quo relictis sericis auro gēmisq̄: vili monastico habitu tegebat. Cui⁹ pfectio in prologo dialogi eius ostēditur. tanta aūt in abstinentia corpus afflixit. vt infirmato stomacho vix subsister evaleret. vt sepenumero sincopi laboraret. Monachus igitur romanus. ob probitatē ⁊ sanctitatem maximo in pcio habitus fuit. Qui ⁊ multa tum cōstantinopoli. tūq̄ rome pro xp̄iana religione ad multorū eruditionē edidit opa. Moraliū i Job libros dialogorū pastoraliū. Itē registrū sup Ezechielē ⁊ omelias ⁊c.

Anno mundi. 5793. Anno xp̄i. 594.

GRegorius magnus papa. eius nominis primus: patria romanus patre Gordiano. viro senatorio: vno oīm ꝯsensu inuitus etiā pōtifex creatur. Anno dn̄i ⁊c. d. ac. xviij. Is aūt cum principis ꝯsensus requireretur. nūcios cū litteris miserat. Qui mauriciū obsecrarent: ne pateref electionē cleri ⁊ ppl'i romani ea in re valere. intercepte sunt littere a prefecto vrbis ac discerpte scripteqꝫ alie. Quibus rogabatur vt quem populus ac clerus in pontificem legisset eundem impator confirmaret. quo nihil ei nūciari iocūdius ac gratius potuit. cum secum familiariter dum constantinopoli erat Gregorius vixisset. filiumqꝫ eius fonte baptismatis leuasset. Remittit itaqꝫ Mauricius nūcios qui Gregoriū ꝯfirmarent: cogerentqꝫ pontificatus gubernacula suscipere. Is itaqꝫ non sibi ꝑ̄pi. ſ̄ vtilitati hoīmqꝫ ac honori diuino ꝯsulens. quem certe ob religionem ⁊ pietatē rebus oībus semper ante tulerat. spretis opibus. posthabitis voluptatibus atqꝫ oīm ambitione ⁊ potentia. gubernacula reipublice xp̄iane suscipiens. ita vixit. vtvsqꝫ ad tēpora nostra. neminē ex successoribꝰ parem habuerit: ne dum superiorem vel sanctitate vite vel diligentia in rebus agendis. vel doctrina ⁊ scriptis: doctor etiā humilimꝰ primus oīm pontificū se seruū seruoꝝ dei scripsit. Ac omnis institutio ecclesiastici officij veteris ꝑ̄sertim ab eo est inuenta ⁊ approbata. Supplicationesqꝫ maiores ꝓpter pestē sedandam ac stationes instituit. Exornatis quoqꝫ q̄buscūqꝫ rebus potuit basilicis romanis dedicataqꝫ gothoꝝ ecclesia que in subura est agathe martyris nomine. paternā domū in cliuo scauri positam non longe a circo maximo in monasteriū redegit. Quo in loco ⁊ hospites ꝯtinuo accipiebat. Et paupes vndiqꝫ confluentes cibo ⁊ potu in vita retinebat. Vir certe oīm laude dignus. Tādem confirmata oīm ratione ecclesia dei. Anno. xiij. mensis. vj. die. x. pontificatus sui moritur. Phoce vero imperatoris āno secundo. sepeliturqꝫ collacrimātibus oībus in basilica petri ante secretariū. quarto ydus marcij. Eius vero in morte mensibus quinqꝫ. diebus vnde viginti. sedes romana tum vacat.

SAbinianus papa cuiꝰ patria ignoraf ac merito quidem Gregorio successit: homo em̄ obscuro loco natus. obscurioris moribus rebus gestis Gregorij viri sanctissimi aduersatus est. Nam cum suo pontificatu fame laboraretur. instarentqꝫ paupes. vt pietatē Gregorij elemosinis imitaref: nil aliud respondebat. q̄ꝫ Gregoriū popularē famā aucupantē patrimoniū ecc'ie largitionibus dissipasse. Paululū etiā abfuit ꝙ libri eius cōburerenf. Adeo in Gregoriū ira ⁊ inuidia exarserat homo maliuolus. Hic tn̄ statuit vt hore in ecclesijs distinguerenf officij gratia. Et accense lampades ꝯtinuo retinerentur. potissimū vero in ecclesia beati Petri. At cū annū vnum. menses quinqꝫ. dies. ix. in pontificatu sedisset moritur: funusqꝫ eius a sancto Joanne per portam asinariā ⁊ pontem miluiū in basilicā petri defertur. Vacat sedes eiꝰ morte. menses xj. dies sex ⁊ viginti.

BOnifacius tercius papa. patria romanus. Vir sacerdotio dignꝰ a phoca imperatore obtinuit. magna tamen contentione. vt sedes beati Petri apostoli. que caput est omniū ecclesiarum ita ⁊ diceretur ⁊ haberef ab omibꝰ. Quem quidem locum ecclesia constantinopolitana sibi vendicare conabatur. fauentibus interdū malis ꝑ̄ncipibus. Merito em̄ sedes romana ceteris āfertur. Eiꝰ ītegritate ⁊ ꝯstātia cūcte hereses ꝯfutate sunt ⁊ explose: inde synodo habita plura instituit. Tandem eius vita ⁊ decreta extincta sunt pontificatus sui mense. ix. Sepultus est aūt in basilica petri: vacat tū sedes mense vno. diebus sex

Anno mundi. 5813. Anno xp̄i. 614.

BOnifacius quartus papa natione Marsus. patria valeriensis. patre Joanne medico. Hic templū sancte marie rotūde quod veteres pantheon Quia cybeli ⁊ oībus dijs cōmune esset. a phoca imperatore obtinuit: cōsecrauitqꝫ q̄rto ydus Maij. in honorē beate marie v̄ginis omniūqꝫ martyrum Eiectis prius gentiū simulacris. lustratoqꝫ templo vnde postea virgo ad martyres appellata est. Quo facto etiam domū paternam in monasteriū redegit: fundosqꝫ suos monasterio ascribit ī monachorum vsum. Quibus ⁊ predicandi ac absoluendi potestatem tribuit. Verū non ita multum post. diem extremū obiens. Sexto pontificatus sui anno mense octauo. die. xiij. Quo quidem tempore. peste fame ⁊ inūdatione aquarū laboratū est. Sepelitur in basilica petri. vacat tum sedes eius morte mensibꝰ. vij. diebꝰ q̄nqꝫ ⁊ viginti.

Linea summorum pontificum

Gregorius primus



Sabinianus



Bonifacius tercius



Bonifacius quartus



Mauricius tyberij gener. quo defuncto idutus purpura. redimitus diademate. ad curiã processit. acclamatisqȝ sibi laudibus largito populo mũera. primus ex grecoꝝ genere cõfirmatus est. huic eñ ⁊si cappadox erat. imperiũ tamẽ ob v̄tutem ⁊ strẽnuitatẽ in rebus agendis ꝯmissum est. At vero longobardi cũ post mortem alboini. xx. ãnis sub ducibus fuissent. Eutharim regem sibi creant. Quẽ ⁊ flauiũ appellarũt. quo quidem cognomento oẽs lõgobardoꝝ reges deinceps vsi sunt. Mauricius aũt pellere ytalia lõgobardos conatus. Sigebertũ fracoꝝ regẽ mercede ad id bellũ sollicitat. Qui statim cõpato galloꝝ ⁊ germanoꝝ mag̃ exercitu. cũ Euthar decertãs magno capto incõmodo supatur. Hac aũt elati victoria longobardi. vsqȝ ad fretum sicculũ puenere: vrbes ytalie in ptãtem suam redigentes. Quo minus v̄o vrbe roma diu obsessa potirenť. fecere hymbres. ⁊ quidẽ frequentes quibus hostes a menibus ꝑpellunť. Interea v̄o mauricius supatis ĩ etruria ⁊ campania Hexarcho romano duce longobardis in omnia vicia ꝓlapsis. legem tulit vt qui romane militie ascriptus esset. nisi finita militia. vt manchus ⁊ debilis ex vulnere factus. deo militare nõ posset. Hanc ob rem motus Gregorius hoiem admonet ne eius religionez impugnet. Cui᷒ benignitate ex ĩfima sorte hoim ad summũ gradum dignitatis puenerat. Preterea cũ Joannẽ Constantinopolitanũ epm̄ vniuersalẽ patriarcham creasset. monuissetqȝ Gregoriũ vt obtemparet. Respõdit homo constantis ingenij ⁊ fidei potestatem ligandi ⁊ soluendi petro traditam eiusqȝ successorib᷒. nõ epis ꝯstantinopolitanis. Nequaqȝ his malis cõtentus longobardos adhortať. vt romanos adoriretur. Ideo agilulphus ex cisalpina romã magnis illatis calamitatib᷒ integrũ annũ obsedit. Omissa spe potiũde vrbis mediolanũ redijt. At mauricius nõ sponte. ſ3 coacte penitentia ductus. cũ Gregorio mitius agere cepit: fuit tñ vtilis reipublice. Nã sepe contra hostes dimicans victoriam obtinuit. Huni qȝ q̄ auares appellanť ei᷒ virtute deuicti sunt. Interim v̄o milites stipendijs suis defraudati. Phocã centurionẽ impatorem creant: ⁊ Mauriciũ obtrũcant. postqȝ vnũ ⁊. xx. annis rexit.

Phoca. extincto mauricio eiusqȝ filijs. Theodosio Tyberio Constantino ⁊ aduocato romanoꝝ regnũ inuadit. p octo annoꝝ curricula principat᷒ est. Veniensqȝ costantinopolim imperator receptus est: magnã de se spem prebuit. ſ3 rerum exitus multoꝝ fefellit opinionez. Nam suo tpe pse cosdra rege in romanas ꝓuincias irrũpẽtes. supato phoce exercitu hierosolimã occupãt. Templa xp̄ianoꝝ ꝓphanãt ⁊ diripiũt. Lignũ dñice crucis inde auferũt. Zachariã virũ sanctissimũ eiusdẽ ciuitatis patriarchã in captiuitatẽ abducũt. Hanc ob rem ab omnibus potissimũ a senatu spretus phocas ab heraclio copiarum ⁊ affrice prouincie duce imperio ⁊ vita priuatur. Remqȝ publicã romanã. heraclius eiusdẽ filius regendam suscepit.

Linea Imperatorum


Mauricius


Phoca

Conciliũ ad. s. Petrum Rome




Synodum apud sanctũ Petrũ Rome vir sanctissimus Gregorius papa habuit (ne vlla ĩre ecclesie deesset) quatuor ⁊ viginti episcoporum in qua multa sustulit que nocitura. mlta etiã addidit que profutura fidei nostre videbãtur. In ea quippe synodo primo q̃tuor ꝯcilia. s. Nicenũ. Cõstantinopolitanũ. Ephesinũ. ⁊ Calcedonense decreto publico approbauit. ⁊ cõfirmauit. nec non et q̃ntũ venerat᷒ ẽ. Vetuit in eo ꝯcilio vt null᷒ bigamus ordinareť pſbiter. Statuit etiã vt eps semel dũtaxat ꝯsecrareť. Mãdauit p̄terea vltimã volũtatem modis oib᷒ obſuare debere. Instituit p̄terea ne q̃d ornatus ⁊ ꝯcẽtus inter sacrificandũ deesset. vt adversu vni᷒ psalmi introitus misse fieret. Et vt nonies kyrieleyson canereť ⁊ all'a. in canonẽ redegit. diesqȝ nr̄os ĩ tua pace disponas. Preterea supplicatões maiores (q̃s greci letanias vocãt) pm᷒ instituit stationũ qȝ magnã ptẽ maxie q̄ in basilica petri hñtur. Quid plura omnẽ ecc'iastici officij ĩstitutõez ipe sctĩssim᷒ põtifex instituit ⁊ approbauit.

Synodũ q̃ȝ hũit postea bonifaci᷒ papa. iij. epõrũ duo ⁊. lxx. pſbroꝝ. xxx. diaconoꝝ triũ in q̃ instituit ne quis sub anathematis culpa in locum de mortui pontificis aut epi subrogareť. nisi tercia saltẽ post obitũ eius die: vt ne anathematizarenť q̄ largitione vl' g̃ra ad pontificatũ vl' epatũ aditũ sibi q̃rerent. Voluit itẽ electõem epi a clero pitēr ⁊ pplo fieri. eamqȝ ita ratam fore si a principe ciuitatis approbata esset. Constituitqȝ vt nitidus pannus quod corporale dicitur super altari in consecratione semper a sacerdote poneretur.



Ferũt iudeũ quendã imaginẽ crucifixi telo transfixisse ꝑ hec tpa a quo illico sanguis copiosus effluxit. quo iudeus maculã contraxit. xpiani id videtes ꝑ vestigia sanguinis ad imaginẽ sanguinez emittentẽ ꝑuenerũt. quo comperto iudeũ lapidibus obruerũt.

Tanta inundatio aquaꝝ. anno sexto Mauricij imꝑatoris fuit vt noe diluuiũ renouatũ crederet. fuit enĩ diluuiũ in finibus venetiarũ ⁊ ligurie seu ceteris regionibꝰ ytalie. Destructa sunt itinera dissipate vie. facte sunt lacune possessiones seu villaꝝ hoĩmqꝫ pariter et animãtiũ magnus interitus. Tantũ tunc athesis fluuius excreuit. vt circa basilicã zenonis martyris. q̃ extra veronensis vrbis muros sita ẽ vsqꝫ ad suꝑiores fenestras aque ꝑtingerent. facta ẽ autem hec inũdatio sextodecimo kalendas nouembris. Sed ⁊ tante choruscationes ⁊ tonitrua fuerũt. q̃nte fieri vix estiuo tpe solent. In tantũ tũc fluuius tyberis excreuit. vt aque eiꝰ suꝑ muros vrbis influerẽt. Et maximas in ea regiones occuparẽt. Tũc ꝑ alueũ eiusdẽ flumĩs. cũ multa serpentũ multitudine. draco etiã magne mireqꝫ magnitudinis per vrbẽ transiens vsqꝫ ad mare descendit. Subsecuta ẽ statim hãc inundationẽ grauissima pestilentia. quã inguinariã appellant. Que tante pplm̃ stragi destinauit. vt de in extimabili multitudine vix pauci remanerent. Primũqꝫ pelagiũ papã ꝑculit deinde pastore interẽpto. sese ꝑ pplm̃ extendit. In hac tribulatione beatissimꝰ gregorius papa electus ẽ q̃ dum septiformẽ letaniã fieri ordinasset. Uniꝰ p̃ spacio dũ hi deũ ꝓcarent. Octuaginta ex eis subito ad terrã corruentes spiritũ exalarunt. Septiformis aũt letania dicta ẽ. qꝛ oĩs vrbis populus a beato gregorio in septẽ ꝑtibus deꝓcaturus dñm diuisus ẽ. In primo nãqꝫ choro fuit oĩs clerus. In secũdo oĩes abbates cũ monachis suis. In tercio oĩes abbatisse cũ cõgregationibus suis. In quarto oĩes infantes. In q̃nto oĩes laici. In sexto vniuerse vidue In septimo oĩes mulieres coniugate.



Misit hac tẽpestate diuus gregoriꝰ magnus augustinũ melitum ⁊ ioannẽ. cunqꝫ his mõchos q̃sdã ꝓbatissime vite. q̃rũ monitis ⁊ ꝑdicationibꝰ fidei nr̃e dogma Angli tũ ꝓmũ integre recepert. augustinꝰ ei ⁊ melitꝰ optimi monachi ⁊ anglorũ epĩ atqꝫ apl̃i i ꝓcio habiti deo auxiliãte. ⁊ monitis ⁊ efficacissimis exhortationibꝰ totã illã isulã ad fidẽ xpi tãdẽ ꝑduxẽ. ibidẽqꝫ demũ senio ꝯfecti ñ sine magͣ sctitatꝭ opinione in dño q̃euere. ⁊ cũ scti fuerĩt. coꝝ festa septĩo kal. iulij celebrãt.



Augustiꝰ ⁊ melitꝰ mõchi

Tunica inconsutilis



Tunica incõsutilis dñi nr̃i ihu xpi a. b. ṽgie maria ꝯfecta. q̃ sorte vni militũ obtigerat. his tpibꝰ nõ ꝓcul ab hierl̃m apud vrbẽ Zaphat in archa marmorea eo loci repositã. ab epĩs Gregorio anthioceno. thomaqꝫ hierosolimitano. ac ioanne ꝯstantinopolitano incorrupta ⁊ immaculata inuenta fuit. Qua suscepta maxĩo in ꝓcio habita fuit. qui ipaꝫ suscipiẽtes hierosolimã detulerũt. ⁊ in eburnea archa collocauerũt. Ferũtqꝫ hanc tunicã post captõez vrbis ꝯstãtinopolitane in manꝰ thurcorum deuenisse.

Hermigildus q̃dã visigothoꝝ rex hispaniaꝝ ⁊ visigothoꝝ regis filius. per id tempꝰ a patre lemugildo rege in carcere truditur. ⁊ paulopost iniquissime interficit. eo q̄ leandri hispalẽsis epĩ viri sanctissimi ꝑdicatõnibꝰ ab arriana impietateꝗ ad verã catholicãqꝫ fidẽ ꝯuersus fuisset. Nã cũ leander ipe hermigildum cõuertisset. ⁊ ipm̃ catholicũ declarasset. pr̃ ira cõmotꝰ leandrũ pontificẽ multis icõmodis ⁊ iniurijs affecit. ⁊ filiũ ipm̃ ꝯstantissimũ tandẽ iterfecit. ad cuiꝰ corpꝰ post modũ cãtꝰ ãgelicꝰꝗ auditꝰ fuit. lãpadesqꝫ ardẽtes vise. Sꝫ ⁊ ipe pr̃ paulopost i egritudinẽ ꝓlapsus leãdrũ reduxit. Et de iiuria atqꝫ pctõ veniã postulauit. ⁊ Ricardũ secũdũ filiũ regẽ cõstituens catholicũ ⁊ veꝝ xpianũ effici procurauit.



Hermigildis Rex



Basolus abbas
Sindolphꝰ p̃sbiter reclusus i frãcia
Euthonicus britonicus
Similianus abbas
wungalotus p̃sbiter
Sangericꝰ epĩs cameraceñ.
Furfrus filiꝰ regꝭ ybernie

Corpus. b. stephani ꝓthomartyrꝭ romã translatum est
Phara virgo nobilis fuit
walbertus fuit discipulus. s. colũbani
Deicola discipulus. s. colũbani
Cũbertꝰ epĩs colonieñ. sctitate claret
Bauo ꝑ. s. amãdũ ex ꝑdone ꝯuersus vitã solitariã in artissima pniã ꝑagens ceterꝭ sctitatis exẽpla ꝓbuit.

Arthariſ rex



Arthariſ flauius longobardorũ rex. poſtq̄ꝫ longobardi decem annis ſine rege ſtetiſſent ab eiſdē creatꝰ rex. regnauit annis ſeptē. Hic daphonis regis filiꝰ fuit. quē lõgobardi flauiũ cognominauerũt. q̄ lꝫ adoleſcens rex ſublimatus fuerit. multis tñ editis facinoribꝰ laudes ingentes ꝓmeruit. ⁊ eas ob res oẽs lõgobardorꝫ duces dimidiã pecuniarꝫ ſuarũ ptē ei obtulere. Hic pharã oppidũ non ignobile in abdue fluminis ripis condidit. ac Brixellũ ciuitatez in margine padi poſitam obſedit ⁊ debellauit. ac tandē ſolo equauit. Qua q̄dem elatus victoria ad ſiculum fretũ om̃ia ꝯq̄ſiuit. ac multas ytalie ciuitates ĩ ſuã poteſtatez redegit Sꝫ ⁊ francorꝫ regē cũ ingenti multitudine ipſorꝫ atq̄ꝫ germanorꝫ deuicit ac ex italia fugauit. Indeq̄ꝫ francilionē romanũ ducem ex como ciuitate Cumacinaq̄ꝫ īſula. q̄ in lacu lario erat expulit. Et igentes ĩde diuitias ſuſtulit. Qua ditatus ꝓda ſtatim theudelindã garibaldi bauarorꝫ regis filiã xp̄ianiſſimã duxit vxorem. quã obrem chilpericꝰ frãcorꝫ rex q̄ huic arthari inimiciſſimus erat. in bauarum furens cum inopinate aggreditur. ⁊ ex bauaria expulit. qui relicto regno cũ filia theudelinda in ytaliam ad generꝫ fugit. eo tñ anno quo eam duxit vxorem defunctus eſt.

Theudelinda regia



Theudelinda longobardorꝫ regina bauarorꝫ regis filia generoſitate ⁊ ſanguinis claritate inclita. Que ⁊ ſi ĩ ꝑmordio regni ſui etate iuuenis formaq̄ꝫ ſpectabilis ac diuitijs abũdans fuerit. moribus tñ ⁊ caſtitate ac religione cõſpicua fuit. Cuiꝰ q̄dem virtutibus ſcribũt incitatũ beatũ Gregoriũ eidē dyalogũ ſuũ de moribus miſiſſe. Cuiꝰ lectione ꝑferocem viri ſui animũ ad religionem ⁊ mitiorē cultũ redegiſſe. Erat em̃ matrona ĩſignis: ⁊ fidei xp̄iane ſtudioſiſſima Hec quippe preter reliqua pietatis opera. monaſteriũ celeberrimum in honore ſancti Colũbãni abbatis apud bobiũ ciuitatem ſuꝑbiſſimis edificijs ſua impēſa condidit. et plurimos fundos eidem aſſignauit. Et baſilicam beati Joannis baptiſte. modoecie edificauit. Qď oppidum decem milibꝰ paſſuũ a mediolano diſtat. Et eandem eccleſiam ꝑdijs ac vaſis aureis ornauit. In qua quidem baſilica corpus ſuum ſepeliri mandauit. Et ex illo ac deinceps ꝓpter mulieris exemplũ longobardi oẽs Joannem baptiſtam in patronũ precipuũ ſuſceperũt.

Agilulphus rex



Agilulphus longobardorꝫ rex poſt artharim regē ſuꝑ longobardos regnauit. annis. 21. Mortuo nãq̄ꝫ arthari rege ꝑdicto. Cum longobardi de electione futuri regis diu diſcordes fuiſſent. Et habita de nouo rege creando cõſultatione. cũ nequirent in aliquē cõſentire. Cõuenerũt vt quemcũq̄ꝫ theudelinda ex longobardis ducibus ſibi delegiſſet maritũ. Is ĩ regē ab om̃ibus acciperet fuit nãq̄ꝫ ingentis virtutis mulier. Et ꝓfecto digna. Cuiꝰ iudiciũ tanti facerent longobardi. Ea itaq̄ꝫ iudicio de ſe facto vſa: agilulphũ qui erat thaurinēſiũ dux virum bellicoſum adoleſcētia formaq̄ꝫ florentē ſibi maritum ⁊ longobardie gētis regem apud laumeliũ papienſiũ oppidũ declarauit. Prima vͦo cura quã nouus ſuſcepit rex agilulphus fuit captiuos redimere. quos Childepertus de tridentinis abduxerat. ⁊ ſimul ab ipo rege pacem implorare. paceq̄ꝫ nactus ex ducibus qui anthari fuerant rebelles punire ⁊ minulfum inſule ſancti iuliani ducem primũ interfici curauit. Id cũ reſciſcet gandulfus bergomenſis dux illiꝰ exēplo territꝰ ſibi ꝓſpicere cepit. obſeſſus tñ venia petita deditionē policitũ abire ꝑmiſit. Sꝫ ⁊ vlfari taruiſinus dux eodē tpe res nouas molitus captus ac in vinculis ad regem perductus eſt. inde iterũ hoſtes interfici curauit. Rebuſq̄ꝫ pacatis bellũ cõtra romanos ſuſcepit ⁊ oppidis circũquaq̄ꝫ captis. romã per annũ obſedit. ⁊ multas illi clades intulit. Sed ⁊ longobardi qui beneuenti erant inducias violarunt. Zoto enim qui erat dux beneuentanus monaſterium Caſſinenſe inuaſit: ⁊ abbate monachiſq̄ꝫ cũ ſingulis veſtimentis ⁊ vnico codice ordinis regulam continente fuga ꝓlapſis. ſacrum id cenobium a barbarie illa ſpoliatum. ⁊ ſolotenus deſtructũ fuit. que celeberrimi monaſterij clades illa fuiſſe videtur. quã Gregorio teſte ſanctus pater benedictus futuram predixit affirmans vix apud deum potuiſſe obtinere. vt ex eo loco ſibi anime concederentur. Bonitus autem qui tunc erat quartꝰ a beato Benedicto abbas cum monachis euolatis romã ſe contulit. Sed zotoni paulopoſt eam cõmiſſaꝫ impietatem defuncto ſubrogatus eſt ab agilulfo rege in beneuētanũ ducem arrigis ad quem aliquot beati Gregorij extant epiſtole. ſed illa inſignis per quã illi caſſinenſis monaſterij venerationemq̄ꝫ ſuaſit. Duxere deinde longobardi exercitum in patauiũ. Erat tunc padua vrbs ſine menibus latericio vel lapide cõpactis. vallis plantiſq̄ꝫ tantũ modica mũita. a tēporibus atile per annos circiter ſexaginta. ſine menibꝰ et frequentia ciuiũ fuit. primũq̄ꝫ ſub Theodorico rege frequentari ac vallo muniri cepit. Quare illis in ãnis q̄ ꝓpe centum ad huius obſidionis tempora intercedebant omnia edificia ex materia aſſeribuſq̄ꝫ conſtructa erant. Id cum cernerent longobardi. ventos nacti validiores faculas ignitaſq̄ꝫ ſagittas ſcorpionibus iniecerunt. Et primo incendiũ inchoauit quo ꝓpinqua illico corripiente vrbis pars maxima eſt cremata. ⁊ inde vrbē incendio vaſtauere. Monſilitis ciuitas cõem cũ padua habuit ſortem. inde agilulfus ticinũ eſt reuerſus. Tandem per interceſſionem religioſiſſime regine omiſſis ydolis xp̄i fidem cuꝫ longobardis cõplexas. eccleſiaſticorum bona reſtituit. ac deinde vita functo adoaldum puerulum filium cuꝫ theudolinda matre ſucceſſorem reliquit.

Deusdedit papa. pria romanus. pre stephano subdiacono. pontificatū oibus suffragijs adeptꝰ. Hic cū esset optimus pater cleruz mirūimmodum dilexit ⁊ auxit. ferūt hūc tante sanctitatis fuisse. vt quendam obuiū elephantie morbo laborantem. osculo suo lepra statim liberauerit. Constituit aūt ne filiꝰ patrini puellā e sacro fonte a patre leuatā ducē in vxorem posset. Deus aūt dedit eius tpa ad hec etiam notiora fecere ⁊ terremotus. ⁊ scabies q̄dā ita ad elephantiam tendens. vt deformitate cognosci homines nō possent. morit pōtificatus sui anno. iij. die tercio ⁊ vigesimo. ac sepelit in basilica petri sexto ydꝰ nouembris. Eius morte epatus tum vacat mēsem vnū. dies. xvj.


Sisebutus rex

Sisebutus visegothoꝝ rex. eo tpe Richardi regis filius regnare cepit. ⁊ regnauit annis. 36. Hic cū primū gētilis esset xpianus factus statim plurimas hispanie ciuitates. q̄ ad romanos defecerant recepit iudeos quoq; oēs in regno dephēsos grauiorib' supplicijs ad xpi fidem compulisse. rogatu (vt aiūt) heraclij qui in fatis habuerat sibi cauendū a circūcisis esse. Cū tn̄ postea haud satis fati necessitatem circūspiciēs a sarracenis circūcisionē obseruātibus oppressus sit. Tandē cū esset strēnuus vir oēs hispaniarū ciuitates romanis abstulit. at tum demū Constātinopolitani impatores ī hispania impare desiert

Bonifacius q̄ntus papa. natione cāpanus. pre Joanne pontificatū inijt eo tpe quo eleutherius patricius romā ab heraclio missus vindicata ioannis exarchi morte. semetipm regem ytalie creat. Vir certe singularis humanitatis ⁊ clemētie mag̃ in oes benignitate ⁊ gr̃a vtens. nullū genꝰ officij (qd bonū pastorē deceret) ptermisit q̄ cū esset doctꝰ. ne qui ad eccias ↄfugerent inde vi retraherent. ne ve acholiti reliquias martyruz attractarent. qd est p̄sbiteri aut subdiaconi officiū. Mandauit item vt quouis in loco sacrilegi anathematisarent. Utue testamentū iussu principis vbiq; valeret. Cimiteriū beati nicomedis fecit ⁊ dedicauit. in clericos vo integre viuentes vnice liberalis ⁊ munificus fuit. Moritur aūt bonifacius pontificatus sui anno q̄nto. die. x. ⁊ in basilica petri collacrimātibꝰ oibꝰ sepelit. Eiꝰ aūt in morte diebꝰ. iz. sedes tū vacat

Honorius p̄mus papa. natione campanus. pre petronio viro ↄsulari. eo tpe pontificatū inijt quo theudelinda morit. hic rebus externis aliquātulū quietus doctrina moribus sanctissimis oēm prope clerū renouauit. atq; multas in vrbe ecclesias restituit. Et basilicam beati Petri tegulis eneis ex ioue capitolino sumptis cooperuit: edem agnetis martyris via Nomentana. vt carmē in aspide indicat. Edem pancratij via aurelia restituit. Templa quoq; anastasij ad aquas salinas. templū quatuor coronatoruz. atq; alias multas edes edificauit. Moritur aūt vir sanctissimus anno pontificatus sui. xij. mēse. xj. die. xvij. ac in basilica petri sepelit. quarto ydus octobris. Eius morte annū vnū. menses septem. dies. 18. sedes vacat.

Anno mūdi. 5823. Anno xpi. 624.

Seuerinus primꝰ papa. patria romanꝰ. pre Labieno in demortui honorij locū subrogatus: ab ycatio totius ytalie exarcho in pōtificatu ↄfirmatur. vana tūc em̄ hebat cleri electio. nisi id impatores aut coꝝ exarchi ↄfirmassent Vir siquidem singularis pietatis ⁊ religionis. amator pauperū. in calamitosos benignus. in oēs munificus ac gratiosus. in reparandis templis splendidus. Qui cū in hijs summope versaret. pontificatus sui anno primo. mēse secundo. moritur ac sepelitur in basilica petri. quarto nonas augusti. vacat tū sedes. menses quatuor. dies vnde triginta.

Joannes quartus papa natione dalmata. pre venancio pontificatū inijēs statim mira pietate vsus ē. Ex reliquis em̄ thesauris quos ysaciꝰ apud lateranū reliquerat captiuos oēs quos potuit: Istros ⁊ dalmatas a captiuitate redemit. Hic pontificatu suscepto. statim mandauit si quis res ecclesie aliqua temeritate inuadere presumeret. ad quadruplū restituere cogeretur. Suo quoq; tempore Rhotaris qui arioaldo in longobardoꝝ regnū successerat. licet iusticia ⁊ pietate insignis habitus sit. ad arrianos tamen declinat. passusq; ē vt eodē tpe oibus regni sui ciuitatibus duo epi pari ptāte p̄essent. alter ei catholicus. alter arrianus habebat. Joannes aūt plenus operibus bonis. pontificatus sui anno p̄mo. mense nono die nono moriēs: in basilica petri sepelit quarto ydus octobris: vacat tum sedes mēsem vnū dies tredecim.

Linea summoꝝ pontificum

Deus dedit



Bonifacius quintus



Honorius primus



Seuerinus



Joannes quartus



Linea Imperatorum

Eraclius



Eraclius in Augustū assumptus a sergio pr̄iarcha constantinopolitano coronatus. orientale accepit imperiū. Is eleutheriū gentis patricie constantinopolitanū imp̄ialis aule cubiculariū. ⁊ ducem rei bellice scientissimū in ytaliam misit. deditq̧ illi copias ⁊ pecunias quo res ytalie cōfirmaret. Et copias quascūq̧ focas in ꝓximis asie ⁊ europe ꝓuincijs habuerat: quasq̧ genitor eraclianus ex affrica miserat. Et indies mittere potuit instruxit. misitq̧ aduersus cosdroem quo prouincias in fide manētes ab illius impetu cōseruaret Nā cosdras mesapotamia palestinaq̧ occupatis hierosolimā inuaserat. Eaq̧ vrbe tūc opulētissima potitus diruerat eccl̄ias ⁊ loca sancta. q̧quā nō nihil venerat̄onis videt̄ sacratissime cruci dn̄ice exhibuisse. Cū vt scriptores tradūt ꝑtem quē helena constantini magni genitrix in caluaria locauerat. inde asportatā in patria locatā. in throno quē mirabili ope auro gēmisq̧ ornatū exedificauerat. anno imperij sui sexto ꝑse om̄i asia q̄ in meridiē vergit potiti. ad egiptū arma verterūt. Alexandriaq̧ capta paulisper se continuere q̄ eraclian⁹ imꝑatoris pater magnū in affrica exercitū parasse nūciaret. S obijt eo t̄pe eraclian⁹ qđ cū persis renūciatū esset carthaginē ceperunt. Eo igit̄ t̄pe eraclius magno compato exercitu multas ꝓuincias a ꝑsis occupatas in suā potestatē redigit. Ducem ꝑsaꝝ singulari certamīe ex equo deturbat ⁊ interficit. Cosdroam regē ꝑsaꝝ opprimit filiū eius captū ⁊ baptisatū in regnū paternū restituit. persidez ingressus turrim Cosdroe thesauris plenā capit. quoꝝ ꝑtes militibus tribuit. partē v̄o reparandis templis. que ꝑse diripuerāt designat. ip̄e p̄terea alia onustus p̄da. cū septem elephantis hierosolimā rediēs. crucē dn̄i a persis ablataz secū deferens. eo loco reponit in quo antea fuerat. captos a ꝑsis in patriam remittit. tantisq̧ rebus sexto expeditionis illius anno. q̄ erat imperij duodecimus felicissime gestis. eraclius dn̄icam crucē reduxit. pompā instituit solēnissimā. qua deducēte crucem dn̄i ip̄e sic manibus vlnisq̧ gestauit. ventum est ad portam que in locuz caluarie foras ducit. ⁊ exuerat turba que precedebat. ip̄se ad iter ceptum anhelans nullo tenente ante portā s̄bstitit. Tunc patriarcha qui lateri herebat. inquit ne dum ihesum crucem sibi baiulantem in ceteris emularis qui purpura iaspidibusq̧. quibus ille pauꝑtatis mḡr caruit onerari̇s. humilians se imꝑator. ⁊ vestē mutauit plebeiam. ⁊ iter nudis pedibus est ingressus. Tūc q̄ clausa illi videbatur porta patuit. inde in caluariā detulit. Is autem imperator in ꝯstantinopoli triūphaturus suā item apud romanos gloriā innotescere voluit. Sed infelix eraclius post actum triūphum ad studia Matheseos est conuersus aruspicine incantationūq̧ presagijs indulsit. postergans xp̄iane religionis obseruantiam cecinere vates. cui grande illi periculum atq̧ imperij euersionem a circūciso populo imminere. ideo hebreos baptisari curauit. Et vt sceleri scelus adderet. ad euthicianos transit. Et in heresim Monochelitarum dicentium in xp̄o vnicam tantum esse volūtatē. Tandem heraclius audita sarracenorum licentia capta presertim āthiochia veritus ne hierosolimā occuparent. Crucem dmini constantinopolim deferri curauit. Postremo morbo itercutis aque quā greci hidropisim vocant diem obijt cum imꝑasset annis. xxx.





Ferūt hijs dieb⁹ ignē e celo cecidisse. Iridēq̧ grādē apparuisse vt homines consummationē seculi adesse putabant ob tonitrua ac fulgura ingentia. Secuta est pestilentia grauissima. que estiuis mensibus plures consumpsit. Visiq̧ fuerunt angelus bonus ⁊ malus ciuitatem pertranseuntes. at quotiens angelus malus venabulo iussu boni⁹ angeli domū aliquā percussisset. Tot ex eodem domo sequenti die morte dissoluti sunt.





Prodigia quoq̧ multa ⁊ quidem horrenda hac tempestate in grecia apparuere que sane futuras Mahometi calamitates protendere videbātur. Naz vno ⁊ eodem anno cometes perlucidus bizantij visus est. Et puer quadrupes natus. Nec nō ⁊ est apud isulam Delon duo maxima mōstra omnino humanam speciem habentia visa sunt. Et alia multa hinc inde consimilia apparuere.

Machometus



Machometus arabs. vel vt alij volũt pseudo fuit. nobili ortus parente. deos gentiũ adorãte. sed mr̃em hebraice gẽtis habuit ysmahelitã. Is ex duabus huiusmõi omnino sibi īuicẽ aduersantibus supstitionũ sectis originẽ trahens nulli eoꝝ omnino adhesit. Sed homo acerrimi callidissimiqȝ ingenij inter xp̃ianos conuersatus. pniciosissimũ humano generi ex duaꝝ hmõi gentiũ legibꝰ cõflauit incendiũ. Nãqȝ inter arabas apud quos magnum ambiret honoris locũ publice contionatus ẽ. nõ iniuria cosdroẽ cũ omi familia deletum esse. qꝛ se ꝓ deo adorari fecisset. homo omĩũ scelestissimus. qui ꝛ ipe ydola sculptiliaqȝ manu facta adorare solitus fuissȝ. Subseq̃nter de lege hebreorũ quã magna ex pte arabes sectabant. xp̃ianorũqȝ traditionibus ita disputabat. vt vnam eadẽqȝ esse vtrãqȝ affirmaret. Licȝ magnis vtraqȝ gens ab duceret erroribus. quos q̃dem errores ita ipe moderabat. vt hebreos reprehenderet ihm xp̃m ex v̇gine natũ negantes. qꝺ sui maiores futurũ expectandũqȝ p̃dixierant aduenisse. xp̃ianos nõ redargueret leuitatis. qbꝰ psuasum sit ihm dei amicissimũ ꝛ ex v̇gine natũ obprobria ꝛ demũ crucis mortem a iudeis ppeti voluisse Et suã ipe p̃dicans legem futurã affirmabat: vt sic eã acciperẽt custodirentqȝ sarraceni. Et sibi diuino ad id nũcio obseq̃rentur. sese in libertatẽ asserãt. ꝛ p̃ncipatu regnoqȝ finitimos potiant. Ausus est etiam cõparato ingenti arabũ exercitu fines romani imperij turbare. Eius motus heraclius cito cõpescuit. solicitatis eius ad defectõez militibꝰ pollicitationibus ꝛ p̃mijs. Tandẽ sarraceni ꝛ arabes arma sumẽtes a natiuitate xp̃i sexcentesimotercio ac vigesimo ita heraclij duces suparunt vt hoĩem felicem p̃mo mox infelicissimuȝ reddiderint duce mahometo. qui cũ magnũ se dei ꝓphetã assereret. ꝛ magicis artibꝰ asianos ꝛ aphricanos deludens. Ita populos quosdã cõcitauit noua a se religione imbutos. vt paulũ abfuerit. quin om̃ino imperij nomen delerent. Capta alexandria. multisqȝ alijs sirie ꝛ cilicie vrbibus. Inualescit eiꝰ secta nũc multo magis q̃ȝ ante. Nam tota asia et aphrica magnaqȝ pars europe mahometanis principibus subiecta est Instant nũc thurci terra ac mari. vt nos tanq̃ȝ cuniculos ex his europe lateribus eruant. Mahometꝰ quoqȝ (vt in alchorano legit) quo magis sectatores a religione xp̃iana se iũgeret hereticos q̃sdam in cõponendis legibus maxime v̇o nestorianos secutus est. multa hinc inde ꝯ legem Moyseos ꝛ euangelij dei astute colligẽs. ac in vnũ q̃si corpus redigens. Et vt seductos pp̃los fortius irretiret. statuit qꝛ homo tot vxores p̃cipue ad quaternarium numeꝝ de ꝓpria cognatione ac cõcubinas habere posset. quot facultatibus suis alere posset. Empticias quot vellet. Uini tñ vsum interdixit. hijs q̃ p̃cepta legis seruarẽt ꝓmisit padisuȝ videlȝ delitiaꝝ ortũ: vbi optati cibi ad vota. pulcerrimas vestes. ꝛ virgines ad amplexũ. angelos mĩstrãtes esse asseruit. Qui v̇o legem ꝯtemnerẽt infernũ cõminatus ẽ. Cũ demũ sex annos regnasset. Anno dñi 632. etatis v̇o sue. 34. mortem obijt. Eius corpus apud mecham sepultũ a sarracenis ꝛ thurcis maximo in p̃cio nũc vsqȝ habitum est.

Isidorus episcopus



Isydorus hispanus hispalensis ep̃us. leandri successor. btĩ Gregorij pape discipulus. hijs tp̃ibus ꝓpter doctrinã v̇tutesqȝ ac crebra eius miracula maximo in p̃cio vbiqȝ fuit. Qui multa tũ scripsit. q̃ fidem xp̃ianam mirifice iuuant. De summo em̃ bono. de viris illustribꝰ. ethimologiaꝝ libros. historiã p̃terea ab Adã vsqȝ ad tp̃a heraclij. vitas q̃rũdã sctõꝝ. historiã lõgobardoꝝ atqȝ alia pene innũerabilia. Et cũ cõstet eũ q̃uis laude dignũ ob doctrinã ꝛ sanctitatem. Eiꝰ natale 18. kal. februarij celebratur.

S. Goar



Goar veniẽs ex aquitania in Gallia claret sanctitate ꝛ miraculis. qui ĩ suburbano treuerico iuxta fluuium ecclesiam fecit. multasqȝ sanctoꝝ reliquias collocauit. Ibi diuqȝ noctuqȝ deo seruiebat vigilijs oratõe p̃dicatõne multos ad fidẽ rectã deduxit. ꝛ egrotos sanabat. Dyabolus sibi inuidens multas tribulationes ei ingessit. infan tem triduo mortuum viuũ ac loquẽtem reddidit. Episcopatum treuerẽsem obla tum a Sigberto rege francoruȝ renuit. Demũ in senectute bona in pace quieuit.

Gallus abbas



Gallus beati colũbani discipulus. Ita tũc in occidente viuebat vt etiam ĩ vita sancti nomẽ mereref. Floruit itaqꝫ tempibus heraclij impatoris in germania ob cuius merita monasteriũ sancti galli in ꝯstanciensi ep̃atu cõstructũ fuit In quo ꝑ plures monachi virtutibus ac miraculis claruerũt. Et cũ nũero. 400. sancte viuerẽt. vnus noĩe Erubrinus suasu brunigildis regis francie ab hac laudabili vita defecit. tandem beatus gallus post varia sanctitatis miracula in dño quieuit. huius vestigia secutus ẽ eustachius abbas. secuta ⁊ sancta aurea. In cuius honorẽ beatus eligius monasteriũ virginũ edificauit. Ferũt etiam basilium quendã ysidoro equalem vita ⁊ moribus ⁊ doctrina insignẽ tũ habitũ fuisse.

Joãnes gerũdineñ ep̃s



Joannes monachus gerũdinensis postea ep̃us. religionẽ xp̃i p̃dicatõne ⁊ scriptis vbiqꝫ tuebatur. hic em̃ genere Gothus in lusitania natus. vbi sape aliquid ꝑ etatem cepisset. constantinopolim ꝓficiscens. ita grece ⁊ latine doctus inde discessit. vt in lusitaniã rediens. arrianã heresim. que tũc inualuerat facilime confutaret. hãc obrem barchinonam ab hereticis relegatur. Rex postea mortuo lemũgildo rege. qui hereticis fauebat. in p̃triam rediẽs. Et multa scripsit ad doctrinã nr̃am pertinẽtia. ⁊ monasteriũ condidit. Rõnemqꝫ viuendi monachis scripsit.

Adoaldus agilulphi regis ex theudolinda filius post p̃rem cum matre ip̃a theudolinda regnauit annis. 10. huic nãqꝫ p̃r ad acquirẽdũ p̃sidiũ. vix dũ quadriẽnio theodoberti francoꝝ regis filiã desp̃õsauit. Qui regno suscepto ob matris prudentiã pacem cũ oĩbus longobardis ytalicisqꝫ ꝑ decẽniũ quietissime tenuit. quo in tempore multa ecclesijs danauit.

Eleutherius nonus exarchus natione grecus patricie gentis nobilitate insignitus heraclij imperatoris cubicularius ⁊ rei bellice scientissimus. hoc anno post ioannẽ ⁊ smaragduz exarchus. ab heraclio in ytaliam missus. sedit annis. 5. qui statim vt rauennã applicuit sese ytalie regem declarauit. Sed postea cũ romã petere vellet ob arrogãtiã a militibus suis in itinere interfectus ẽ. quo mortuo milites caput suum constantinopolim miserunt.

Eligius episcopus



Eligius nouiomensis ep̃us. hijs temporibus ob innumerabiles eius virtutes multo in precio fuit. Cuius admirandam vitam etiã multiplex signorum numerus cõmendat. Is de territorio lemonice vrbis oriũdus. patre eucherio matre vero terrigia natus: quem genitor iuuenem ab aurificibus erudiri fecit edoctus in ea arte. franciam adijt. aurifici regis se cõiungens. Rex optans habere sellam auro ⁊ argento ornatam. magister eligio singula tradidit. qui eo pondere duas sellas pulcerrimas effecit. Creuit itaqꝫ fama eius in curia regis tantũ aũt paupes diligebat vt q̃cq̃d poterat ad nuditatẽ suã eis erogabat. inde mũdo abrenũcians plura cenobia auxilio regis edificauit. Cum a t̃pe brunechildis vsqꝫ t̃pa dagoberti simoniaca pestis ĩ gallia viguit. ꝓ q̃ auferẽda summe vigilabat. Ideo post achariũ ep̃m ad ep̃atũ nouiomẽsem assumptus ẽ. Prefuit aũt eligius mandensi metropoli tornacensi q̃z regali ciuitati quondã. nouiomẽsi q̃z ⁊ flandrẽsi et gandensi ⁊ cartuaricensi certis t̃n diebus in loco adoptato egenis seruiebat. corpus sancti q̃ntini reuelauit ꝑ eũ dñs. suessionis q̃z inuenit sanctos martyres. Crispinuz ⁊ Crispinianum. apud ꝑisius cecũ illuminauit in ponte. Hec aũt sepulcra auro argento ⁊ gẽmis fabricauit. Germani. Seuerini. Quintini. Luciani. Genouefe. Colũbe. maximiani ⁊ Juliani. Et p̃cipue beati Martini Turonensis. dagoberto rege p̃bente impensas. Mortuꝰ ẽ anno vite sue. 70. Anno aũt reuoluto post sepulturã pulcer ac incorruptus inuentus est. Capilli quoqꝫ ac barba creuisse in tumulo videbantur.

Rupertus episcopus



Rupertus ep̃s ex regia stirpe frãcoꝝ ortꝰ. T̃pe hildeberti regis frãcoꝝ wormacẽsem rexit ep̃atũ post obitũ regis a duce berchario q̃ ecc̃ias deuastauit. virgis cesus a sede wormaciẽsi cũ iniuria pulsus. quẽ theodo dux baioarioꝝ in vrbe Ratispona cũ gaudio suscepit. q̃ eũ cũ ꝓceribus relictis ydolis cũ freq̃ntia p̃pli baptisans. ꝑ noricũ vsqꝫ pãnoniã p̃dicãs xp̃m lumẽ fidei mĩstrãdo ꝑuenit. Tandẽ ad iuuaꝝ fluuiũ vbi olim iuuauia ciuitas q̃ nũc Saltzburga appellaf ꝓficiscens. q̃ olim ĩter barbaras vrbes eminebat nobilissima. s3 dilapsa ⁊ virgultis op̃ta. quẽ locũ cernẽs cũ cathedrã ep̃alem ydoneũ. ꝓprietatẽ a duce baioarioꝝ accipiens. basilicã ĩ honore. s. petri ꝯstruxit. ac missis discipulis loca mõtana ad fidem ꝓduxit. ideo apostolus baioarie austrie stirie ⁊c̃. nũcupatur. Is post multa sanctitatis opera cum. 44. annis episcopali sedi prefuit in die pasce ad christum feliciter migrauit. Post obitum beatissimi viri Vitalis Dozologus. Sauolus. Ezzius. Joannes. abbates ⁊ monachi sancti Petri. Sedem episcopalem laudabiliter rexerunt. Deinde sanctus Virgilius ex hybernia veniens tempore Pipini regis francorum in episcopum Saltzburgensem ordinatus qui Carinthiaz cum suo populo ad fidem reduxit. Postremo plures ex eodem cenobio sancti petri per germaniam in claros viros euaserunt.

Saltzburga olim Iuuauia ⁊ petena dicta. norci vetustissima ciuitas. nūc metropolis baioarie. quā tpe Iulij cesaris ortum habuisse dicunt. non longe ab alpibus que olim ad noricos attinebant. nunc confusis omnibus. germanie attribuūtur. Norici enim vicinarum Alpium incole vt Plinius scribit Thaurisci olim dicti sunt. hoc quoqꝫ tempore circa carnos in primis germanie oris. sunt incole qui thauri dicūtur. Cimbris eñ illiricū temptātibus. haud longe a norico qui in alpibus. cū eis Cn. papirius carbo cōflixit. Atqꝫ re infecta (vt Strabo ait) abscessit. Haud vͦo longe interiecto tempore cum tres fortissime gentes cimbri. theutoni. ⁊ ambrones. vno tempore in ytaliam erupissent. partim per noricos descendisse. plutarchus ait. vterqꝫ exercitus. C. marij auspicijs deletus est. Unus non longe a Saltzburga in eo videlicꝫ loco qui alpibus proximus est. Alter ad athesim: trecenta quadraginta milia barbaroꝝ cesa. ⁊ centum qnquaginta capta scribit liuius. Fuit mot⁹ ille vniuerse ytalie. nō modo locis per quꝰ eruptio facta est. formidabilis. Ideo romana arma citro vltroqꝫ per noricum assiduis motibus gestata. Cuius incolis pene domestica facta sunt. Cum interdum tres integras legiones in finitima loca missas sustinuerunt. Quas submitio gallici belli qͦ vltra alpes gestum est. C. cesar duabus additis qͦ proximū fuit. vt ipe scribit in galliam traduxit. Ubi excisam rupē militari opere patefecit. vt ex vetustissimo epigrāmate pcipite saxo sculptum in monte arduo quem crucis vocant. Licet magna ex parte ob vetustate abolito. datur intelligi. C. Iulius cesar. Reliqua tum loci asperitate. tum vetustate legi nequeūt. Iulius enim cesar socero generoqꝫ suffragantibus ex omnibus puincijs gallias potissimū elegit. Cuius emolumento ⁊ opportunitate idonea sit materia triūphoꝝ. Et initio quidem galliam cisalpinam illirico adiecto accepit. moxqꝫ p senatū cōmatam. Ceterum cū istris. pannonibus. illiricis ⁊ germanis bellū illatum est. hac veluti via vbi mō Saltzburga sita romanis armis accessus patuit ⁊ reditus. Germanos igitur iulius cesar aggressus in faucibus montiū arcem munitissimā eo loco extrui curauit. vt milites ad eaꝫ refugiū adiuuandū. Et satellites ex ea auxiliū ⁊ iuuamen haberent. Et inde castrum iuuauense vernacula lingua helffenberg appellabatur. Fluuius quoqꝫ cui adiacet Iuuarus dictus Arci nomen dedit. A quo ciuitas inde condita Iuuauia dicebat



tur. Habet aūt hec vrbs paludes. planiciē. colles ⁊ montes. paludes pascua prebent. aucupia ⁊ venationes nonnullas. Piscationes quoqꝫ se diuersis locis non incōmode exibent. colles ac montes germani trāsalpinaꝝ merciuꝫ causa ꝑtranseūt. Urbs igitur iuuauia olim splendida muris ⁊ aggeribus munita. turribus altis. sedes regum fuerat. Habuitqꝫ templa deoꝝ sub antiqua gente marmorea. Et cum multo tempore floruerit. Inde temporibus attile regis hunoꝝ incursiones. vastationes. incendiaqꝫ sustinuit. Et cū ingenti cede hominū immunita desolata ac penitus diruta fuit. Postea diuus Rudbertus anno salutis octuagesimo supra quingentesimū cū Theodonem baioarioꝝ ducem cum locis finitimis ad fidē xpi reduxissꝫ Tandem ad iuuarū fluuiū veniens. qui nūc Saltzaba vocatur: reperiens vrbem dilapsaꝫ ac virgultis copertam instaurauit. que olim inter baioarie vrbes eminebat nobilissima. Ratus hanc pro episcopatu idoneam. ꝓprietatem a duce obtinens. Extirpatis arboribus ⁊ vepribus. ⁊ repertis edificijs basilicam in honore sancti petri construxit. Et cenobiū ordinis sancti benedicti cum munificentia ducis instituit. Rexitqꝫ ecclesiam episcopalem annis. xliiij. Relinquens beatum vitalem successorē. Postea virgilius sanctus ibi episcopus ecclesiam cathedralem construxit. Et corpus diui Rudberti ad eam transtulit. Gebghardꝰ deinde episcopus arces de nouo instaurauit. Et ciuitas in omni ornatu incremētuꝫ habuit. magnis nūc menibꝰ ambit. Et mōsterioꝝ tēploꝝ ediū ⁊ arcis edificijs ꝑpulcris exornaṫ. Multis ꝑterea sctōꝝ reliquijs excoliṫ.

De hijs subscripta adduntur.

Tunc hadriana vetus que post iuuauia dicta
Presidialis erat noricis. ⁊ episcopo digna
Rudberti sedes qui fidem contulit illis
Christi: quā retinet Saltzburga sero vocata
Is sanctus obijt eraclij principis euo
Legē dū cōdidit Mahumet nephādā sabeis
Qui successorē sibi fecerat ipe vitalem

Huic tres abbates hoc ordine sedes
Ausologꝰ sauolus. post hos exꝰ venerādꝰ
Inde flobirgisus pastoris nomē adeptūs
Joannes post quē sedem possedit eandem
Virgilꝰ exul post hūc meruit fore presul.



Linea summoꝝ pontificū

Theodorus



Martinus primus



Eugenius primus



Vitalianus



Adeodatus



Anno mūdi. 5833. Anno xp̄i. 634.

Theodorus papa natione grecus. pr̄e theodoro ep̄o hierosolimis. pontificatum iniens. om̄ia q̄ ad dignitatē religionis ptinere arbitrabat̄ circūspiciebat. vt bonū pastorem decet. In om̄es maxime aūt erga paupes mira benignitate vtens. Constituit hic inter cetera cerei pascalis benedictionē fieri in sabbato sancto. Censuitqꝫ neminē separi debere qui nupserit post simplex votum. Hic pirrhū patriarchā cōstantinopolitanū ⁊ sergiū ac alios hereticos exilio damnauit. Conuersus deinde ab hoc certamine pontifex ad ornanda sctōꝝ corpa primi ⁊ feliciani martyruꝫ reliquias ex arenario vie nomentane ablatas in vrbem deferens in basilica stephani prothomartyris in celio monte collocat multis ornamentis. Idem q̄ꝫ basilicā edificat via flāminea non longe a ponte miluio ⁊ statim dedicat. duo postremo oratoria cōstruxit. Hijs ita constanter ⁊ sancte peractis morit̄ pontificatus sui anno sexto. mense q̄nto. die. xviij. sepeliturqꝫ in basilica petri. pridie ydus maij. Ep̄atus aūt diebus duobus ⁊ quinq̄ginta tunc vacat.

Martinus primus papa. p̄ria tudertinus. pr̄e fabricio in theodori locū suffectus. legatos statim constantinopolim misit q̄ Paulum adhortaret̄ vt omissis erroribus suis aliq̄n veritatis callē ingrederet̄: at monitis pontificis obtpare noluit. ideo eū dignitate priuauit ob qd̄ constantius impator indignatus. Olimpiū cubicularīū suū ytalie exarchum creauit mandās ei vt Martinū captum ad se mitteret. hac discordia freti sarraceni alexandria cū ingenti classe soluentes Rhodū puenere captaqꝫ vrbe colossum. fama celeberrimū demoliti sunt. Ex cuius ere noningētos camelos onustos ferūt. Constātius v̄o tot calamitatibus nihilo melior factus theodoꝝ caliopam cū his mandatis iterū in ytaliam mittit. vt primo quoqꝫ tempe martinū pontificem ad se vinctum mitteret. Is a romanis perbenigne exceptus cum salutandi causa pontificem simularet. homini cathenas inijcit. Eūqꝫ constantinopolim mittit. Unde postea in chersonesum ponti exilij causa deportatur. vbi quondā beatus clemens romanus presul exulauerat. Martinus auteꝫ multis calamitatibus circūuentus. ac inopia rerum omniū p̄ssus. tandem in exilio moritur pontificatus sui āno. vj. mense vno. diebus. vj. ⁊. xx. multis virtutū signis vsqꝫ in hodiernū diem refulgens. Et ex hoc inter sanctos martyres relatus ē. Cuiꝰ festū decima die mēsis nouembris celebratur. Sedes autem rome. xiiij. mensibus tū vacat. quia nil certi de sanctissimi viri morte habebatur.

Anno mundi. 5843. Anno xp̄i. 644.

Eugenius primus papa natione romanus. patre Ruffiāno e celio monte. Martino in pontificatu successit. Eo ferme tempore quo petrus in locū pauli heretici cōstantinopolim sufficit̄. Hic em̄ ⁊ si melius aliquātulū de religione sensit q̄ꝫ paulus. non tū vsqꝫ adeo fidei normā tenuit. quā sancta romana ecclesia p̄dicat. Pontifex aūt Eugenius statuit vt quilibet ep̄s carceres haberet ad delinquentiū penitentias clericoꝝ. voluit vt iuxta ecclesias sacerdotuꝫ domicilia cōstruerentur. Mandauit quoqꝫ monachis ne quauis ex causa sine sui supioris licentia claustꝛ exirent: fuit aūt vir mire pietatis. religionis mansuetudinis comitatis munificentie. pontificatus sui anno secūdo. mense nono moritur. ac in basilica petri sepelit̄. quarto nonas Junij. vacat tum sedes mēsis. j. dies. 28.

Vitalianus papa. patria Signinus ex oppido volscoꝝ. pr̄e anastasio pōtificatū inijt. Uir quidē optimus ⁊ diuini cultus cupidus atqꝫ assiduus Quāobrem regulam ecclesiasticam composuit. ⁊ cantum ordinauit. adhibitis consonantiā (vt quidam volunt) organis theodoꝝ archiep̄um ⁊ hadrianū abbatem viros doctissimos atqꝫ optimos in britanniaꝫ mittit. quā angliam vocant. quo eos in fide cōtinerent. Tandem bene ex sentētia quantum in eo fuit gubernata ecclesia. anno. xiiij. potificatus sui mense. vj. moritur. ac sepelitur ī basilica petri. vi. kal̄. februarij. vacat tum ep̄atus men. 4. diebus. 15.

Adeodatus papa. patria romanus. patre iouiniano ex monacho pontifex creatur. Uir religione ⁊ om̄i comitate preditus. in delinquentes clemens in pauperes beneficus. in hospites benignus. erga calamitosos misericors. ecclesiam beati petri via portuensi iuxta pontem meruli tū instaurauit ac dedicauit. Auxit ⁊ monasterium sancti herasmi in celio monte edificijs ⁊ fundis. vbi ip̄e monasticā vitam duxerat. Et ad abolenda prodigia que sepenūero tempore suo apparuerant. Supplicationes frequentes habuit. Demuꝫ v̄o pontificatus sui anno quarto. mensibus duobus. diebus quinqꝫ. vir sanctissimus moritur. collacrimātibus omnibus. ad basilicam petri sepelitur. sexto kalendas Julij. vacat tum sedes menses quatuor dies. xx.

Linea Imperatorum

Constātinus tercius



Heraclion



Constans



Constantinus tercius in locū demortui heraclij pr̄is primo sufficit. Cuz etēm cosdroas rex ꝑsaꝝ victorijs insolestens vt premissum ē paci vt ꝯsentiret nullis ꝑcibus ꝑmijue pollicitationib⁹ adduci potuit. Quāobrem impator eraclius expeditōem in barbaros destinanit. ꝑmuqꝫ oīm ꝯstātinopolis defensioni ꝓspecturus. Cōstantinū filiū cesarē declaratū regni cōsortē accepit Sergio venerabili p̄triarcha ⁊ bonoso pr̄icio spectate virtutis viro. illi in administrationis socios attributis. Inde post obitū eraclij iste ꝯstātin⁹ q̄ p̄re absente cōstantinopolim gubernabat illi suffectus ē. Qui q̄rto assumpti impij mense veneno extinctus ē a martina nouerca ⁊ eracleane fratre. quos pyrrhus patriarcha cōstantinopolitanus ad id flagitium instigarat.

Heraclion. mortuo fratre impiū occupat eo potissimū tp̄e q̄ cyrrus sergi⁹ ⁊ pyrrhus acephaloꝝ heresim instaurātes. vnā opationē in xp̄o hūanitatis. s. ⁊ diuinitatis. vnāqꝫ volūtatem p̄dicabant. Ex hijs aūt pyrrhus q̄ ob heresim in affricā relegatus fuit. quā primū de heraclij morte cercior ē factus. Ex affrica romā venit. ꝓuolutusqꝫ ad theodori pontificis pedes poposcit veniā errati. qd̄ apud ꝯstantinopolim ꝑpetrauerat. Exinde oblatā a pontifice et clero romano recte fidei ⁊ religionis xp̄iane formulā reuerēter accipiēs in patriā est reuersus. Ubi postqꝫ flagitiū illud martine ⁊ heracleoni suasit. pri⁹ vitam amisit. qꝫ tanto q̄sitū scelere p̄triarchatum potuerit obtinere. Cū igit̄ post mortē cōstantini heracleon imperiū tenuit et turpiter ⁊ iniq̄ssime rem publicā administraret senatus populusqꝫ cōstantinopolitanus in martinā eracleonem qꝫ insurgēs lingua illā. hunc naso mutilatos relegauit. quo in furore retract⁹ de fuga pyrrhus a populo est occisus.

Constans Constantinopolitanus impator. q̄ fuit filius constantini dolo necati. post heraclionem p̄dictū illico in impatorez assumptus. Et in demortui pyrrhi locū paulus p̄triarcha a senatu ⁊ pp̄lo est suffectus. q̄ a theodoro pontifice romano. vt rectā fidei normā acciperet ꝑ lr̄as requisitus. obstinate rēnuit obedire. quē theodorus pontifex romanus dignitate priuauit. quia orthodoxe fidei normā ⁊ rōem suscipere recusabat. adiuuāte ei⁹ stulticiā ꝯstācio in eandē heresim stolide nimiū ꝓlapso. vn̄ ⁊ martinū papā in cersonā pōti ciuitatē. apud quā alter romanus pontifex. b. clemens longe an̄ exulauit in exiliū misit. inde ꝯstantius expeditionē in ytaliā parauit nō q̄dem vt iuxta famam tūc a se accurate disseminatā longobardos ytalia eijceret. ſ; vt vrbem romā ⁊ subiectas illi ꝓuincias diuitijs ⁊ ornamētis spoliaret. Eūti romam via appia cōstantio vitalian⁹ pontifex maxim⁹ clero ⁊ pp̄lo multitudine sociatus sexto ab vrbe miliario obuiauit. introductusqꝫ impator bt̄i Petri ꝑmo ⁊ post alias vrbis eccl̄ias accuratissime inuisit. Et postqꝫ ꝑmis q̄nqꝫ aduētus sui diebus basilicas ⁊ publica rome loca ꝑambulauerat: direptioni operā impendit. Etem̄ q̄cunqꝫ vidisset ex ere aut marmore ad ornatum posita. ꝑ singulos dies aut loco abstracta. aut vi discerpta nauibus imponi curauit. vt plus ip̄e ornamētoꝝ septē in diebus vrbi rome detraxerit quā barbari antea in ducentis et q̄nquaginta octo annis ꝑ quos impiū inclinauerat. vl̄ in p̄dam abstulerāt vel confregerāt inde neapolim redijt ⁊ postea in siciliam nauigauit. Desedit v̄o syracusis vbi missus q̄dam armeni⁹ ordines in orientali ei⁹ exercitu ducens illū in balneo interfecit. anno impij sui vigesimooctauo. In eiusqꝫ locum mezentius Cui⁹ fraude necatuz cōstantiū putant imperator a militibus creatur.

Conciliū Rome tp̄e martini pape



Synodū rome martin⁹ pōtifex cētū ⁊ q̄nquaginta ep̄oꝝ hūit ob paulū p̄triarchā ꝯstātinopolitanuz. c⁹ apocrisarij q̄s ad paulū miserat. ⁊ illū vt resipisceret vrgeret. ꝯstācij iussu ī diuersas īsulas relegati fuer̄t. qd̄ cū audisset martin⁹ ī eo synodo rome ꝯgregata ꝑmo ꝯdēnatōem cyri alexādrini ⁊ sergij ac pyrrhi ꝯstātinopolitanorū p̄triarchaꝝ īnouauit. deinde paulū p̄ntē p̄triarchā dānauit ⁊ p̄triarchatu cēsuit ammouendū. Interea v̄o dū h̄ agerēt pax ytalie q̄ īter rōnos ⁊ lōgobardos ānis. xxx. durauerat turbari iā cepta ē. longobardis oīa ad suā vtilitatē trahētibus. Cōtra v̄o recusantib⁹ romanis q̄ p̄ier ius fasqꝫ mandarētur. maxime v̄o cū rotharis arriana labe inquinatus. nullā ferme ciuitatē haberet. cui non arrianū ⁊ catholicū ep̄m preposuisset.

Jodocus



Aurea



Oswaldus



Leodegarius eps



Egiltrudis regina



Forseus



Gerdrudis



Vigilius epus



Jodocus heremita sanctus. ꝑ hoc tempus virtutibus clarus. qui cū esset Britonū regis filius. spreto regno ⁊ mundialibus pompis in heremū secessit. vbi cū aliquādiu sanctissime vixisset. Tandē in pago pontico multis miraculis clarus in dn̄o quieuit. Sunt q̄ scribūt eo tp̄e ⁊ vincentiū beluacensem ep̄m ⁊ medardū archiep̄m Remensem sctītate ⁊ doctrina in precio fuisse. hijs addūt ⁊ reginalphā gallā matronā genere ⁊ sctītate insignē. ⁊ renaldū traiectensem ep̄um vita ⁊ miraculis clarum.

Egiltrudis regina anglie circa illa tp̄a claruit. que trib⁹ nupta viris v̄go ꝑmansit. cui⁹ mortue corpus post. xi. sepulture sue ānos incorruptū ē inuentū.

Aurea virgo sctīssima ipi⁹ eligij pōtificis discipula. ꝑ ip̄m tp̄us apud parisios disciplina sanctitate ⁊ p̄cipua patientia clarissima. plurimū floruit. Cui⁹ sanctitate ⁊ prudentia ꝑmotus eligius ipsā trecentis virginibus prefecit. fuit autem genere nobilis.

Forseus q̄z hibernie regꝭ fili⁹ ꝑ id tp̄s cū duobus germanis ↄtēptis regni sui pompis monachalē habitū susceperūt. ⁊ in magno p̄cio euaserūt. Is monasteriū in loco quē vocāt latiniacū ↄstruxit. Nec mlto post ordinatꝭ fr̄ibus. migrauit ad dn̄m. post q̄tuor autē ānos ab eligio ⁊ ausberto ep̄is īmaculatū corpus sine vlla putredine trāsfert. hui⁹ natale celebrat. 4. nonas marcij.

Oswaldus rex nordmānorū anno p̄mo heraclionis imꝑatoris a penda merciorū rege perimitur. Is q̄tuor ydeomatū gentes. videlꝫ pictauos. scotos. britones. ⁊ anglos ī suā s̄biectōem accepit. h⁹ dextera multarū elemosinarū largitrix hodie q̄z cū brachio ⁊ cute ⁊ neruis incorrupta iacet. toto reliquo corꝑe in cineres dissoluto. que a fr̄e Oswino apud vrbem bembaburch cōposita in scrinio pro miraculo monstratur.

Gerdrudis sancta niuigellensis anno constantis xx. obijt. Hec fuit filia ytte relicta pipini q̄ īstinctu sctī amandi monasteriū niuigellense fundauit. Cui filiā suā Gerdrudā v̄ginem deo dignā p̄fecit. q̄ die sui obitus appꝑuit cuidā abbatisse treuerēsi noīe modeste sibi familiaritate cōiuncta. suā felicē trāsmigrationem ostentās. pluribus inde miraculis claruit.

Leodegarius ep̄us tꝑibus Cōstantini imꝑatoris ebroniū pessimū virū Theodoricus rex in gr̄am recepit. q̄ leodegariū varijs tormentis afflixit post famē ⁊ carceris squalorem. post oculorū euulsionē. post plantarū cōcisionē. post lingue ⁊ labiorū excisionē. consummauit tandē martyriū ꝑ capitꝭ abscisionē. fuit hic a nobilissimis parentib⁹ regi clotario cōmēdatus. Et a didone auūculo suo pictauiēsi ep̄o eruditus. inde ob ꝓuidentiā ⁊ ↄsiliū cū in regio palacio moraret. tantā scōm deū de pietate sollicitudinē habuit vt eduensi ecclesie mereret in pontificem ꝓmoueri. Is post obitum suum multis miraculis in restituēda sanitate claruit.

Vigilius quoq̄ circa idem tempus genere nobilis ⁊ sanctitate preclarus in Antisiodorē. ep̄atu sedit annis. xxvj. vbi extra vrbē ecciam beate marie cū monasterio cōstruxit. Et hospitale qđ dom⁹ dei appellatur. Hic ꝓpter sanctitatem suā inimicis iusticie odiosus. a warachono senescallo regis francie in scotia silua occisus est. Qui waracho successit in eodem principatu ebrionio qui sanctum Leodegariū occidi fecerat. Et ip̄e ebrionius in morte visus est a demonibus in infernū deportari. Cum autem vigilius ad ꝓpriā veheretur vrbē per ciuitatem senonicā vincti ruptis cathenis libere de carcere exierunt. Cathenas ad prescriptam ecclesiam suam deferebant.

Cesarea regina ꝑsaꝝ



CEsarea ꝑsaꝝ regina. Circa hec tp̄a de ꝑside exiens nesciente marito cū paucis suis fidelibus. priuato habitu. ꝓpter xp̄iane fidei amorē. ꝯstantinopolim venit. anno sexcētesimotercio ac. lxxx. Que q̄dē ab imp̄atore honorifice suscepta. post aliquot dies nō multo post: characterē baptismi vt desiderabat suscepit. ⁊ ab augusta de sacro fonte leuata. hoc vbi intellexisset ꝑsaꝝ rex. legatos statim ꝯstantinopolim mittit. q̄ vxorē ab imp̄atore repetant. Rn̄dit imp̄ator in arbitrio regine esse standi vl' discedēdi. ꝓinde eā sciscitētur. Interrogata regina respondet. Nūq̄ȝ rediturā in p̄riam. nisi rex xp̄iani nomē susciperet. Qui statim recognita cū. xl. milibus hoīm cōstantinopolim pacato agmine veniēs ꝑbenigne ab imp̄atore suscept⁹. vna cū militib⁹ suis baptizatus. ⁊ ab Augusto de fonte leuatus. catholica fide ꝯfirmatus ē. accepta sua coniuge letus ⁊ gaudens multis ab augusto honoratus munerib⁹. in regnū reuertit̄.

Rotharis



ROtharis longobardoꝝ rex post arioaldū regē. regnauit annis. xvi. Is licet multis p̄ditus v̄tutibus. Arriana tn̄ labe inq̄natus oēs longobardos in eandē p̄cipitant̄ traxit. vt in ciuitatib⁹ s̄biectis duos hēbat ep̄os vnū catholicū alteꝝ arrianū. In re militari p̄stans fuit. vt etruriā ⁊ liguriā cum locis maritimis vsq̄ȝ massiliā in suā redegit p̄tātem. Tanti insup̄ fuit ingenij. vt leges q̄ sola memoria in vsu habebat. in seriē q̄ndā redegerit. ⁊ librū edictū appellari mādauerit. prius em̄ lōgobardi sine lege fuerūt. Erat aūt (ip̄o in eodē codice referēte) ann⁹ septuagesimusp̄rim⁹ quo longobardi ytaliaȝ intrauerāt. vt in ꝓlogo libri patȝ. Huic cū aliq̄n theodorus exarchus bellū indixisset. apud Scultemiā mutine vrbis amnē acriter pugnatū ē. vt exarchus septē milia amiserit. Tandē rotharis sine filijs defunctus est.

ROdoaldus filius successit q̄ regnauit āni s. v. hic theodalinde regine filiā duxit vxorē. qui tamē libidinibus immersus in adulterio mulieris deprehensus a viro occisus est.

ARipert⁹ deinde rex regnauit ānis. 9. Is apud papiā oraculū pulcerrimū in honorē saluatoris condidit. moriens duos reliquit filios ꝑtheritē ⁊ gundibertū reliquit successores. quoꝝ tp̄ibus longobardi pacē cū romanis rauēnatibusq̄ȝ vbiq̄ȝ s̄uauerūt. Sed varijs ip̄i inter se motibus agitati sunt. grimoaldus nanq̄ȝ beneuētanus longobardoꝝ dux ip̄os fratres discordes esse intelligens. magnas ducens copias papiā venit. qua ex vrbe cū ꝑtheritem puerū regē fugasset. gundibertū f̄rem expulit mediolano. Eas discordias exploratas hn̄s clodoueus rex francoꝝ. copias in ytaliā misit. q̄ cū in transpadana regione magnā fecissent predā. a grimoaldo ytalia sunt expulse. Sunt tn̄ qui scribant gallos hac rōne deceptos esse. longobardi em̄ simulata fuga. castra reꝝ om̄i copia ac vini potissimū plena relinquentes haud longe in īsidijs constiterāt. galli v̄o castra ingredientes rati veram esse hostiū fugam. In oēm voluptatem effundūtur. epulis ⁊ vino replent̄. quare sup̄uenientibus hostibus cum somno etiam grauat̄ passim veluti pecora ab hostibus ceduntur.

SArraceniq̄ȝ ꝑ id tp̄us intantū hauserāt opes. vt post subactas ⁊ quiete possessas. q̄ romanoꝝ fuerant. prouincias asie. europam inuadere presumerēt nauigio itaq̄ȝ ingenti ab alexandria soluentes rhoduꝝ insulam romani imperij ꝑuenerūt. eaq̄ȝ capta colossum fama celeberrimū a quo ciuitas insule primaria nomen habuit. demoliti sunt. Ex cui⁹ ere nongentos camelos fuisse oneratos inuenimus. rhodo vasta sarraceni. egrū delati pelagus multas ex cicladibus afflixerunt.

Grimoaldus



GRimmoaldus decimus longobardoꝝ rex. regnauit annis. 9. Is abeūte ex ytalia cōstantio in cisalpinā rediens. foꝝ popolij sabatho sc̄tō aggressus cesis om̄ibus diripuit. ac solo equauit. Fuere in hoc rege m̄lte preclare corporis ⁊ anime dotes. tātū em̄ prudentia ⁊ cōsilio valuit. nō solū in rebus externis verūetiā in domesticis vt q̄dam capitula ac q̄dam vtilia rotharis regis edicto addiderit. q̄ postea legis formā accepere. fuit p̄terea mediocris stature corpore validus. capite caluo ꝓmissa barba. nec animo minus in rebus agendis q̄ȝ corp̄e ꝓmptus. post fleubotomiā factā in brachio dū arcu colūbam sagitasset erupto denuo sine intermissione sanguine diem obijt. sepultus ē aūt papie ī basilica beati ambrosij quā ip̄e sua impensa edificauerat. pertaris aūt ariperti regis filius in ytaliā rediens tercio mense post grimoaldi mortē regno paterno sine cōtentione potitus ē.

Dagobert⁹ rex frācoꝝ



COnstātio īp̄atore s̄blato cū oēs passim dilaberent̄. sup̄uenientib⁹ cū mag̃ classe sarracenis. ⁊ syracuse ⁊ tota insula occupat̄. vnde postea onusti preda alexandriam redeuntes vrbis quoq̄ȝ rome ea ornamēta secū detulere q̄ constantius aduexerat.

DAgobertus francoꝝ rex eodē ferme tp̄e vir astuti ingenij. nec consilio minus q̄ȝ manu promptus moritur. Cuius animā e manibus demonū liberatā ferūt Dyonisij ac Mauricij martyris ac etiā martini cōfessoris auxilio. q̄s semp̄ dū vixit vt patronos coluit ⁊ templis honoratiores reddidit. Hic autem oib⁹ bonis insignit⁹. regnauit ānis. 34. Veꝝ ab anglis infensus ꝑpetuā cū eis suscepit inimiciciā. hic ītercessiōe heraclij oēs iudeos ī suo reg̃ baptisare fecit.

ERfordia magna ac memorabilis vrbs puincie thuringie caput. a priscis erphesfurt appellata. mōtem habet excelsum. qui nūc sancti petri vocitatur. cum a temporibus Theodosij imꝑatoris sub archadio ꝛ honorio inclinatio imperij originem habuit. Franci romanoꝝ presides. a rheno ytaliam versus abiecerūt. Et se regi ꝓprio subiecerunt. Quibus intellectis thuringi ab altera parte rheni orientem versus Ex consilio regis francoꝝ merwigū eius cognatum in regem elegerūt. Is arcem cōstruxit in eo monte. ꝛ castrū ꝓpe Erffordiam vbi nunc ecclesia sancti Dyonisij extat. qđ vulgares Merwisburg nomināt. Post eius obitum bassinus in thuringia regnum sucepit. Cuiꝰ vxorem postea hildericus rex francie duxit ī cōiugem. Per ea tempa in loco vbi nūc basilica diui andree frequētatur. villa Schildinorde extabat. in brileto quoqȝ ꝓpe fluuiū Gera (qui nūc ciuitatem illabitur. ꝛ mediam ferme ꝑterfluit. Cuius cōmoditate tota ciuitas purgatur. ꝛ plurimū decoratur) Molitor sagax sua diuerticula habebat. cui nomē Erpff fuerat apud eius molendinuz transitus siue passagiū olim extitit. at cum temporibus clodouei regis francoꝝ ad annū salutis trigesimūoctauū ꝛ quadringētesimū Erffordia ortum habuit. a molitore dicto atqȝ transitu Erphesfurt denominata fuit. Regnante postea apud francos tagoberto inclito rege. Is post castrū in mōte desolatum monasteriū celeberrimū sancto petro dicatum ordinis diui benedicti construxit. Inde mons sancti petri appellatus fuit. Ecclesiam quoqȝ sancti Gangolfi dotauit. Bonifacius postea archiepūs maguntinus sub pipino francoꝝ rege. cum thuringiam ad fidem cōuertisset ecclesiam gloriose sempqȝ virginis Marie edificauit. ac ibi episcopatum ordinauit. qui illico maguntine sedi cessit. Huius vrbis ager optimus est ꝛ herba fullonū que sandix ac saponaiā dicitur pro tingendis pannis feracissimus. Per cuiꝰ arua gera fluuius ꝛ alia flumina ꝑterfluūt. regionem vbertim irrigantes. ꝓpter quod ꝛ pecoꝝ pascuis habundat. Post annū deinde sexagesimūsextum supra millesimū muro circūdata ac turribus munita fuit. Et ciuiū edibus ac monasterioꝝ ac ecclesiaꝝ ornamentis mirifice creuit. thuringorūqȝ celeberrima sedes fuit. eo ꝙ totius regionis ferme media sit. ꝛ bladis alijsqȝ necessarijs copiosissima habeatur. Et cum hec regio ac vrbs a soluendis decimis libera fuerit. Eam ob rem multas calamitates a finitimis principibus passa fuit. precipue temporibus heinrici tercij imperatoris. Is cum a seuerissimo suo preceptore archiepiscopo Colaniensi liber euasisset. In omīa genera flagitioꝝ ruptis tyrantie frenis ꝑcipitem se dedit. Montes oēs

Ecclesia virginis Marie — Sanctus Seuerus



colliculosq saxonie et thuringie castellis munitissimis extruxit. presidiumq imposuit. quibus cum victui necessaria minus sufficerent permisit. vt ex proximis villis et agris hostili more predas agerent. et ad ipsa castella munienda circumquaq manentes cogerent. Rex ne manifesta tyrannide notaret si contra innocentes atq in regnum proprium grassaretur. vt impietatem suam quadam religionis specie palliaret archiepm maguntinum modis omnibus instigauit. vt decimationes thuringie sicuti ante pluries instituerat exigeret pollicens se ei in exigendo summa ope affuturum. Et dicto obtemperare nolentes regia maiestate coacturum. Ea tamen pactione vt ipsarum decimarum partem sibi. que et regie magnificentie et tanto labori suo digna forent tribueret. Ita eps vanissima spe animatus. Synodum indixit in erphesfurt. vj. ydus marcij. statuto die aderat rex. archieps et hermannus babenbergensis epus et alij qui ad discutiendam causam fuerint euocati. Thuringorum spes et fiducia potissimum in abbate fuldensi et heruelden si nitebatur. Cum hij ecclias decimales plurimas et predia in thuringia haberent. qui publica discussione interpellati pro decimarum redditione primo per deum archiepm rogabant. vt antiquitus tradita monasterijs legitima inconuulsa manere sineret. que et sedes aplica et veteribus et recentibus scriptis crebro firmasset. Et predecessores archiepi sui numq infringere temptassent. Id atroci responso archieps repulit: predecessores suos rudibus in fide auditoribus. lac potum dedisse non escam. quod nunc resecare vellet. et perfectis solidum cibum ministrare. Tandem thuringi improbata synodo sedem apostolicam appellarunt. quod rex capitali sententia prohibuit. Postea exortum fuit bellum saxonicum. Nulla deinceps exactio facta est decimarum. Gaudentibus Thuringis quod occasionem inuenissent. vt traditas sibi a patribus leges manu militari tuerentur. Et dolente rege quod dum decimis immoderatius inhiaret pene regnum cum vita amisisset. In hac vrbe multa sanctorum corpora per illustrissimos delata sunt. videlz Adolarij Eobani Seueri eporum. et vincentie quibus et aras et basilicas edificauerant amplissimas. In ea quoq anno domini. 1392. Gymnasium celeberrimum ortum habuit. Ubi sunt edes amplissime studentium et legentium. Ex quo iurisconsulti theologi ornatissimi. philosophi ac medici excellentissimi prodierunt. Perpessa tandem fuit hec famosa vrbs vastationes ac direptiones per incendia varia. Neq aliqua insignis vrbs apud germanos memoratur. que per fatalem ac aduenticium ignem toties exusta sit. Ultimo incendio magna ex parte concrematur. In festo enim geruasij Anno. M.cccclxxij. hec preclara vrbs in basilicis gloriose virginis marie et Seueri in ponte mercatorum. foroq raparum et anngradus in edibus laicorum ac canonicorum damnum sensit. vt pene tercia vrbis pars incendio perijt.

Mons Sancti Petri



Linea summorũ põtificũ

Donus



DOnus papa. pr̃ia romanus. pr̃e mauricio. eo tp̃e pontificatũ iniȷ̃t q̃ Grimoaldus longobardorꝫ rex morit̃. quo q̃dem anno maximi imbres fuere ⁊ multi fulmĩbus afflati ĩteriere. ⁊ frumẽta in agris emarcuere. Vñ ob hoc pontificatũ in maximis turbinibus suscepit. Fuit aũt sanctitate vite ⁊ doctrina valens. vt cleruꝫ diuersis ordinibus distinxit. ⁊ honoribus auxit. Monachos vero quosdã syros cũ nestorianis sentientes in monasterio bocciano deprehensos ⁊ castigatos in varia monasteria diuisit. p̃terea rauẽnatem ecc̃iam a romana iam pridem segregatã ⁊ ob eam rem aliocephalim appellatã sedi apostolice obtẽperantem reddiderit. Hic insup̱ honori ⁊ cultui diuino ꝯsulens vestibuluꝫ sancti petri (quod paradisum vocant) quadripartitũ marmoribꝰ strauit. Instaurauit p̃terea. ⁊ restitutas dedicauit ecc̃iam apostolorũ via hostiensi. Et ecc̃iam beate euphemie via appia sitam. At donus pontificatus sui anno. v. mẽse. v. die. x. morit̃ ac sepelitur ad basilicam Petri apostoli tercio ydus aprilis. Cuiꝰ in morte episcopatꝰ vacat mensibus duobus. dies sedecim.

Anno mũdi. 5863. Anno xp̃i. 664.

Agatho



AGatho primus papa natione siculus. pr̃e romano ex monacho pontifex creat̃. Vir certe tante sanctitatis vt leprosum obuiũ factũ osculo suo statim liberauerit. Tante p̃terea mansuetudinis ⁊ humanitatis fuit. vt neminem ab se vnq̃ꝫ tristem dimiserit. Nactus itaq̃ꝫ imp̱atorem moribus suis haud quaq̃ꝫ dissimilẽ. monochelitarꝫ causa cõciliũ apud cõstantinopolim habere constituit. Expectauit itaq̃ꝫ donec constantinus a bello in p̱riam rediret q̃ sarracenos a se victos imperio romano vectigales reddidit. Inde legatos statim constantinopolim mittit Joannẽ portuensem ep̃um ⁊ Joannẽ romane ecc̃ie dyaconẽ. Hos p̱ benigne susceptos mira caritate ꝯstantinus adhortatus ẽ. vt omissis cauillationibus ⁊ sophisticis altercationibus. ex equo ⁊ bono om̃i controuersia sublata duas ecc̃ias vnã tandeꝫ facerent. agatho vero cuiꝰ tp̱e post solis ⁊ lune eclipsim peste ac grauissima quidem laboratum est. pontificatus sui anno secũdo. mense sexto. die quintodecimo moritur. ac sepelit̃ ad sanctum petrũ quarto ydus Januariȷ̃. Cuiꝰ morte annũ vnũ. menses. v. sedes tum vacat.

Leo secundus



LEo eius nom̃is secũdus papa. natione siculus. pr̃e paulo vir doctissimus fuit. latine ac grece vt eius scripta indicãt. Preterea v̓o adeo musice pitꝰ est habitus. vt psalmodiã cõposuerit. hymnosq̃ꝫ ad meliorẽ cõcentum redegerit. Idem quoq̃ꝫ instituit vt in celebratione pax populo daretur. Sextã v̓o synodum ita suscepit vt eosdẽ anathematisauerit quos sancta synodus p̃sente cõstantino damnauerat. Concessitq̃ꝫ necessitate vrgente omni die baptizari debere. Instituit p̃terea ne ad archiep̃atum assumptus pro vsu palliȷ̃ aliorũue officiorꝫ quicq̃ꝫ ecc̃ie p̱solueret. qď vtinã hodie obs̃uaret̃. Cũ ex hac largitione q̃tidie mala oriantur. At leo in quo p̃ter doctrinã ⁊ eloquẽtiaꝫ singularis religio. mira pietas ⁊ clementia fuit. pontificatus sui mense decimo moritur. sepeliturq̃ꝫ collacrimãtibus om̃ibus tanq̃ꝫ publico parente orbati ad basilicam Petri. quarto kal̃. Juliȷ̃. post eius mortem mensibus. xȷ̃. diebus. 21. ep̃atus vacat.

Anno mũdi. 5883. Anno xp̃i. 684.

Benedictus secũdus



BEnedictus iunior siue secũdus papa: patria romanus. patre Joanne. ab ineunte etate xp̃o militans. diuine scripture ita operã dedit. vt doctrina ⁊ exercitatione in rebus diuinis tum singularis haberetur. Ob eius humanitatem pietatem gratiam in omnes maxime vero erga pauperes. Quibus virtutibus hominũ corda ita sibi deuinxit. vt tũ vnus haberetur. qui oĩm suffragiȷ̃s in locum demortui leonis merito subrogaretur. Ad hunc constantinus imperator hom̃is sanctitate p̱motus. sanctionẽ misit. vt deinceps quẽ clerus pobulus exercitusq̃ꝫ romanus in pontificem delegisset. eundẽ statim verꝫ xp̃i vicariũ esse om̃es crederent. balicas plures restituit maxime laurentiȷ̃ in luciam ac bt̃i Valentini. Moritur autem pontificatus sui mense decimo. die duodecimo. sepeliturq̃ꝫ apud beatũ petrũ ydibus Maiȷ̃. qui vt omnibus vita carus fuit. ita post mortem ab om̃ibus vt sanctus. ⁊ bene de humano genere meritus celebratur. Eius in morte sedes vacat mensibus duobus. diebus quindecim.

Joannes quintus



IOannes quintus papa natione syrus. patria anthiocenus. patre Cyriaco pontifex creatur. eo ferme tempore. quo imp̱ator cõstantinus moritur. vir singularis religionis ⁊ mansuetudinis atq̃ꝫ doctrine oĩm consensu pontifex creatus in ecclesia saluatoris que constantiniana appellatur ad lateranũ. ea ratiõe qua leo secũdus cõsecratur a tribus episcopis hostiensi portuensi ⁊ veliterno. Quẽ quidem morem posteri deinceps tenuere. Deniq̃ꝫ valitudinarius cum libellum de palliȷ̃ dignitate composuisset. pontificatus sui anno primo moritur. Sepeliturq̃ꝫ ad. s. petrum. iiȷ̃. nonas augusti. Eius in morte sedes vacat mensibus duobus. diebus. xviiȷ̃.

Linea imperatorum

Constantinꝰ quartus

Constantinus constantij augusti filius extincto vt premissuz ē apud syciliā ꝯstante augusto. punitoqꝫ q̄ ei successerat mesentio siue missesso tyrāno. ro manoꝝ regnū suscepit regendū. Romanisqꝫ principatus ē annis decem ⁊ septem. Is aūt cōstantinꝰ q̄ prius fuit a ꝯstancio genitore in consortē imperij assumptus. illo interfecto vt ostēdimus territus est. ⁊ oīa vbiqꝫ adeo trepide administrauit. vt si aliqua fuisset vis illata. visus sit imperiū facilime amissurus. Uir postea catholicus modestusqꝫ ac omni bonitate integerrimus. qui suscepto imperio heracliū atqꝫ tyberiū frēs suos in imperij consortiū accepit. Licet sint q̄ scribāt eosdē frēs pueros ne ad imperiū aspirarent naribus mutilasse. Inde mox ecclesias collapsas. q̄ sub heraclio ab hereticis dirute fuerant instaurauit. atqꝫ alias denuo edificauit. Et cū esset armoꝝ vir strennuus sarracenos romano impio infensissimos bello deuicit. ac vectigalia reddidit. Decimo em̄ impij eius anno ꝯ sarracenos celebri victoria cōstantinū potitū inuenimus. vt ea afflicti clade sarraceni tributū impio pendere ꝓmiserāt. Acciditqꝫ oportuno in tpe. pax illa. ꝙ bulgari post paꝝ traciam inuaserūt. Congressusqꝫ illis pannoniā inter ⁊ mesiā supiorē ꝯstantinus insignē accepit cladem. cūqꝫ potius fugeret quā pedem referret. paci ab illis oblate cupientissimus acqeuit. Satis nāqꝫ bulgaris feracissimi agri ꝓuincias danubio cōtinētes romani ꝑncipis auctoritate pacta secū federa habitare. inde ꝯstātinopolim redijt. Et vt grecos romane eccīe vniret sextā synodū agathonis pape rogatu cōgregauit. Deniqꝫ cū essꝫ bonis opibꝰ plenꝰ moritᷣ filio iustiniano ī impio relicto.

Synodus sexta vniuersalis apud constantinopolim



Sextam vniuersalē synodū apud ꝯstantinopolim constantinꝰ imperator celebrari iussit. interfuerūt aūt agathonis pape legati Joānes portuensis epus ⁊ alter Joannes romane eccīe dyaconꝰ. Cōuenerūtqꝫ ad impatoris edictū ducenti octuagintanouem epi. Acta aūt est cā monochelitaꝝ q̄s supra diximus aduersus fidē catholicā cōtendisse. vnicā tantūmō eē in xp̄o voluntatem. Erantqꝫ duo ꝑmarij cause aduersarij Georgius Cōstantinopolitanꝰ ⁊ macharꝰ anthiocenus epi. quoꝝ Georgiꝰ auditis rōnibus faciliter in catholicoꝝ sentētiā adduci ē passus. macharius aūt ptinax. ⁊ nimis diu pr̄ibus resistens. nō solum ē dignitate ꝓuatus. ſ simul cū mortuis sergio. pyrrho. paulo ⁊ petro eiusdē hereseos auctoribus sathane traditus. ad extremūqꝫ cū aliquot pfidie cōplicibus romā relegatus Et theophaniū abbatē vero sentiētē in locū macharij anthiocenū epm creant. Hac aūt re ex sentētia feliciter gesta. vt deo gratie agerētur ꝙ vtrāqꝫ eccīam vnā fecisset. sententia ⁊ animis Joannes eps portuensis octaua pasce corā ꝑncipe ⁊ pr̄iarcha. corāqꝫ pplo constātinopolitano in basilica sancte Sophie missam latine celebrat. approbantibus oībꝰ q̄ tū aderāt. veꝝ esse ⁊ sctm̄ illū sacrificādi morē. Et q̄ aliter sentiūt a recto ⁊ honesto discedere. Hec ē aūt sexta synodus. q̄ Cyrilli. Athanasij. Basilij. Gregorij. Dyonisij. Hilarij. Ambrosij. Augustini. Hieronimi. sn̄ia conclusum ē. duas naturas ⁊ opatōes in xp̄o eē. Explosaqꝫ illoꝝ ptinatia q̄ vnicā eē in dn̄o volūtatē dicerent. vn̄ monochelithe vocati sunt. Ea reintegrāta fidei leticia agatho ⁊ romani paucos menses sunt gauisi. ꝙ pestē tūc q̄nta raro alias p tres meses romam populata est. ⁊ ipse agatho est defunctus.

Cometa



Eclipsis solis ⁊ lune



Stella crinita quā greci Cometē vocāt indicabat ꝓfecto tot clades q̄ tribꝰ cōtinuis mēsibꝰ appuit. Et pluuie magne ac freq̄ntia tonitrua qualia nūqꝫ ātea fuere. vise sunt elemēta ī vrbis rome ⁊ ytalie excidiū ꝯiurasse. Nāqꝫ tāti tāqꝫ ꝯtinuati imbres tonitruis fulgoribꝰ īmixti fueꝛt. vt maximā armētoꝝ passim morientiū iacturā ppl̄i sint ꝑpessi. ꝗ̄qꝫ quā plurimos viros ea tēpestate fulmībꝰ afflatos īterisse īuenimꝰ ⁊ maturescētia pluuiaꝝ initio ī cāpis frūmta emarcuisse vt solatio fuerint populis legumina. quoꝝ fetus primi grana in terrā vēto imbreue discussa cum herbidū cespitem pullulassent ad maturitatem denuo peruenerunt in Cisalpina potissimum.

Post solis quoqꝫ at lune eclipsim peste grauissima laboratū est que papiā depopulata ē vt ciues iuga montiū peterent ⁊ in vrbe frutecta ac herbe nascerentur.

Paulus primus papa. natione romanus. patre cōstantino. stephani secundi frater. homo sane mitissimus ac clemētissimus. qui ī p̄triarchatu mores ⁊ doctrinam ecclesiasticam perdidicit. sub Gregorio secundo. ⁊ zacharia pontificibus. a quo in dyaconatus ordinem cum fratre ascitus est. Uerū mortuo fratre in ipso pontificatu cū successor quereret̄. fuere qui theophilacum archidiaconem preponerent. post longā contentionem solus bonoꝝ oīm suffragijs ob integritarem vite ⁊ doctrinā paulus pontifex decernitur. constantini ⁊ leonis temporibus. fuit autē saluatoris nostri imitator. vt nulli vnq̄ malum pro malo redderet. sed contra malos a quibus persepe iniuria afficiebatur in bono vinceret. hic autem tante pietatis ⁊ humanitatis fuit. vt noctu cuz duobus ⁊ eo ampli⁹ tribus familiaribus cubicula paupeꝝ egrotantiū circuiret. vnūquēqꝫ eorum ⁊ verbis et elemosinis ad recuperandam valitudinez cohortatus. Carcerē quoqꝫ frequenter adibat. Indeqꝫ plerosqꝫ ere alieno nexos persoluto creditoribus precio dimittebat. Pupillos ac viduas circūuentas fraude causidicoꝝ tuebatur. et elemosinis sustentabat. Idem quoqꝫ congregato clero vniuersoqꝫ populo romano corpus beate petronille petri filie vna cū sepulcro marmoreo his litteris notato. Petronille filie dulcissime. ex via appia ī vaticanū detulit. canentibus (vt fit) sacerdotibus. populoqꝫ celebritate agente. atqꝫ corpus ip̄m sanctissimū in templum appollinis ad caput basilice patri dedicate collocauit. Moritur ⁊ paulus in basilica pauli via hostiēsi. restitutis quibusdam ecclesijs vetustate collabentibus. pōtificatus sui anno decimo. mense vno. Eiusqꝫ corpus magna ⁊ solenni pōpa in vaticanū defertur. vacat sedes tum annum vnum. menb̄. i.

Linea summorū pontificum

Zacharias



Stephanus secūdus



Paulus primus



Constantinus q̄ntus leonis imꝑatoris filius. post p̄rem solus imperauit annis. 33. q̄ paternaꝝ impietatū emulator leges ⁊ patrū sanctiones ꝓ viribus ꝑsequi nō destitit. Et in oīm vite sue tp̄e maleficijs ⁊ magicis artibus luxurijsq; deꝑuiuit. Jsq; cōstātinus imꝑator sacras ymagines vbiq; demolitus. ꝯstantinū regie vrbis ep̄m impietati sue resistentē cū vberibus necasset. in locū demortui Nicetaꝫ spadonē sui sacrilegij cōsciū suffecisset. pōtifex ipse oīm ex ꝑte religioni ꝯsulens nūcios ꝯstantinopolim mittit. q̄ imꝑatorē adhortarent̄. vt sacras ymagines ⁊ statuas restitueret. Jd si facere recusaret. eidē anathematis censurā minarētur. Sed ꝯstantinus in sacrilegio suo ꝑtinax. ⁊ sanas admonitōnes ꝯtēpsit ⁊ sabinū bulgaroꝝ regē in demoliēdis sacris ymaginibus ei⁹ impietatē imitatū. in grām recepit cum antea bulgaros bello ꝑsecutus fuisset. Multosq; monachos ac seculares catholicos anastasij heretici cōstantinopolitani p̄triarche suasu pro recta fide interfecit. Pestilens inde aura a sicilia ⁊ calabria ꝓgrediens ad regiā vrbē ita molestabat hoīes. vt plures edes sine hominibus relinq̄rent̄. anastasius cū stercus ore euomeret misere obijt. Demū cōstantinus imꝑator plaga pessimi incendij diuinitus ꝑcutit̄. Et clamās adhuc viu⁹ igni sum inextinguibili traditus. mortē obijt. ascito prius leone filio eius nominis quarto in partem imperij.

Leo q̄rtus ꝯstantini q̄nti filius. Anno dn̄i. 777. post p̄rem imꝑator. imperauit annis. v. cui p̄r hirenem nobilissimā mulieꝝ oīm pulcerrimā in matrimoniū collocauerat. ex q̄ filiū pepit noīe cōstantinū. Hui⁹ leonis tp̄e vix imꝑiū etiā noīe vigebat. Nā illud in oriente barbari ꝯtinue occupabant. Et romani iam a bello destituti ad gallos respiciebāt. Hic itaq; mortuo p̄re q̄ de bulgaris triūphauerat in syriā expeditōem duxit. Sed leuibus factis excursionibus. vbi hostes in se venturos didicit. domuꝫ intrepidus redijt. Et ocio dedit⁹ se innumeris immersit flagitijs. Amabat aūt lapides p̄ciosos. ferūt eū q̄ iaspidum cupiditate flagraret. nec aliqua eoꝝ q̄ntitate saciari posset. p̄ciosissimaꝫ q̄ sctē sophie sacrario inerat coronā capiti imposuisse. gestasseq; ꝑ vrbē ⁊ carbūculos q̄ inerant fulgorē flāmis et lapideā frigiditatē prunarū incendio diuina vltione ꝑmutantes. illū ad interitū ꝓpe necis p̄ne similēz perduxisse. quo vita functo hyrenes vxor. ⁊ filius constantinus imperium acceperūt.

Constantinus sext⁹ leonis p̄dicti ex hyrene vxore fili⁹ imꝑauit cū m̄re hyrena annis. x. Que q̄dem prudentissima ⁊ religiosa imꝑatrix. que forma speciosissima athenīense p̄re genita iuste imꝑium ⁊ magna cū ꝑploꝝ quiete administrabat. Cōtinebatq; filiū ne auita p̄naq; vicia in quo illū nature ꝓcliueꝫ esse intelligebat imitaret̄. Et cū religiosa esset Therasiūq; ꝯstantinopolitanuꝫ tūc audate vite p̄triarcham libenter audiret. Eius ꝯsilio synodū in Nicea vrbe secūdū trecentoꝝ q̄nq̄ginta ep̄oꝝ cōgregari fecit. Jn q̄ synodo execrantiū ymaginū sacraꝝ veneratiōnē heresis ꝑpetuo abdicata ē. Sed nō diu tulit cōstantinus hic sanctū m̄ris imꝑiū. q̄ p̄ris flagitia subsecutus. p̄ualuitq; ꝯstantini filij iniquitas. Qui modestiā actam ꝓbatos q̄ salutiferos mores genitricis diutius ferre nō valens. eā ab imperij administratōne deiecit. Js q̄ primū in p̄ncipatu solus ingenitam potuit malicia exercere. in m̄ltos deseuit. Jn primisq; delicijs habuit plurimos effossis oculis excecare. adeo vt constantinopolitani de imperio alteri demandando ceperint cogitare. mariam eī quandam duxit vxorem cui postmodum ancillam nomine theodorā imperiali corona decorauit. vxorem in monasterium trudens. quibus flagitijs irritati ciues hyrenē reuocarunt. Que reuersa constantinū cepit ⁊ effossis oculis in carcerem cum solus in imperio fuisset annis quinq;. vbi vitam finiuit. Jnde mulier sola annis quinq; imperauit. ⁊ cū carolo fedus inijt.

Linea iꝑeratoꝝ

Constantinus quintus



Leo quartus



Constatin⁹ sext⁹ Hyrena



Aistulphus rex



Aistulphus longobardorū rex regnauit annis. 8. Qui regno suscepto oēs romanoꝝ partium ytalie agros rapinis incursionibusq; fedauit. quem pōtifex per munera ⁊ oratores flexit ad pacem in annos. arbitratus promissa seruiturum. Sed aistulphus breui post contractis copijs romā rursus obsidione cingit. ⁊ maiori detrimento vastare agros cepit cōminatusq; est. vt nisi sese ⁊ vrbeꝫ romā dedant. eos postea velint nolint in potestate factos ad vnum iugulet. Nec cessauit pontifex aistulphum muneribus pertentare. Et cū nihil solito magis ꝓficeret. missus est ad imperatorem germanus. nec speꝫ presidij litteris faceret. cū populo romano constituit opem regis francie implorandam. Epistolas ad pipinū dedit. at pipinus coegit ipsum pristinas pacis conditiones accipere. vnde romanis reddidit exarchatum. Tandem post multa bella in venatione apoplexia interijt.

Gangolfus



Gangolfus vir sanctus circa tp̄a dicti cõstantini in burgũdia claruit. Hic quendã fontẽ in gallia emit ⁊ eũ orti fecit in burgundia. Is cũ vxorem suã de adulterio argueret. at illa vehemẽter negasset ait. si vis vt credã. denuda brachiũ tuũ. ⁊ affer lapillũ de fonte sine lesione. q̃ cũ immersisset statim cõbustũ retraxit. dimisit eã cũ dimidio p̄te substãtie. Inde occisus est in domo sua a clerico q̃ adulterium cõmisit. Cuius corpus in feretro cũ duceret̃ ad sepulcrũ. multos infirmos sanitati restituit. q̃ cũ ancilla vxori nũciasset subridẽs ait. Ita gan golfus miracula facit. vt anus meus cãtat. Moxq̃ anus sonos turpes ac numerosos emittere indesinẽter cepit. qđ ei postea euenit in omi vita sua sextis ferijs. in qua vir martyr ẽ effectus. quotiens v̄bũ aliqđ pferret. totiens ab ano turpẽ sonitũ fecit. qđ pipinus experiri dignatus est.

Amelius ⁊ amicus tp̄ibus pipini regis francoꝝ orti miro mõ sibi cõsimiles. De hijs duobus pueris ex gestis eoꝝ narrant̃ mirabilia. Vnus fuit ex comite aluernẽsi. Alius ex milite quodã berichano. q̃ cuz a parentib⁹ baptismi gr̃a romã deferrent̃. In luca ciuitate seinuicẽ inuenerũt. Et societate inter se firmata romaz ingressi sunt. Tãtaq̃ inter puulos societas ⁊ volũtas erat. vt vnus sine alio nollet cibum sumere nec in alio cubiculo q̇escere. qui oblati summo pontifici ab eo baptisati sunt. Multi romanoꝝ militum eos cũ gaudio de sacro fonte susceperunt. postea mira gesserũt in vita. q̃ recensenda cuz ad longa ducerent. quos deus vna cõcordia ꝯiũxit in vita. morte quoq̃ separi nolunt. Cũ in diuersis ecclesijs tp̄e Caroli sepulti eẽnt. mane corp⁹ amelij cũ sarcophago iuxta amici sarcophagum in ecclesia regali inuentum fuit.

Amelius Amicus



Burkardus episcopus herbipolensis sanctitate ⁊ miraculis claruit. Is ĩ anglia ex nobilissima parẽtela floruit cuz fratre Suiduno postea ibi ep̄o q̃ ꝯterranei ac cõsanguinei. s. bonifacij fuerũt. burkardus studijs liberalibus traditus cum doctus euasisset. natali solo relicto gallie comate limitez attingẽs in humili loco sub habitu peregrini delituit. postea p̱ bonifacium archiepiscopũ ex monacho (cum Zacharias summus pontifex romane ecclesie preerat) in episcopum ordinatus fuit. vt wirtziburgense oppidũ diocesi sue contiguum p̱ auctoritatem apostolicam. episcopalem cathedrã sortiretur. Acta est igitur hec institutio noui pontificatus apud vrbem wirtziburg. Anno dominice incarnationis septingen tesimoquinquagesimoprimo ad incrementum ecclesiarũ germanie. maxime ad salutem orientalis francie. ex confirmatione zacharie pape. ⁊ pipini principis francie. mediante bonifacio presule beato burkardo primo pontifice. vixit autem in omni virtute ⁊ abstinentia ac elemosinaꝝ largitione. Tandem megingaudo cum inuestitura episcopatum concessit. ⁊ nauim cõscen dit adiũctis sex monachis ⁊ codices quos scripserat ad castellum habenburg proficiscitur. vbi ĩ cõtemplatione ac omi sanctitate m ĩ-grauit ad xp̄m anno salutis septingentesimo nonagesimoprimo. cum per quadraginta annos cum omni laude prefuisset.

Burkardus



Carolomannus caroli marcelli filius. Cum pater graui morbo correptus suadentibus amicis. Carolomanno maiori natu austria ⁊ sueuia pipino v̄o iuniori burgũdia ⁊ pars francie obtigit. Carolomannus autem haud multo post patris obitum seculo abrenũciare constituit. Itaq̃ suo eius ꝓpositi desiderio fratri patefacto ⁊ paucis vie comitibus secum ductis. romam se contulit ad Zachariam pontificem. a quo in clericum ordinatus et habitum monasticum est indutus. Inde ad beati benedicti cassinense monasteriũ accedens professionẽ in eo ⁊ perpertuo cõmorandi votum emisit. postea conferens se in frãciam. vt pipino fratri aduentum in ytaliam ⁊ bellũ in longobardos dissuaderet. illum a claustro cassinensi profugum in vienẽse monasteriũ relegauit. Ubi haud multo post merens indignabundusq̃ interijt.

Carolomannus



Albinus episcopus



Albinus episcopus Andegauensis. miraculis ⁊ sanctitate per hec tempora preclarus fuit. Et remigius episcopus Rothomagensis.

Saluius quoq̃ episcopus albianensis cum discipulo suo valentiniano triũphum martyrij adeptus est.

Corpus sancti Benedicti iã. xxxiiij. ãnis effluxis furtim a gallis monachis vna cũ corpore sororis sue Scolastice ablatũ p̱ p̄ces carolomãni ad zachariam p̱ pipinum ex floriacensi monasterio. Quis moleste nimis cõcessum fuit. vt monachi cassinenses reportarent. Quis quidẽ ferãt. cũ monachi floriacẽsis vidẽtes se tãto p̄re orbari ad orõem cũ lacrimis se ꝯtulisse ⁊ corp⁹ apđ eos p̱mãsisse.

Pipinus rex



Pipinus iunior caroli marcelli filius. q̄ post mortem pr̄is. cui burgundia ⁊ francie pars obtigerat. cū iam carolomānus monasteriū ingressus fuisset. domus regie vniuersalis p̄fectus factus. genitoris auiq; vita emulatus. eos gloria supauit. Longū esset referre singula. q̄ in germanos aquitanos burgūdosq; gessit. q̄bus in regionibus. cū gentis francoꝝ ⁊ ei⁹ regis childerici noīe oīa gerebant. gloria ampliores: nihilo maiori habuit impedimento. q; ꝙ regem ꝑe amentē varijs furentē ineptijs tollerare cogebatur. Ideo q̄ francoꝝ gesta scripserūt aiunt. ꝓceres populosq; eius gentis. pipini v̄tutē. ⁊ econtra childerici regis amentiā debitis pensantes meritis. zachariā pontificē romañ. ꝯsuluisse. ineptūne regē vltro tollerandū an pipinū merita fraudanduz regia dignitate censeret: Cūq; respōdisset pontifex eū (q̄ regia melius obire munera nosset) habendū regem. francos publico totius gentis consilio pipinū declarasse regem childerico in clericū tonsorato. atq; ita regū familia meronigorū regnare desijt in gallia. q̄ regnauit annis. 296. sub regibus vno ⁊ viginti. Pipin⁹ aūt a zacharia papa. ⁊ postea a stephano pontifice cōfirmatus. In eccl̄ia romana ducem ac bellatorē ꝯtra aistulphū longobardoꝝ regem ꝯstituit. quē in papia obsedit. q̄ pacē vltro obtulit. postea apud francos rex pipinus gloriā indies potentatūq; adaugebat. Quo em̄ tp̄e ab ytalia in franciā redijt. Taxillo dux baioarioꝝ sese cōmēdatum illi subdidit. Et saxones eius amicicia p̄cario potiti trecentos eq̄tes in quācūq; expeditionē iuberent dare ꝓmiserūt. Maius autē negociū fuit pipino in aquitanos q̄bus subigendis octo estatibus laborauit. Tandē pipinus senectuti indulgens eam expeditōem omnē carolo filio adolescenti duxit demandandam. Profectus in aq̄taniā. carolus burboniū claremontē. ⁊ multa de auernis cepit. faustisq; auspicijs militiaz carolus inchoauit. vt āno inde septimo ducti alterne a pipino genitore ⁊ ip̄o carolo expeditionibus. aq̄tania frācie regna fuerit subacta. Quo in tempe pipinus in thuronijs apud sanctū dionisium est defunctus. Erat annus in q̄ hec fiebant pontificatus Pauli decimus. q̄ ⁊ eius vite vltimus fuit. p eius pontificis tp̄a tantū valuit pipini regis francoꝝ respectus. in quē desiderius longobardoꝝ rex oculos semp habuit intentos. vt nullis interea motibus ytalia aut roma fuerit agitata.

Origo gentis turcoꝝ.



Turci interim meliores sedes expetētes. tūc primū asiaz inuadentes. alanos primo. post colchos ⁊ armenios. Inde asie minoris pp̄los. ⁊ ad extremum persas. sarracenos agroꝝ direptionibus. ⁊ mortaliū magnis reptorū aut cōgredi ausoꝝ cedibus infestarūt. Anno dn̄i septingentesimoq̄nquagesimoquinto. Fuerūt q; ⁊ ipi turci scythe ex hijs q̄s alexandrū macedonē intra hypboreos montes ferreis clausisse repagulis. cuz alij tradāt scriptores. tum btūs hieronimus affirmat. Turci em̄ vt ethicus ph̄us tradit i asiatica scythia vltra pyrricheos montes ⁊ thoracūtas insulas cōtra aq̄lonis vbera sedes patrias habuere. Gēs truculēta ⁊ ignominiosa in cūctis stupris ⁊ lupanarib⁹ fornicaria. comedit q̄ ceteri abhominātur. Regnāte apud francos pipino caucaseas egressi portas exinde pōtum capadociāq; transgressi. ad reliq̄as finitimas gētes sensim illapsi sunt. Tantas aūt habuit vires turcoꝝ insultus. vt sarraceni pacē secū h̄re nulla alia potuerūt rōne. q; restituto p̄saꝝ regni noīe. qd̄ sarracenos foce ⁊ eraclij tp̄ibus in suū ostendimus confudisse. Veꝝ post multas illatas inuicē ⁊ acceptas clades. de pace inter sarracenos ⁊ turcos ꝯuenisset decretū ē. vt turci q̄ in p̄side habitabāt sarraceni appellarent. atq; ita equiore aīo sarraceni in asia regnare turcos passi sunt. Et ꝙ etiā eos breui accepturos mahumetanā sup̄stitōem videbant. adeo erāt eoꝝ ingenia ad maluz ꝓna. deniq; ꝓcedenti tp̄e nō solū pontū ⁊ capodociā. veꝝ gallaciā. bythiniā. lycaoniaz. p̄sidiā vtrāq; phrigiā. pamphiliā. ciliciā. cariā. ⁊ oēm asiā q̄ minor vocat̄ vltra citraq; thauꝝ ad oras ionie. ⁊ littora greci maris occupant. De quibus suis locis infra dicemus.

Exarchat⁹ regni finis eo tp̄e. aut paulo prius occupata. ab aistulpho lōgobardoꝝ rege rauenna finez habuit. postq; ingratus exarchoꝝ a ꝯstantinopoli in ytaliā missoꝝ anno q̄nto ⁊ septuagesimo supra centesimū. magno rome ⁊ ytalie malo. narsete deiecto ea calamitas inchoauit. Durauerat aūt vsq; ad hoc tempus sub decem exarchis. ip̄a nāq; exarchatus appellatione ꝯtinebat̄ oīe. q̄cquid a placentinis. agriq; papiensis finib⁹ padi inter apennini paludes stagnaq; venetorū ad adriaticū pertinet. in quo rauenna cesarea forliuiū. foꝝ pompiliū. foꝝ corneliū nūc Imola dictuz. bononia mutina regiū parma ⁊ placentia. que pipinus supato aistulpho pontifici ro. donauit.

S. Eucherius



Eucherius lugdunensis episcopus hoc tempore multis miraculis clarus fuit. qui cum ex nobilissimo senatoꝝ viro ortus fuisset. ad religiosam vitā habitumq; cōuersus diu intra spelūce cuiusdam septa in orationibus ⁊ ieiunijs deo deuotissime seruiuit. Deinde apud prefatam vrbem reuelante angelo in pōtificali cathedra solenniter collocatus multis quoad vixit claruit miraculis.

Theodorus item tycinensis episcopus vir sanctissimus et multa litteratura insignitus hac tempestate clarus fuit. qui ⁊ nōnulla memoratu digna scripto mandauit.

Anno mundi.5963. Anno xp̄i.764.

CONstantinus eius nominis secundus. papa natione ro. paulo pontifici succedens. Nam cum paulus pontifex apud beati Pauli ecclesiam spūm in extremis duceret. thotonem nepusinū ducem q̄ longobardis semꝑ studuissꝫ desideriū impulit germanū suū nomine constantinū pontificem a romanis su/scipi curaret. Is toto rome habitās magna vsus audacia. copias a nepeso asciuit coꝛūq; armis stipatus constantinū fauentibus q̄busdam amicis largitione ⁊ pollicitationibus coꝛruptis pontificem creant. Alter etiā philippicus pariter a paucoꝝ factione in pontificem ꝓphanatus. breui est deiectus. cum statim abdicare se magistratu armis cōpulsus est. cogitur ⁊ gregorius p̄nestinus ep̄s constantinū ipsum laicū sacris statim iniciare atq; episcopū inungere. Ei⁹ manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur vt eas oꝛi admoueri nō posset Cum v̄o constantinus munera pontificatus per annuꝫ obstinate exercuisset. ⁊ episcopos presbiterosq; more pōtificum oꝛdinasset. tandem a sede deijcit᷑ a populo romano ira ⁊ indignitate rei ꝑcito ꝑ p̄miceriuꝫ xp̄oferꝝ coacto. stephanus tercius canonice in pontificem est electus. qui congregato concilio in laterano Inde constantinus oculis capitur in monasteriū inclusus turpiter eijcit᷑. Sūt q̄ eū inter pontifices non enumerant.

Anno mundi.5973. Anno xp̄i.774.

STephanus eius nominis tercius. papa natione siculus. patre olibo āno domini septingentesimo sexagesimoctauo pontificatum inijt. Vir certe doctus atq; eruditus. ⁊ in rebus agendis. maxime v̄o ecclesiasticis strennuus admodum ac constans. hic eñ a teneris annis romā veniens mandato gregorij tercij in monasterio sancti chrisogoni rationem bene viuendi ⁊ doctrinā ecclesiasticam perdidicit. accepto clerici ac monachi oꝛdine. Vocatus deinde a zacharia pontifice in patriarchatum lateranensem. Cum eius vita ⁊ doctrina ab om̄ibus pꝛobaretur. sancte cecilie pꝛesbiter cum titulo instituitur. postremo in basilica sancti hadriani. inter tria foꝛa a tribus episcopis cōsecratus. ⁊ ab vniuerso clero ac populo vt verus pōtifex salutatus. ad coꝛrigendū mores animū adijcit. indicto itaq; concilio e gallia p̄sertim ⁊ ytalia congregās clerum in lateranensi basilica. multa inter se de cōponendis rebus ecclesie collocuti. constātinū pꝛedictum abrogarunt ⁊ pꝛimo eius decretis abrogatis. institutuꝫ ē om̄i consensu ne quisq; laicus. nisi per gradus ecclesiasticos ascendens pontificatū occupare auderet. sub anathematis pene. Constitutum est pꝛeterea vt que constantinus in re sacra egisset irrita haberentur. pꝛeter baptismū ⁊ chrisma. hijs ex sententia peractis decretū est. vt die sequenti supplicationes haberent᷑. quibus ⁊ deo gratias agerent. itum est a lateranensi basilica ad sanctū petrum nudis pedibus a pontifice ⁊ hominibus qui tum aderant. maxima om̄i religione. Tandem hic pastoꝛ q̄ꝫ diligentissimus ⁊ verus petri successoꝛ ac xp̄i imitatoꝛ. quarto pontificatus sui anno moꝛitur mense. v. die. vij. ⁊. xx. sepeliturq; ī basilica petri. sedes tum vacat dies. 9.

HAdrianus pꝛimus papa. patria romanus. patre theodoꝛo summe nobilitatis viro. pontificatum iniens nequaq; a maioꝛibus suis degenerauit Hic ex magnitudine animi consilio doctrina ⁊ sanctitate vite cum quouis optimo pontifice compari pōt. Vir patria ⁊ sobole sua dignus. ideo natus vt eo fastigij euectus fuisse videretur. vt caroli magni francorum regi virtuti coꝛrespondens. rem romanā ytalicamq; ab illo erigi adiuuaret. Vix dum facta summo cōsensu hui⁹ pontificis electio in publicū exierat. cū is magnanim⁹ ⁊ patrie sue affectus carceratos ab affrica liberauit. exulesq; in p̄riam reuocauit. qͦ cū restitisset desiderius tanti viri amiciciā ne frācis regib⁹ adheret᷑. occupare q̄siuit. legatos mittit. vt federa secū. ⁊ in pꝛimis cū gente longobarda iniret. ad que r̄ndit pontifex. se q̄ pacē cū oībus ⁊ in p̄mis cū longobarda gente cupiat h̄re. nullā posse v̄bis desiderij fidē adhiberi q̄ viderit federa stephano pontifici ꝓmissa totiens violasse. Misit ad carolū oꝛatoꝛes opē imminēti reꝝ eccl̄ie excidio imploꝛatū. Interea carolus desideriū regem ⁊ clausos secū in papia longobardos illaꝝ obsidionem bernardo patrueli sue cum parte copiaꝝ continuandā reliquit. ⁊ sexto mense obsidionis carolus sanctū resurrectionis dominice pasca in vrbe celebꝛare cōstituit. assumptis secuꝫ ep̄is ⁊ abbatibus cui pontifex obuios qui deducerent misit. carolus adrianū pontificem ad summas que extant b̄ti Petri basilice marmoꝛeas scalas in atrio expectantem non cernuus. ꝭ omibus scale gradibus pꝛius ⁊ postea pontificis pedibus oscula figens salutauit. postea itum est ad basilicam. vbi mutuo sacramento seruanda perpetuo amicicie obstrinxerūt. inde synodū habuit ⁊ a terroꝛe bellico securus ad exoꝛnandā vrbem sacrasq; basilicas animū adijcit. coꝛpus beati pauli laminis argenteis inclusit multe aqueductus turres ⁊ murum instaurauit. Nil pꝛetermisit in vita. qͦ ad bonū pꝛincipē ⁊ optimū pontificem pertinet. moꝛitur aūt pontificatus sui anno tercio ⁊ vigesimo. mense decimo die decimo. sepeliturq; magna cum laude in basilica petri sexto kal. Januarij.

Linea summorum pontificum

Constantinus secundus



Stephanus tercius



Hadrianus primus



Nicephorus patricius. post hyrenem augustam imperauit annis. 9. Hic egreferens hyrene mulieris imperiū eam dolo captam in lesbon insulam relegauit. Et tamen ipe etiam assumpto imperio pacem cum carolo constituit. Eius in federibus illud accurate legit̄ interuenisse. vt veneta vrbs ytalie maritima vtrūq3 reuerita impatorem ꝓprijs vteretur legibus. et siue bello siue pace neutris partiū censeretur. Eius pacis formulā cū oratores carolo in germania apud Saltzpurgā agenti detulissent. romā illos misit. oīa vt gesta erāt romano pontifici relaturos. Eodē item āno q̄ primus erat imperij a nicephoro patricio assumpti aron admirbas sarracenoꝝ trecenta milia in subiectas constātinopolitano imperio asie ꝓuincias duxit. Eius aduentu impator ꝑdite formidans pacem ab illo abiectissime petijt. quā iniq̄ssimis conditōnibus obtinuit solenni federe pactus se quotannis illi turcorū milia. ꝓ imperij ydemnitate. ⁊ tria item milia ꝓ capitis sui salute in tributa ꝑsoluere. Paulo tn̄ post nequaq3 saniori vsus consilio. nicephorus scauratione filiū imperij ꝯsortem declarauit Qui adolescens a turpi genitoris pacto cu3 sarracenis dissidens. multa diuersis in locis accepit incōmoda. nicephorus aūt bulgaroꝝ bello implicitus multis erat victorijs vsus. Qui priusq3 ad pacē cū oratoribus caroli in cōstantinopoli firmandā redire potuerit. in ꝑlio qd̄ apud mesiā supiorem cū chrūno bulgaroꝝ rege gessit supatꝰ occubuit. ⁊ scauratiꝰ filiꝰ vulnere scōm aūt eodē in ꝑlio accepto. constantinopolim reuersus imperiū assumpsit. quē non post annū. vt aliq̄ volūt ꝯ tercio īperij mēse michael sororiꝰ eiꝰ deposuit. ⁊ illi in ipio successit

Michael constantinopolitanus impator post scauraciū sororiū suū imperiū assumens impauit annis duobus. Vir sane pius ⁊ sanctaꝝ traditionū emulator. Eiq3 nihil antiquius fuit quā inchoatam a nicephoro pacem cu3 caroli oratoribus qui multos menses cōstantinopoli expectauerāt cōfirmare. cōditiones q̄ fuerint scriptores paucissimis explicant vbis. vt orientem cū constantinopoli michael. ⁊ carolus occidentem cū roma haberet. Sed paulus addit hispaniaꝝ ꝑtes. quibus recipiendis tantope carolus insudauerat impatori greco redditas fuisse. ⁊ venetoꝝ monumenta quibus concordat gotfredus. habent venetia3 vrbem ea conditione in constantinopolitani ꝑtibus mansisse. vt immunitatibus ꝑdem a carolo habitis ꝑ ytaliā vteret̄. Detulit vo michael eatenus carolo. vt cū illius oratoribus suos ipe aquisgranū mitteret pacꝭ formulam reddituros. fuerūtq3 hij michael episcopus. ⁊ arsacius theognistrisq3 prothospatarij q̄ cū aquisgrañ. venerant auditis. oīa q̄ petere animū induxerunt. carolus ꝯcessit. Hic aūt cū aliquādiu aduersus bulgaros ꝑlians supior exñs. Postremo apud andronopolim victꝰ fugatusq3 copias atq3 animū amisit. constantinopolimq3 reuersus impio se abdicauit. ⁊ monasteriū intrās vsq3 ad mortē ibidē religiosissime vixit. Huiꝰ tpibꝰ vix imperiū etiā noīe vigebat. Nā illō in oriēte barbari ꝯtinue occupabāt. et romani iā a bello destituti ad gallos respiciebāt. Jdō ī seq̄ntibꝰ ꝑraro fit mentio de impatoribꝰ ꝯstātinopolitanis siue grecis. Veꝝ de carolo magno ⁊ eiꝰ successoribus ꝓsequimur historiam.

Linea impera tor

Nicephorus



Scauracius



Michael



Synodus Septima



Hyrene mater cōstantini mulier prudentissima ⁊ religiosa statim adepto imperio conciliū secūdu3 in nicena vrbe trecentoꝝ et. 50. episcoporum congregauit. In quo institutum fuit. vt qui sacras ymagines delendas decetero dicerent. ꝑpetuo anathemate necterentur. Sancitūq3 fuit spūmsanctum a patre filioq3 procedere.

Hadrianus quoq3 papa pace de longobardis parta septimā synodū trecentoꝝ ⁊. 50. epoꝝ habuit. in qua heresis feliciana de ymaginibus tollendis abrogata est. vt testatur Gratianus de cōse. dist. 3. c. septimo. Mandatumq3 fuit laicis vt nullo mō de pōtificꝭ Ro. electōe se ītromittere ꝑsumāt. vt in canoe. 63. di. c. nullꝰ laicoꝝ. Vetuit eē pōtifex hadrianus infames ad sacerdotiū ꝓmoueri. 6. q. j. c. omnes. Mandauit item ne clerici extra foꝝ suū ī iudicio traherētur. xj. q. j. c. clericus. Alij deniq3 scribūt qd̄ theophilatius ⁊ stephanꝰ epi insignes nomine synodum francorum germanorumq3 episcoporum habuere in qua etiā feliciana heresis de tollendis ymaginibus abrogata est.

Auream laminā hisdē tpib us apud ɔstantinopolim in sepulcro cuiusdā inuentū fuisse tradunt. In q̄ scriptū erat. Xp̄s nascetur ex virgine maria. ⁊ credo in eū. sb̄ ɔstātino⁊ hyrene. o sol iterꝝ me videbis.

Desiderius rex



Desiderius vltimus longobardoꝝ rex aistulpho rege defuncto post eū regnauit annis. 18. hic p̄mo ethrurie rex fuit. q̄ cū aistulphi obitū audisset. statim regnū inuasurus longobardoꝝ copias vndiq̧ ɔtraxit. Et vt id obtineret ꝯ rachesiū q̄ monachi habitū sumpserat. multa pōtifici ac romanis pollicitus ē. Quamobrem eos in suā sententiā traxit. Et ita regnū in pace cōsecutus est. Eo q̄ppe tūc longobardorū v̄tus ob delitias languescere ceperat. At desiderius oīm aduersarioꝝ metu liberatus a spōsionibus pontifici ⁊ romanis factis. animū reuocauit. multasq̧ iniurias illis inferre cepit. Vn̄ pōtifex Zacharias ad carolū magnū reclamans. rogat vt desideriū admoneat ab inferendis iniurijs pōtifici cauere. quē p legatos admonet vt res iniuste ablatas pontifici restituat. parātur igit̄ vtrinq̧ exercitus ꝗ carolus mira celeritate vsus. p̄missa pte copiaꝝ q̄ in transitu alpiū. iouis mōtem occuparet. cū reliquo exercitu p montē emisiū in ytaliā descendit. fusoq̧ ac fugato desiderio obuiā facto. oīa longe ⁊ late populat̄ ⁊ capit. Desiderius aūt desperatis reb⁹. tanto accepto incōmodo papiā se recepit. vxore ac liberis veronā missis. at spoletini reatini ac lōgobardi oēs q̄ eas regiones incolebant. audita desiderij calamitate romā veniētes. se ac sua oīa romani pontificis fidei cōmittūt. Hoꝝ secuti exemplū anconitani auximates firmani. At carolus relicto bernardo patruele suo in obsidione ticinensis vrbis cū parte copiaꝝ veronam ꝓficiscit̄. aldegisius v̄o desiderij filius inde abiēs ad imperatorē cōstantinopolitanū ɔfugit carolus acceptis in deditionē oībus ferme transalpine ytalie vrbibus. romā petit. Vbi rebus cōpositis carolus cū bona hadriani grā in transpadanā rediens. sexto mēse postea q̧ obsideri cepta ē papiam deditione occupat. Inde paulus ⁊ alcuin⁹ ijsdem pene v̄bis habēt. illum tūc castra reuersum. papiaq̧ p deditionē potitū. adduxisse in franciā desideriū. q̄ ad leodiū fuerat relegatus. quāq̧ alij scribāt. Qz in desideriū clementia vsus. hoīem spoliatū regno nō etiā vita lugdunū cum vxore ⁊ liberis exulatū mittit. Vbi postea longobardis francos pfecit. qui eos in pace retinerent. atq̧ ita anno salutis nr̄e. 774. ⁊ q̄nto pōtificatus hadriani pape. longobardoꝝ regnū finez accepit. Inde ea gēs ducentis iam triginta ⁊ pene duobus annis maiori ytalie portione potita. nihil iam externi p̄ter nomē retinebat. Fuit aūt sb̄ duobus ⁊. xx. regibus ab alboyno vsq̧ ad desiderium porrectum.

Paulus diaconus



Paulus longobardus hystoricus ⁊ aquilegiensis p̄triarchatus dyaconus. desiderio regi suo ob doctrinā ⁊ ingeniū admodū carus. Quē cū carolus magnus in galliā duxisset. libertate donauit. in p̄cioq̧ aliquādiu habuit. Verū cū postea comperisset hoīem desiderij libertatem q̄rere eū in diomedis insulam relegauit. Vn̄ post aliquot annos auffugiēs ⁊ ad arachim perueniens rogatu adelperge desiderij filie ⁊ arachis vxoris Eutropij historie. duos libros addidit a iuliano principe vsq̧ ad primi iustiniani tempa oīa pscribens. Mortuo deinde archi. cassinense cenobiū ingressus reliquū vite sanctissime vsq̧ ad mortem ducēs. Sepe ad carolū regem litteras elegantes ⁊ humanitatis plenas scripsit. ab eodemq̧ a quo fuerat ob litteraturā ꝺuatus vicissim accepit. Rogatuq̧ caroli vitas ⁊ lectiones cuilibet sanctoꝝ festiuitati ɔuenientes collegit. hymnos quoq̧ elegantissimos edidit.

Isuardus monach⁹



Isuardum quoq̧ monachū natione gallū virum in omni doctrina eruditissimū tempestate hac floruisse constat. eo q̄ eusebij cesariensis more caroli magni iussu oēs actus ⁊ sanctoꝝ legendas breues eleganti stilo in vnū collegit. ⁊ ad vnū volumē redegit. qd̄ martyrilogiū appellauit. Reperit quoq̧ q̄ singulis diebus plusq̧ trecenta festa cōcurrebant. ideo statutum fuit vt diceret̄ ⁊ alioꝝ plurimoꝝ sanctoꝝ martyrum

Alcuin⁹ p̄ceptor caroli



Alcuinus natione gallus caroli magni vt aiūt p̄ceptor. Vir greca latinaq̧ lingua egregie doct⁹. nec nō ⁊ theologoꝝ phorumq̧ sui temporis princeps. hijs temporibus eas ob res apud carolum magnum maximo in precio habitus est. Cum eum in dyaletica rhetorica ⁊ astronomia eruditum fecit. Qui ⁊ bonifacij archiepiscopi maguntini precib⁹. orationes missales atq̧ alia ecclesiastica officia (gothorum perturbatione deperdita) omnino refecit. atq̧ eius rogatu carolus gymnasiū e roma parisius transtulit. quod etiam ab Athenis eo loci translatum fuisse constat. qui ⁊ cenobium sancti martini thuronis donāte carolo regendum suscepit. quoniā omnes religiosi voluptuose viuentes in eo monasterio nocte vna ab angelo infeliciter perierunt. hic cuz eruditus theologus haberet libros de trinitate cū questionibus speculū puuloꝝ. de ecciastico dogmate. de rōne aīe ⁊ plēs alios libros ad xp̄ianā religonē pertinentes edidit.

Carolus magnus rex



CArolus francoꝝ rex. cui postea ex magnitudine rex gestaꝝ magn⁹ cogno-
men fuit. p̄re pipino defuncto regnū accipiēs. regñuit in totū annis. 46. cū
pipinus liberā in francos primus ptātem habuit. ⁊ auctoritate pōtificis ⁊ fran-
coꝝ decreto plena dominādi potestate suscepta regnans annis. xv. Ei successere
supstites filij duo. carolus ⁊ carolomānus eque regno inter se partito. Sed non
multo post defuncto carolomāno. franci eam regni ptem. q̄ꝫ ille possederat caro-
lo fratri detulerūt. ferūt aūt carolum natū in ingelheim q̄rto miliario a magūcia
vrbe. de quo gotefridus viterbiensis scribit pipinus morit̄. cum surgit carolus
acer. natus in ingelbeym. cui berta fuit vngara mr̄. pipinusq̄ꝫ p̄r cronica vera pa-
tet. Is aūt extemplo post pipini obitū aduersus aq̄tanos bellū gessit. Inde cō-
positis rebus belloq̄ꝫ citius oīm opinione cōfecto cū victore exercitu in regnū re-
uertitur. Post hadrianus romane eccl̄ie pontifex a desiderio longobardoꝝ regē
oppressus. oratores ad carolū misit vt opem ⁊ auxiliū ferret. q̄ nō segnius quā
si hostes in gallia essent exercitū parat. ⁊ magnis itineribus in ytaliā contendit.
Et supatis alpibus in thaurinū descendit. atq̄ꝫ cōtinuatis castris in agrū vercellensem puenit. facta vtrin-
q̄ꝫ potestate pugnādi preliū cōmisere. In ea pugna supati longobardi in fugā vertūtur. desiderius papiā
cū paucis militibus petit. carolus regē psecutus in agrū cianū exercitum ducit. tādē capit̄ desiderius vna
cum vxore ac liberis vt premissum ē. Tūc summo bñficio caroli ytalia se primū erexit. Carolus aūt ꝯfecto
longobardoꝝ bello saxonicū intermissum bellū eum domū reuocabat. qd̄ biennio ⁊ a prefectis eius leniter
administratū fuit. Saxonū gens longe maxima fuit ac bellicosissima hi falsos deos colentes cū francis cō-
tinue bella gerebant. Sepe plꝰijs victi cōdictōes acceperāt. obsides dederāt. ꝫ apud frācos nullus plenissi-
mā victoriā domita eoꝝ pfidia ꝯsecutus fuit. Hec palma carolo magno q̄si diuino numine refuata. Igitur
ingentē exercitū parat diem dicit. q̄ die ꝓpe ripā fluminis rheni omēs couenīāt. magna alacritate suscepta a
frācis expeditio fuit. sic renouatū saxonicū bellū quo nec maius vllū nec grauius diuturniusq̄ꝫ. Tres em̄ ⁊
xxx. annos certatū cōstat. Tandē penit⁹ saxones debellati. se suaq̄ꝫ oīa ptāti caroli pmisere. Victis imposi-
te leges vt patrijs cerimonijs. falsisq̄ꝫ dijs posthabitis xp̄ianā fidē ꝓfiterētur. Cū vero ea tempestate barba-
re gētes hispaniā graui suitute opp̄ssam tenerēt. ad eā liberandā carolus mentē cōuertit. q̄ cōfestim supa-
tis pyrenei iugis in fines hostiū puenit. Extemplo ciuitatis nōnulle spōte deditōem faciūt augusta ⁊ pā-
pilonia due opulentissime totius hispanie vrbes. q̄ mandata caroli aspnabant̄ vi capte ac prede militib⁹
date sic hispania pene om̄is in frācoꝝ ptātem deuenit. Interim taxilo bauarie dux finitimas gentes solici-
tat cum franco bello aggressus. Qui inde nulla temptata fortuna parere constituit ac obsides dedit. His rē-
bus gestis cum in magna gloria magnisq̄ꝫ opibus regnū ac tota res francoꝝ esset. statuit carolus aduersus
hunos q̄ hostibus suis auxilia strauerāt bellū suscipe. Constatq̄ꝫ nullū bellum a carolo gestū in q̄ maior sit
hoīm cedes edita maiorq̄ꝫ illata clades ingentē vero hunoꝝ multitudinē ⁊ pene nobilissimū queq̄ꝫ eo bello
absumptū maximā q̄ꝫ vim auri atq̄ꝫ argenti a francis in galliā transportatā. Cū hic status reꝝ in gallia essꝫ
romani aduersus leonē pontificē coniurationē ineūt de q̄ in sequentibus. ⁊ gestis caroli post coronatiōem
augustalem fit mentio.

Rolandus



Taxilo baioarie dux



ROlandus palatin⁹ comes caroli ex sorore nepos.
vir p̄stans fortitudine incōpabilis ⁊ v̄tutis ac ma-
gnitudinis. cui⁹ fortia facta p vniuersum orbē celebran-
tur. Cū carolus exercitū in galliā reduceret ꝓpe pyrenei
iuga in vasconū insidias incidit. Et p̄lio inter eos inito
post ingentē hostium cladem. cecidere in ea pugna dolo
hostiū nō v̄tute cōmissa anshelmus ⁊ Egibard⁹ summi
in bello duces. Rolandus quoq̄ꝫ cecidit. Sūt qui dicāt
eū siti nō vulnere perericlitatū. qui duces belli tutatus
fuit. Paulo autem post ij populi ac eoꝝ reges a carolo
domiti. meritas perfidie sue debitasq̄ꝫ penas dedere.

Aldegisius



TAxilo bauarie dux vxoris. vt tradūt stimulis cōci-
tatus. copias cogit. his temporibus finitimas gē-
tes sollicitat. hūnos. qui ea parte qua bauaria in oriente spectat sibi ꝯfines erant
societate ⁊ federe iūgit. Erat ei ꝯiūx desiderij regis longobardoꝝ filia. q̄ fortunā
p̄ris iniquo animo ferens. nec nocte nec interdiu virū cōquiescere pati. monere vt
meminisse vellet soceꝝ suū morte miseriorē vitam ducere. Neminē esse preter eū.
qui posset ei libertatem vendicare. Hijs mulieribus instructus furijs exercitū pa-
rabat carolus celeriter profectus in fines bauarie venit. Taxilo ꝯterritus tandē
parere constituit ⁊ deditionem fecit. obsides dedit. In hijs theonē filiū suū aliosq̄ꝫ
per multos lectissimos iuuenes.

ALdegisius desiderij filius. q̄ ante expugnationē papie e citrapadanis in gre-
ciam confugerat hijs tpibus grecoꝝ multoꝝ auxilio fretus. cū magna ma-
nu ad repetendū paternū regnum in ytaliā venit. qui multū ꝯflictus a francis au-
spicio prefectoꝝ superatus ⁊ captus. ac multis supplicijs affectus. tandem vitam
miseram in tormentis finiuit.

Linea summoꝝ pōtificū

Leo tercius



Stephanus quartus



Pascalis



Anno mundi. 6003. Anno xpi. 804.

LEo eius nōis terci⁹ papa. arrupio p̄re. pōtifex creatur. Uir q̄dē doctissimus. q̄ ab ineūte etate. ita erat educat⁹ et erudit⁹ disciplina ecclesiastica. vt dign⁹ esset q̄ ceteris anteferret. erat p̄terea castus. integer. pudicus. facūd⁹ doctoꝝ viroꝝ ita amator. vt eos vndequaq̧ ad se p̄miis alliceret. Eoꝝūq̧ consuetudine mirūimmodū delectaret. p̄dicationib⁹ q̧ admonitionibus quibus plurimū ob eloq̄ntiā ꝛ doctrinā valebat. egrotos visere. elemosinas indigētibus p̄bere ei peculiare fuit. Hō certe mitis ingenii. creatur itaq̧ pontifex vno oīm ꝯsensu. q̄ postea dū supplicatōes a btō gregorio institutas rome agit cū pp̄lo ꝛ clero pascalis primicerius ꝛ cōpulus p̄sbyteri q̄ꝝ vite sordes a supioribus vrbis aliq̄n infestatus fuit. armatis stipati illū interceperūt. quoꝝ fraudibus apud edē btī siluestri capt⁹. ac pontificali amictu p̄uatus. Et carnifices debilē viribus pontificē p̄sternētes lingua captus ps illū excecatura. plurib⁹ etiā digitis ꝛ incuruis vnguibus q̧ oculoꝝ fere possent cōcaua effodiebant. Et multo madēs cruore leo apud sctī erasmi monasteriū in custodia ē habit⁹. Quo in loco loq̄lam illi ꝛ visum affirmat bibliothecarius diuino munere restitutū. affuit tūc afflicti senis rebus auxilio vnius albini cubicularii fides. q̄ nocte cōcubia custodes fallens ad btī petri basilicā p̄duxit. ꝛ vinigisiū ducem spoletanū p̄sidio accersiuit. S; paucos ibi moratus dies leo ad carolū p̄perauit Transgressum alpes pius rex in saxonia pōtificē summa acceptū reuerētia vt rediret in p̄riam exhortat⁹. Redeunti romā leoni clerus pp̄lusq̧ romanus ad miluiū vsq̧ pontē p̄cessit obuius. Inde venienti romā carolo q̄ ordinū dispositio occurrerit saxonū frācoꝝ longobardoꝝ q̄s enumerare posset. Exceptū in p̄ncipis apl̄oꝝ basilice atrio carolū. leo cū ad ei⁹ penetralia deduxisset in vrbē dimisit. Et nō multo post carolus cleꝝ ꝛ pp̄lum in btī petri basilica ꝯuocauit pōtifex ambone ꝯscenso euāgelia xpi cernuus tenuit ꝛ iureiurādo affirmauit se oīm reꝝ q̄ sibi obiiciebāt insontē esse. Erat is dies yduū decebris anni salutis octingentesimi. Et in die natalis dn̄i inter missaꝝ solennia ad ip̄as. b. petri basilicas celebrata. leo pōtifex pp̄li romāi scito p̄ceribusq̧. carolū impatorē romanoꝝ declaratu;. dyademate vetusto impatoꝝ capitis gestamine coronauit. Tunc pp̄lus roman⁹ q̄ aderat freq̄ntissim⁹ ter acclamauit. Carolo augusto a deo coronato magno ꝛ pacifico impatori vita ꝛ victoria. sacro inungensq̧ ꝯfecto balsami oleiq̧ liq̄mine ad pipinū se ꝯuertit. eūq̧ ytalie regē declaratu; pariter inunxit. Tandē leo a fundamētis edificato apud sctī petꝝ amplissimo hospitali quod greci xenodochion vocāt. morit̄ primo ac vigesimo pontificatus sui ānno. Quo etiā cometes apparuit. vt nōnulli putāt tante calamitatis indiciū. Sepelit̄ aūt in basilica petri pridie ydus Iunii. Eius in morte tum sedes vacat diebus decem.

Cometes



Anno mundi. 6013. Anno xpi. 814.

STephanus quartus. p̄ria romanus. p̄re iulio. q̄ pontificatu suscepto mēse tercio ad ludouicū impatorē in gallias p̄ficiscitur. q̄ in aurelianis erat. ꝛ honoratissimū ei quoq̧ obuiā misit. maxime theodolphū aurelianoꝝ ep̄m cū clero. ip̄e ad primū lapidē p̄diens cū maxima veneratione in vrbe; introducit. erat stephanus ex nobili genere ortus tante doctrine ꝛ integritatis. vt facile apud oēs sctītatis nomē nancisceret. ꝛ vt feruent ludouicū inūxit atq̧ coronauit. ꝛ cū sepe de cōponēdis ytalie rebus collocutus fuisset romā rediit secū crucē magni pōderis magneq̧ estimationis detulit. quā ludouicus sua ip̄ensa beato petro dicauerat. at sanctissim⁹ pontifex ad vrbē rediens septimo pontificatus sui mense vita functus. in basilica petri sepelitur. Sedes autem eius morte dies vndecim tum vacat.

PAscalis ei⁹ nōis primus papa. p̄ria roman⁹. p̄re bonoso. nulla interposita ip̄atoris auctoritate pōtifex creat̄. hāc obrem vbi pontificatu; iniit. statim legatos ad ludouicū misit. q̄ ei⁹ rei culpam omnes in cleꝝ ꝛ pp̄lm reiicerent. q̄ ab hiis vi coactus esset pōtificiū mun⁹ obire. accepta hac satisfactione ludouicus r̄ndit pp̄lo ꝛ clero maioꝝ instituta ꝛ pacta s̄uāda. cauerēt ne deinceps maiestatē lederēt. hūc autem stephanus pōtifex dū viueret ob ei⁹ v̄tutes ꝛ doctrinā monasterio btī stephani martyris in vaticano prefecerat. Inito igit̄ pontificatu corpa sanctoꝝ min⁹ religiose iacentia in vrbem cu; maxima veneratione introducta honestiore loco recōdidit. praxedis templū a fundamētis extruxit. ꝛ btē cecilie. eoq̧ loci ꝛ ip̄ius virginis ꝛ eius sponsi valeriani tyburcii maximi martyꝝ. vrbani. lucii pontificum corpa collocauit. Multasq̧ basilicas vetustate quassatas restituit. Tandem nullo religionis pietatis humanitatis exemplo pretermisso. pontificatus sui anno septimo. mense tercio. die decimoseptimo morit̄. sepelituq̧ in basilica petri. Uacat tum sedes dies quatuor.

Linea imꝑatoꝝ
Carolus magnus.

CArolus cognomento magnus. ꝓ suis eximijs meritis. ac singulari fide ob oīm xp̄ianoꝝ libertatē. Cuꝫ paterni regni fines in gallia rheno ligeri occeanoqꝫ in germaniā danubio ꝛ salo fluuio. Et hijs aq̄taniā vasconiā hyspaniā pene totam. Et eā ytalie ꝑtem in qua longobardoꝝ regio fuerit. bellica virtute ademptā adiunxit. adiecissetqꝫ saxoniam. q̄ ē non modica germanie ps. tū vtrāqꝫ pannoniā. ꝛ vltra danubiū datiā histriā ꝛ totū liburnoꝝ regnū. Omes deniqꝫ barbaras gentes q̄ germaniā inter rhenū occeanū ac danubiū incolunt. ꝑtim armis subactas. ꝑtim beneficio allectas in suā ꝑtātem redegit. his tantibus opibus. tanqꝫ rebus egregie gestis eam sibi famā nō solū in gallia ſ; etiaꝫ ꝑ vniuersum orbē ꝯpauerat. Anno salutis octingentesimoprimo. pōtificatus leonis pape anno. v. summi impꝑij dignitatē (Posteaqꝫ cōstantin⁹ magnus relicta roma ad orientē ꝯcesedit ꝛ sublatū imꝑiū trecentis ꝛ triginta annis post augustulū in occidente cessauit) egregia sua v̓tute occidenti restituit. ꝛ august⁹ appellatus. imꝑator] nomē dignitatemqꝫ suscepit. Et nō solū vt p̄missum ē assenciente ſ; etiā applaudente pp̄lo romano. atqꝫ ita imꝑauit annis. 14. factus itaqꝫ romanoꝝ imꝑator. post amplissimā dignitatē susceptā. cum ī galliā reditur⁹ iter ꝑ hetruria faceret. in memoriā dignitatis adepte florentiā vrbeꝫ. quā olim magna ex ꝑte deleuerāt gothi. in pristinū statū cuꝫ summa celebritate restituit. Omnēqꝫ nobilitatē ꝑ oppida vicina dispsam in ciuitatē reduxit. nouis menibus cinxit. templis ornauit. Cū reuertisset in galliā exceptus est eius aduētus ab om̄ibus pp̄lis incredibili honore atqꝫ amore. cū bella septem ꝛ quadraginta annis (tot em̄ regnauit) incredibili felicitate tū magnitudine quadaꝫ animi. tum etiam ingenij atqꝫ consilij confecisse tradūt. Quibus regnū satis amplum a patre acceptum longe maius posteris suis reliquit. Fuit autem carolus ꝓcera statura. lato pectore. latis humeris. magnis vegetisqꝫ oculis naso paulo eminētiore. forma deniqꝫ ꝛ pulcritudine oris adeo eximia. vt decorem simul pre se ferre videretur. cum regia quadam maiestate cōiūctum. habeb atqꝫ in voce splendorem. Et in incessu totoqꝫ corporis motu summā dignitatē. promissam gerebat barbam. valitudine fuit prospera. venatōibus gallorum more frequenter studebat. ratus ad sanitatem corporis conferre. Tradunt preterea eum balneis ꝛ aquis natura calidis plurimū delectatum. Inde aquisgrani vbi sedes regni eiusqꝫ regia erat maximis sumptibus templum condidit. ꝛ beate marie dedicauit. in qd̓ sudariū ꝛ beatissime v̓ginis marie camisiam transmisit. Uerꝫ ad eius regias v̓tutes addidit eloquentia copiāqꝫ dicendi ꝛ bonaꝝ artium disciplinā. Habuit autem ex pluribus vxoribus pulcerrimā sobolem. sed ex hildegarde carolum pipinum ludouicum ꝛ filias plures. filios quoqꝫ doctissimis hominib⁹ erudiendos tradidit. ꝛ filias. ne ocio torpescerent lanificio assuescere fecit. Carolus autem iam senio grauis cum intellexisset pipinū quem regem ytalie prefecerat mediolani mortuū esse. ludouicum filium minorem natu. aquitanie regem. ꝛ imperij successorem. Bernardum v̓o nepotem ytalie regē declarat. Eiqꝫ mādat vt ludouico rebus in omnibus obtemperet. fines imperij hos esse voluit in galliam rhenū ac ligerim in germania danubium ꝛ sauū fluuios. Hijs autem ꝓuincijs aquitaniam guasconiā. magnam partem hispanie. cisalpinam galliam. saxoniam. vtrāqꝫ pānoniam. ystriam liburnos addidit. Stabilitū autem suis posteris non solum francorum regnum. sed etiam imꝑatorum nomen. cum venatuꝫ a regia aquisgrani eēt profectus: domū redijt cum febre. cum lateris etiam accessisset dolor. morbis simul ꝛ senectute confect⁹. vita excessit. etatis sue septuagesimosecūdo. ꝛ xp̄iane salutē. xv. supra octingentesimū annū quinto kalen. februarij. Eius corpus in basilica aquisgrani solenni funere sepultum tali epigrāmate Caroli magni xp̄ianissimi imꝑatoris romanoꝝ corpus sub hoc sepulcro conditum iacet. Tribus annis anteqꝫ e vita migraret testamentum condidit. Duas partes episcopis metropolitanis dari iussit. in reficiendis ecclesijs. ꝛ ꝓ pauperibus iuuandis. Terciā vniuscuiusqꝫ ratione habita filijs filiabus nepotibusqꝫ tum seruis ꝛ ancillis reliquit. Erant inter ceteros thesauros tres argentee mense. ꝛ vna aurea pcipue magnitudinis. quarum vnam q̄ constantinopolitane vrbis similitudinem referebat basilice beati petri. Aliam in qua forma vrbis rome cernebat̄ ecclesie rauennati dono dedit. Terciā que totius orbis descriptōnem continebat. Et auream filijs suis reliquit. Fuit itaqꝫ carolus si eius res gestas. tum domi. tum foris inspicimus. tāte amplitudinis ꝛ integritatis imperator. vt postea neminē superiorem. ne dum parem habuerit.

IUdeus quidam his temporibus. apud syriam existens. quadam die in vilipēdium xp̄ianoꝝ xp̄o imaginem lancea suffodit. Et illico sanguis vbertim effluxit. quo prodigio tremore correptus. ne sanguis deperiret vas vulneri apposuit a quo plurimi sanitati restituti iudei ad fidem xp̄i plures sunt conuersi sanguis autem diuino consilio postea montuē allatum. ibidem vsqꝫ in presens ꝓpter crebra eius miracula magno in precio ꝛ gloria habitus est. Carolus imperator hijs auditis ad Leonem scripsit. vt de his eum certum redderet. Leo v̓o cū seditionibus semꝑ vexaret̄. ab vrbe discedens. montuā proficiscitur ad visenduꝫ xp̄i sanguinem. Is a montuanis perbenigne susceptus approbato xp̄i sanguine ob frequentia miracula. qd̓ ꝛ alij pontifices postea efficere. ad carolum proficiscitur. vt hominē veritatis cognoscende cupidū eius rei certiorem faceret. ꝛ de rebus ytalicis vt premissum est.

Linea summoꝝ pontificum

Eugenius secundus



Valentinus



Gregorius quartus



Anno mũdi.6023. Anno xp̄i.824.

EUgenius eius nominis secũdus papa.pr̄ia romanus.pr̄e boemũdo.pascali suffectus.Eius tp̄e octauũ scisma fuisse ferũt. Inter hũc eugenium ⁊ q̃ndam noīe zinzinũ ꝓpter patrũ discordias at eugeni⁹ dignitate corpis.⁊ p̄stātia animi insignis.ob hũanitatē ⁊ eloquētiā.oīm ꝯsensu tandē obtinuit. q̄ inito pōtificatu.spretꝭ reb⁹ oīb⁹ humanis.vł poti⁹ fortune bonis.ad munificentiā ⁊ liberalitatem v̄sus.Adeo rem frumentariā curauit.vt nullibi vilius.q̃ꝫ rome annona vēderet.ac paupeꝝ pupilloꝝ viduaꝝ causas ⁊ vitā ita tutatus est.vt ab oībus merito p̄r paupeꝝ diceret.Tandē cũ optimus hic pontifex his artibus ī pontificatu annis q̃tuor vixisset morit collacrimātibus oībus.Et suāvicē poti⁹ q̃ꝫ mortē sanctissimi viri dolentibus.cũ mors ei ad felicitatē via optatissima eēt. Quidā scribũt eũ ab emulis oculis excecatũ.ac martyrio coronatũ. Eius corp⁹ in basilica petri apłoꝝ principis cum omni deuotione sepelitur.

VAlentinus papa.pr̄ia roman⁹.pr̄e leontio.q̄ apud pascalē ⁊ eugenium viros sanctissimos.⁊ doctrinā ⁊ rōnem bene ac sancte viuendi a teneris ānis vsq̃ꝫ ad maturā etatē didicerit. Non ludis nō iocis aut voluptatibus intentus. vt pleriq̃ꝫ om̄es adolescētes faciũt.ſ3 doctrinā ⁊ bñ viuendi normam ex lectione veteꝝ ⁊ exemplo sanctoꝝ pontificũ sumens.Cũq̃ꝫ tante v̄tutis ⁊ sanctitatis eēt. vt non dũ p̄sbiter.ſ3 diaconus summũ pontificatus gradũ meruerit. Postremo aũt pietate.clementia liberalitate.tum in vita priuata.tũ in pōtificatu nulli maioꝝ secũdus est habitus.has ob res oīm consensu pontifex creatus.meritꝭ hominũ q̄ tum erant id fortasse exigentibus quadragesimo pōtificatus sui die moritur.ac in basilica petri sepelitur.cōq̃rentibus oībus eũ hoīe3 sibi morte sblatũ esse.quo stante labefactari romana libertas ⁊ xp̄iana religio vix poterat.

Anno mundi.6033. Anno xp̄i.834.

GRegorius quartus papa.pr̄ia romanus.pr̄e ioanne tituli sancti marci p̄sbyter. Vir nobilitate insignitus.sanctitate clarus doctrina ⁊ eloquētia p̄cipuus.qui tante modestie fuit.vt electus a clero pp̄loq̃ꝫ romano nō prius pōtificiũ munus obire voluit.q̃ꝫ a legatis Ludouici imp̄atoris ob eam cām romam missis.q̄ diligenter tantā electōem discusserāt ꝯfirmatus ē.fecerat id ludouicus nō sup̄bia motus.ſ3 ne iura imperij amitteret.quippe q̄ natura clemēs ⁊ humanissim⁹ sit habitus.quiq̃ꝫ iura ecclie ⁊ dignitatē semp̄ tutatus ē. Qui pontificatu suscepto.mox corpus.b.gregorij transtulit.atq̃ꝫ eo loci collocauit. vbi nũc iacet magnis adhibitis ornamentis.ferũt ab eodē corp̄a sebastiani ⁊ tyburcij a cimiterijs in quibus ante iacebant ad basilicā petri trāslata fuisse. Insup̄ ⁊ rogatu ludouici imp̄atoris oīm sanctoꝝ celebritatē kał.nouēbris instituit obſuādā3 quā q̄dem cōmemorationē galli ⁊ germani p̄mo obſuare ceperũt.eāq̃ꝫ rem magnope a rabano monacho theologo insigni carmībus ⁊ ꝓsa laudatā fuisse scribunt. Post multa aũt bona op̄a moritᷣ gregorius pontificatus sui anno.xvi. sepeliturq̃ꝫ in basilica petri.sedes eius in morte diebus.xv.vacat.

Pipinus rex



PIpin⁹ caroli fili⁹ natu maior cũ pr̄e a papa ytalie rex declaratus.regnauit annis.13. Vir q̄dem clarissimus nec pr̄i vlla in v̄tute dissimilis.que3 pater in vngaros misit.quos cito grauibus p̄lijs sup̄atos ad deditione copulit. Eoq̃ꝫ bello cōfecto.ip̄m in beneuētanos misit qui grimoaldo duce finitimos pontificis agros turpiter vexabāt.eosq̃ꝫ p̄domuit.vt egre se menibus tuerentur inde theate obsedit captaq̃ꝫ vi ciuitas prede simul ⁊ incēdio ē subiecta. Ortana exinde ⁊ paulo post luceria in deditōem acceptis.hũc etiā pr̄ in venetos sibi falso accusatos misit ⁊ eracliũ atq̃ꝫ eq̄liũ inuasit ꝓpter qđ multe familie nobiliũ venetias migrarũt.q̄bus gestis etiā multis alijs p̄lijs egregie cōfectis mediolanum veniēs. ibidem vitam cum multa gloria in pace finiuit.

Bernardus rex



BErnardus caroli magni nepos post pipinũ a carolo magno ytalie rex declaratur.Et regnauit ānis.9.huic carolus p̄cepit.vt ī oīb⁹ ludouico filio ei⁹ ⁊ successori obtp̄aret. Veꝝ carolo mortuo mādatꝭ obseq̄ noluit.q̄busdā ytalicis ep̄is ⁊ seditiosis ciuib⁹ instigātib⁹ ab ip̄io oīno defecit. Et cītates ac pp̄los ī sua v̄ba iurare coegit.Et cũ rescisset ip̄ator.cā in ꝯuētu ꝓposita.nepotē lese maiestatꝭ crimīe dānatũ.hostē iudicauit.Exinđ copijs coactꝭ galliaꝝ germanie ⁊ baioariorũ ꝓuīcie ī ytaliā duxit. Reb⁹ āt ytalie breui pacatis īp̄ator nobiles ytalicos ꝑmis depositꝭ ad misericordiam ꝯfugerat. Et simul ep̄os ī franciā p̄duxit. Et ꝯuētu iteꝝ sup̄ iudicio aq̄sgranũ habito gladio trucidatus. Ep̄i v̄o sinodali decreto depositi in monasterio relegati sunt.

Linea iperatoꝝ

Ludouicus primus



Ludouicus eius nominis primus cognomẽto pius. post carolũ magnũ impator. patre carolo defuncto ãno salutis. 815. imperiũ suscipiens. imperauit cũ lothario filio annis. 25. Agebat in aquitanis hiberna ludouicus quãdo illi carolũ prẽm obiisse renũciatum est. qui aquisgranũ repetens delatꝰ legationes q̃ ad genitorẽ venerant primo audiuit. deinde ꝓuincialiũ celebrato cõuentu. ea que romanoꝝ imperio ⁊ francoꝝ regno administrandis visa sunt necessaria ordinauit. Legationũ aũt primaria fuit leonis cõstantinopolitani impatoris. qui michaeli ꝑ id tẽpus suffectus erat. vbi innouata fuerũt federa. primã exinde expeditionẽ bernardo rege comitante. aggressus est in danos. Obstitit v̾o hiemis cum id pelagus glacie cõcretum erat. qꝺ cum imperator rexq̃ intellexissent. medio ferme herẽtes itinere ad padebrũnaꝫ saxonie ciuitatem exercitũ in hibernis cõtinuerunt. Eaq̃ iam hyeme media quũ esset allatum ex ytalia romanoꝝ primores in leonis pape mortem cõiurasse. imperator regẽ in ytaliã ire iussit curaturꝫ. ne quid detrimẽti regnũ ytalie pateret̃. Ingressus romã bernardus rex illico in grauẽ ꝑiculosumq̃ morbum incidit. res romanas ꝑ gerardũ comiteꝫ composuit. Inde stephanus quartus papa. qui tercio q̃ creatus erat mense in franciã accedẽs ludouicũ impatorem apud aurelianas inunxit ⁊ imperiali diademate insigniuit. Qui impio suscepto cõtra guascones grauissima bella cõmisit. tandem eos in suã potestatẽ redegit. Deinde britones seu anglos res nouas molientes armis in officio cõtinuit. at postea sarracenis Cesaraugustam incolentibus pacem concessit. Maius tñ tuendis danoꝝ regibus negociũ impatori fuit. q̃ saxonũ obꝟuabant limitẽ. Et tamen paulo post occasione oblata freti cum solamo ⁊ gotfredi filijs cõflixerũt. illisq̃ prelio fusis heroldum in paternum dacie regnũ reduxerũt. Tam multis rebus varijs in locis bene gestis ludouicus imperator conuentum in aquisgrano celebrauit. in quo ecclesiasticis rebus cõpositis. Lothariũ primogenitum imperij consortem declarauit. pipinusq̃ tũc secũdus filius aquitanie. Et ludouicus tercius bauarie reges appellati sunt. Que dum fierent bernardus ytalie rex fatui adolescẽs ingenij quorũdam magnatum ytalie instigatione inter quos fuere mediolanẽsis cremonensis ⁊ aurelianẽsis episcopi impatori, vt premissum est rebellauit. capitali sententia punitur. Cum britãnia ad alios motus se ꝑpararet ⁊ in andegauis nũciabatur. ad hos sedandos contulit se impator. Eo cum venisset oĩa reperit quieta. Sed aliud accepit incõmodũ. ꝙ ermelgardã vxorem ex qua tres filios reges tũc sup̃stites susceperat. longo confectam morbo amisit. Lothariũ postea filiũ in demortui bernardi locum ytalie regem dedit. quẽ romani a pascali pontifice populoq̃ romano vocatum pontifex ipse in basilica beati petri inunctũ coronatũq̃ regem ytalie primo. ⁊ postea augustum appellauit. Ludouicus deinde mitissimi impator ingenij semper multum fidei apostolice detulit. Fuitq̃ adeo vt quatuor romani pontifices quos viginti septeꝫ annoꝝ illius imperij tempora habuerũt. adiumento nũq̃ caruerint. quo in romanoꝝ ꝑsecutionibus sepenumero indiguerũt. Ludouicus quoq̃ bulgaros post petitam impetratamq̃ pacem pannonioꝝ limites ingredi ausos. sola mittendi in eos exercitus ostentatione a motibus abstinere fecit. Lotharius v̾o ytalia pacata in galliam rediens. cum ludouicus pater carolum (cui caluo postea cognomẽ fuit) natu minimum fratribus ceteris oĩbus preferret. Inuidia stimulatus ludouicũ in custodia reclusit. Vex eodem anno inter eos conuentione facta liberatus. imperio restituitur. Tandẽ michael ip̃e impator grecus primo ⁊ breui post gregoriꝰ põtifex. ⁊ ludouicꝰ ĩpator eodeꝫ ferme mẽse. diẽ obiert. ip̃e ĩ btĩ arnolphi basilica sepelit̃.

Mauri hijs tpibꝰ in siciliã classe delati extẽsione facta late incẽdia cõmiserũt. delata ĩ siciliã classis venetaꝝ eatenꝰ ꝓfuit infideles q̃ ꝑmũ vela alonge ꝯspexert ĩ affricã rediert. ꝑ id tpis venetoꝝ dux iustinianꝰ fuit. ãno eiꝰ secũdo ducatꝰ. b. marci euãgeliste corpꝰ a q̃bꝰ mercatoribꝰ ex alexãdria venetias delatũ ẽ tali ordine id factũ recẽsent. sacerdotes ꝓmissionibꝰ mercatoꝝ ducti capsa q̃ sctm̃ hꝟabat corpꝰ apta. illõ sponte ĩposuert q̃ mercatoꝝ hui cõmeatũ ad naues ꝑferre ꝯsueuerãt. Tũc pati ad id astutiores vestitu sordidissimi colones sportã oleribꝰ porcinisq̃ carnibꝰ supiecti plenã medio foro iocabũdi ꝑgebãt. obuiauerũt a sarracenis portorij exactores. porcinisq̃ carnibus q̃bꝰ machometici sup̃stitõe vesci ꝓhibẽt̃. ideoq̃ visu quoq̃ abhorrẽt. inter olera reptis canzir qꝺ porcus eoꝝ ligua ẽ sportã ad nauim ferri ꝑmisert. inde ꝑ oliuẽsem portũ corpꝰ ĩ vrbẽ ꝑuexert. q̃ ãno ⁊ seq̃nti eccia q̃ nũc extat scti marci venetijs edificari cepta ẽ. Et tũc senatus venetus marci ymaginẽ tanq̃ vrbis patroni in vexillis deferri statuit.

Rabanus monachus



Rabanus monachus natione germanꝰ abbas fuldensis postea magũtinꝰ archieps theologꝰ q̃dem ꝑclarissimꝰ ac ĩsignis poeta. ꝑ h̾ tp̃s. in ꝓsa ⁊ carmine ꝑlimũ valuit q̃ ex ĩgenij sui magnitudĩe m̃ltos edidit libros ꝑcipue opꝰ mirãdũ ꝺ laudibꝰ sctẽ cruc̃ ꝯmẽtatꝰ ẽ idẽ librũ palipomenõ ⁊ Machabeoꝝ hũit ec̃ s̾mões satis elegantes ad ꝑplum potissimũ in celebritate oĩm sanctoꝝ. Seditq̃ annis. x. anno salutis. 846.

Strabus monachus



Strabꝰ itẽ mõchꝰ gallꝰ eminẽtissimꝰ gallꝰ ⁊ ꝯmẽtator diligẽtissimꝰ. rabani ꝑdc̃i auditor. ꝑ h̾ q̃ꝫ tpa ipso preceptore suo inferior non fuit. qui in libros biblie ꝑpulcre cõmentatus est. Scripsitq̃ de officijs ecclesie ad ludouicũ impatorem ⁊ multa alia.

Anno mūdi. 6043. Anno xpi. 844.

Sergius eius nominis secūdus papa. pr̄ia romanus. pr̄e Sergio e regio
ne quarta. post Gregoriū pontificatū inijt. Hic cū prius os porci vocare
tur ob turpitudinē nominis. mutare vocabulū coactus ē. ⁊ cognomenti sergij
nomen assumpsit. Eamqꝫ ↄsuetudinē mutandoꝝ nominū a posteris assumptā
videmus. vt q̄ pontifices crearētur. suo omisso maioꝝ noīa sibi inderent. Licꝫ
ab oīmibus nō sit obseruatū. Constat aūt sergiū ex illustri familia ortum. neq̄
q̄ꝫ a maioribus suis degenerasse. adiuuantibus eius p̄claꝝ ingeniū Leone ter//
cio. Stephano q̄rto. Eugenio secūdo. ⁊ Gregorio q̄rto. sub quoꝝ moribus ⁊
doctrina ita vixit. vt solus mortuo Gregorio dignus haberet. q̄ pontificiū mu
nus obiret. Hic itaqꝫ pontificatu suscepto ad ornanda templa conuersus basi//
licā sanctoꝝ siluestri ⁊ martini vetustate collapsam restituit. In easqꝫ m̄lta san
ctoꝝ corpa collocauit. Struxit ⁊ a fundamētis ad ipius basilice latus in bono
re petri ⁊ pauli monasteriū vbi cōtinuo res diuina agebat. Romani quoqꝫ ty
rannice immanitatis metu eius p̄cibus liberati sanctissimū pontificē verū xpi
vicariū ⁊ vnicū pr̄ie parentē predicabāt. Demū re ecclesiastica bene ac integre
gubernata: tercio pontificatus sui anno moritur. sepeliturqꝫ in basilica Petri.
vacat tum ei⁹ in morte romana sedes mensibus duobus diebus. xv.

Leo q̄rtus papa. pr̄ia roman⁹. pr̄e rodulpho anno incarnationis octingē
tesimo quadragesimo pontifex oīm cōsensu decernit ac merito q̄dez: vir
eīn fuit in oīni vita priuata etiā religione. innocentia. pietate. humanitate. gra
tia. liberalitate. doctrina ecclesiastica p̄cipue īsignis. Eius gesta p̄clara si cūcta
conscriberent voluminis modū excedere viderentur. Sunt q̄ arbitrant huius
sanctissimi viri orōnibus deū per motū sarracenoꝝ rabiē naufragio duz onusti
preda domū redeūt cōpescuisse. Liberatus aūt sarracenoꝝ metu sedilia ī vesti
bulo atrij lateranensis posita ex marmore cōstruxit. Hūc quoqꝫ tante sanctita
tis fuisse constat. vt basiliscū serpentē (quē latine regulū appellant) suis orōni
bus e fornice sancte lucie v̄ginis ī orphea expulerit. Eius alitu ⁊ veneno mul//
ti mortaliū perierant. Et incendiuz illud signo crucis extinxit qđ diu p domos
saxonū ⁊ longobardoꝝ vagatū. diui petri basilice appropinquabat. Hoc autē
factum octauo die assumptionis. postea vt festus celebratus est. Restituit quo
qꝫ vrbis menia ⁊ portas vetustate collapsas. ad hec v̄o. xv. turres ꝓpugnacula
vrbis a fundamentis extruxit. Sua quoqꝫ diligentia corpa sanctorū q̄tuor co//
ronatoꝝ inuenit. Eorūqꝫ tēplū in splendidiorē formaz instaurauit. sc̄tos ipsos
sub altari collocauit ⁊ alia multa sanctoꝝ corpa ibi addidit. At dum his rebus
q̄ꝫ diligentissime vacaret sarraceni cū classe magna contra neapolitanos roma//
nosqꝫ aduentabant. Ip̄e illico q̄ uāta potuit manu hostiā ꝓficiscit. suosqꝫ p̄mo
ad orōnem adhortatus orōnem habuit. Deus cui⁹ dextera btm̄ petrū ambu//
lantē in fluctib⁹ ne mergeret erexit ⁊c. his dictis facto signo crucis pugnandi
copiā fecit post longū certamē hostes supant fuganturqꝫ. inde romam cū gau//
dio reuersus inde vaticanū cinxit. Leonināqꝫ vrbez de suo nomine appellauit.
ne deinceps hostibus liceret ecciam btī petri leui incursione spoliare. hāc autez
vrbē p̄mo pōtificatus sui āno inchoatū demū sexto absoluit. Ex manubijs v̄o
sarracenoꝝ plura restituit. Tandē optime de eccīa dei. deqꝫ vrbe roma. ac noīe xpiano meritus. morit an
no pōtificatus sui octauo. mēse tercio. die. vi. xvi. kal'. augusti. Sepeliturqꝫ in basilica petri. vacat tum se//
des mensibus duobus diebus quindecim.

Joannes anglicus (⁊ vt ferūt) ex mogūciaco ort⁹. malis artibus pontificatū adeptus. Mentitus eīn
sexū cū femina esset adolescens admodū athenas cū viro docto amatore ꝓficiscit. Ibiqꝫ p̄ceptores bo
naꝝ artiū audiēdo. tantū ꝓfecit vt romā veniens paucos admodū etiā in sacris lr̄is pares hr̄et. ne dū su
piores. Legendo aūt ⁊ disputādo docte ⁊ acute tātū beniuolētie ⁊ auctis sibi cōparauit. vt mortuo leone i
ei⁹ locū (vt Martin⁹ ait) oīm ↄsensu pōtifex crearet. Veꝝ postea a familiari cōpressa. cū aliq̄n occulte ven
trē tulisset. tandē cū ad lateranēsem basilicā ꝓficisceret. intra theatrū (qđ colloseū vocāt) a neronis colloso
⁊ sanctū clementem doloribus circūuenta peperit. Eoqꝫ loci mortua. pontificatus sui anno secūdo. mense
vno. diebus q̄tuor. sine vllo honore sepelit. Sūt q̄ hec duo scribāt pōtificē ipm̄ q̄n ad lateranensem basili
cam ꝓficiscit. detestandi facinoris causa. ⁊ viā illā ↄsulto declinare. Et eiusdē vitandi erroris cā dū primo
in sede petri collocatur ad eam rem perforata. genitalia ab vltimo diacono obtrectari.

Theodolphus aurelianensis episcopus. vir genere scientiaqꝫ ac disciplina p̄cipuus p̄scriptis tempori
bus in p̄cio exn̄s apud ludouicū impatorē falso accusat⁹. ⁊ carceri mācipat⁹. vbi insignia edidit mo
numenta. precipue versus illos (qui in ramis palmarum ante fores ecclesiaruz cantantur) cōposuit videli//
cet Gloria laus ⁊ honor tibi xp̄e redemptor. Contigit imperatorem in festo palmarum illac iter facere. dū
episcopus illos decantari faceret. impator ludouicus demolitus est. Et optimū ⁊ insontem ep̄um absoluit
⁊ ad suū ep̄atum cum gloria remisit.

Linea summoꝝ pontificum

Sergius secūdus



Leo quartus



Joannes septimus



Linea imperatorum
Lotharius

LOtharius Ludouici predicti imperatoris filius. post patrem imperauit cum ludouico filio. quem imperij consortem fecerat annis. xv. Qui mortuo genitore solus romanum obtinuit imperium. Ludouico autem vix dum ad sepulturam apud trecenses elato. tres ipsius defuncti imperatoris fratres lotharius. ludouicus et carolus ob regni ytalie successionem vehementissimis inter se odijs exarserunt. et illico armis correptis. maioribus contenderunt motibus omnium. quos post cathelanicum cum athila prelium gallie senserunt. Namque in antisiodorensi agro apud fontanicum coactis copijs. quas vnusquisque eorum summis conatibus ducere potuit. prelium est commissum. In quo (vt scriptores tradunt) stragem francorum gentis quanta nusque alias fuisse factam. Licet autem ludouicus carolusque superiores euaserint eorum tamen sicut et lotharij vires adeo imminuunt. vt finium ab extremis tuendorum facultas singulis sit adempta. Fugiens ex ea pugna lotharius cum fracto laceroque exercitu suo. aquisgrani. se recepit. Cumque insecuti fratres illo item oppido disturbarunt. qui vxorem et filios secum rapiens per lugdunum viennam delatus copias reparauit. Tam multis inde ytalie galliarum et germanie prouinciarum. ac vrbium et optimatum legationibus pulsati sunt ipsi fratres. vt inducias consenserint per quarum occasione de pace et paterne hereditatis diuisione. agi est ceptum. Et ex ytalia quidam iussu sergij prefecti sunt. inter quos georgius archiepiscopus rauennas primus est habitus. qui cum secundo prelio apud lotharium componende rei causa esset. ac fortuna ad ludouicum et carolum inclinasset. totum comitatum in prelio amittens. Eo enim cum trecentis equitibus venerat. vix solus e tanta strage fuga prolapsus est. Atuero ij commune totius regni calamitatem et interitum miserati federa pacis in hunc modum ineunt. vt carolus caluus occidentalis paterni regni partes a brittanico occeano vsque ad mosam fluuium. In qua parte regni francorum maneret nomen possideret. ludouico cederet omnes germanie terram vsque rheni fluenta. et transrhenum quecunque genitor possideret. lotharius cum imperij titulo romam haberet et ytaliam. ac prouinciam galliarum romanam que olim narbonensis dicta. Cum ea galliarum item particula scaldum inter et rhodanum fluuios. que acceptum tunc ab eius imperatoris subiectione nunc etiam seruat lotharingie nomen. Rebus autem ita compositis lotharius ludouicum filium quem regni socium asciuerat prefecit. Eo denique anno quo a fontenenticio prelio quintusdecimus lotharium imperatorem abdicasse se imperio et monasticum induisse habitum historici tradunt. Per quod tempus alter eius frater ludouicus in suo germanie regno obijt. Et cum regnum inter filios diuisisset senex effectus relinquens ludouicum imperatorem. non ita multo post vitam cum morte mutauit.

SEnserunt et tunc gallie sicut et ytalia cum sarracenis. quantum mali imperatoris lotharij et fratrum discordia attulit rebus suis. Nanque normanni in quibus emergis appellatio fuit duce romano eorum rege per ligeris fluuij ostia ingressi. aquitaniam omnem deuastarunt. Et nullis qui resisterent existentibus obuijs heria ab illis insula. aliquotque monasteria sunt cremata. Exinde normanni per galliam longe lateque vagati burdegalam sanctonam engolismam parisios thuronum nouiomagum aurelianos pictauos. Et multa oppida. plurima castella populati sunt. nec tamen ausi sunt vi ceptis de francia vrbibus diu moram trahere. Sed in aquitaniam reuersi. Eam pro sede regni propriam tenere constituerant.



GRandinem mire magnitudinis hijs temporibus in gallia cecidisse tradunt que pecora multa. et nonnullos homines interemit. Visa est tunc in ipsis grandinibus granum durissimum mire longitudinis.

TErre quoque motus ytaliam concussit. Inde incertis locis vrbes et montes corruerunt.

LOcuste insuper innumerabiles sex alas habentes et dentes duos lapide duriores. in gallia veluti nix terram operuerunt. herbas segetes et arbores ac vniuersa viriditatem huntia deuastarunt. Tandem proiecte in mare et ad littora in terram eiecte. secuta est magna putrefactio. Et inde mortalitatem magnam. aerem inficientes generalemque hominum interitum suscitarunt. Anno quoque lotharij imperij secundo apparuit cometes.

APud ostiam vrbem affris iterum in ytaliam redeuntibus prospere pugnarunt romani. Verum sarraceni exinde ad ytaliam oram flectentes anchonam vi captam spoliatamque incenderunt nec fuit maior cladis accepte consolatio. quam populi fuga mediterranea dilapsi. magna ex parte maurorum manus impias euasere.

Adeulphus rex



ADeulphus anglorum rex vir quidem xpianissimus et romane ecclesie deuotissimus. circa illa tempora primo totius anglie monarchiam tenuit. regnum accipiens. regnauit annis. vij. romam perrexit. qui inter cetera memoratu digna ob singularem religionem vniuersam insulam ro. ecclesie tributariam fecit. Voluit nanque vt singule domus quotannis singulos argenteos ecclesie et sancto Petro tributum persoluerent.

EAdimundus postea anglorum rex. vir quidem religione et sanctitate precipuus. qui cum esset acerrimus xpiane religionis defensor. multa bella contra danos infideles gessit tandem superatus martyrio coronatus. Eius caput abscisum lupus seuus illesum seruauit.

Eadimundus rex



Benedictus tercius papa. patria romanus. pr̄e petro. Is ob vite sanctitatim. merito benedictus appellatus ē. ⁊ rex diuinarū grām. sub gregorio eñ militans cū ab eo subdiaconat⁹ gradū accepisset. ita deinceps vixit. vt mortuo leone tanti pontificis successor haberet. ad hūc itaq̃ in eius electione oēs tanq̃ ad vnicū ⁊ benignissimū sidus a deo in terras missum eū pontificē decernunt. Qui flens ac deū ac sanctos testes faciens. se nequaq̃ dignū esse. q̄ tante sedi p̄ficeret dicebat. Sed omibus acclamantibus ⁊ eius electōem approbātib⁹ inuit⁹ pōtificiū mun⁹ suscipiens. in atriuz lateranense pducit. ⁊ in sede petri collocat. inde in equo albo sedens ad eccl'iam sancte marie ad p̄sepe ductus ieiunijs triduo ⁊ orōnibus vacauit. deū rogans vt sibi liceret sancte ⁊ ecclesiaz suam integre gubernare. Certi tñ rhodoaldi portuēsis epi factōem secuti. anastasiū a leone pontificatu deiectum p̄ferre conati fuerant. s₃ cognito errore veniam petentes hominē sanctissimū de more adorarūt. Idem fecere ⁊ ludouici imperatoris legati. ad ꝯfirmandam cleri ac populi electōez romā missi. tante eñ mansuetudinis fuit. tante dignitatis corpe ⁊ animo. vt tam in ingr̄atu constitutus q̄z in vita priuata omibus carus ⁊ gratus videret. mltas ecclesias vetustate collabentes restituit. Ea q̄ instituit non v̄bis tantū s₃ re ipa comprobauit. sacerdotuz eñ funeribus semp interfuit. egrotos preterea inuisit. pauꝑes aluit. calamitosos consolatus est. viduas ⁊ pupillos acerrime tutabat. His artibus vitam sanctissimā continue ducebat. moriens suū corpus ante fores eccl'ie beati petri apostoli sepeliri mandauit. pontificatus sui anno secundo. mense sexto. die nono. interim v̄o dies. xv. ep̄atus vacat.

Anno mundi. 6063. Anno xp̄i. 864.

Nicolaus eius nominis primus. patria romanus. patre theodosio. bene ⁊ sancte a teneris annis educatus. primo subdiaconus a sergio. mox v̄o diaconus a leone creatur. qui benedicti corpus suis manibus nō sine lacrimis tumulo collocauit. Quem post multas vigilias ⁊ orōnes in basilica sancti dyonisij pontificem licet absentem creant. ⁊ fugientē in vaticanū. cōq̄situm in atriū lateranense perduxerunt. ⁊ nolentem in solio apostolico collocarunt. deinde in basilica petri consecratus. sumpta de more pontifica corona. multa cum ludouico cesare qui tum aderat collocutus est. tū ad pontificatum. tum ad imperiū ptinentia. Ei postea michael theophili filius constantinopolitane vrbis impator legatos cum muneribus romam misit. Pontificie aūt dignitati consulēs ioannem archiep̄m rauennatem ad sedem apostolicam. ꝓpter obiecta crimina recusantem venire dignitate priuauit. quē deinde in grām recepit. Liberatus autē pontifex a varijs molestijs ecclesiam dei genitricis (q̄ prius antiqua nūc noua appellat) restituit regem bulgaroꝝ cum omni prouincia ad fidem xp̄i litteris ⁊ sanis admonitionibus conuertit. ⁊ eis ep̄os ⁊ p̄sbiteros dedit. Pacem inter ludouicum ⁊ beneuentanū ducem composuit. Postea ludouico presente ⁊ approbante multa instituit. que in corpore iuris inserta sunt. Hic demū in omi genere virtutis illustratus. nono pontificatus sui anno. mense nono. die. xiij. moritur Et ante fores basilice beati petri ex testamento ad p̄decessoris sui exemplum sepelitur. Sunt qui scribant post mortem eius annis pluribus sedem vacasse.

Linea summorū pontificum

Benedictus tercius



Nicolaus primus



Hadrianus secūdus



Hadrianus eius nominis secundus. patria romanus. patre Talaro episcopo sergio pontifici familiaris fuit. Vir quidem optimus liberalisq̃ ac in pauperes maxime munificus. Hac ⁊ alijs virtutibus tanto in precio apud omnes fuit. vt cum de pontifice creando sermo haberētur. certatim oēs vnicum hadrianum deligerent. quem ad basilicam lateranensem nolentem detulere. Quo audito ludouicus imperator confestim legatos romam misit. ⁊ huiusmodi electionem approbans romanos admoduz laudauit. q̄ summū pontificem sancte ⁊ integre creassent. non expectato aliorum voto. Is autem pontificatuz adept⁹ omnia que ad honorem dei pertinebant diligenter circūspiciebat. verbis exemplo. auctoritate. tum sua tū maioꝝ vnūquemq̃ ad bene beateq̃ viuendum cohortatus. circūuentos etiam aliorum iudicijs ⁊ potētia sus ⁊ restitutus ignacius iam ante iniuria pulsus. a bulgaris quoq̃ rogatus. vt virum vita ⁊ doctrina insignem in ꝓuinciam mitteret. vt in fide retinerētur qui aliquos misit. ꝗ̄quā bulgari a constantinopolitanis corrupti pulsis latinis sacerdotibus. grecos receperūt. hadrianus vero sese omibus ecclesie hostibus quoad fieri poterat obijciens. cum mortuo ludouico carolum filium inūcturus esset moritur. pontificat⁹ sui anno quinto. mense nono. die duodecimo. Et in basilica petri sepelitur. Et tunc cessauit papatus dies duodecim.



Linea iperatoꝝ

Ludouicus secūdus

Ludouicus eius nois secūdus. pr̄e lothario defuncto. anno salutis octingētesimo quinq̃gesimosexto. impauit solus annis. xxi. q̄ olim a Sergio papa in regē inūctus fuerat. Nam lothari⁹ ludouicū filiū quē regni sociū vt premissum est, asciuerat in ytaliā cū ingenti exercitu misit. huic socios addidit drogonem metensem epūm atq̧ alios viros ecclesiasticos prudentia ⁊ auctoritate dignos. quoꝝ consilijs vteret̄. Js aūt adolescens nimia felicitate elatus. quacūq̧ iter fecit cedibus om̄ia ⁊ rapinis vastat. incendit, ⁊ diruit. Verū cū vrbi appropinquasset. eiq̧ obuiā honoris causa romani ciues obuiā pdijssent. deposita feritate illa gallica mitior esse cepit. cp ei pter sententiā ingredi vrbem pacato agmine liceret. Octauo aūt exquo venerat die. videntibus om̄ibus q̄ aderāt ludouicū regem oleo sancto inungit. corona donat. ytalie regē decernit. templūq̧ beati petri ingressi. pontifex ip̄m augustū declarans. impij corona eum coronauit. atq̧ q̄cq̄d honesti postulasset (quoties ab vrbe discederet) facile cōcessit. Cesar itaq̧ ⁊ augustus declaratus ⁊ coronatus. statim romā egrediens pacate agmine papiā cōcessit. vbi ⁊ deinceps omnē vitā suā romā eūdo ⁊ redeūdo cōtriuit. Suis quoq̧ diebus sarraceni ex affrica processi beneuentanoꝝ regionē deuastabant. in quos impator ludouicus copijs illico vndecūq̧ cōtractis lothariū frem in adiutoriū inuitat. q̄ cum exercitu ingressus ytaliā cū inique ⁊ enormiter iret. tū ex calore. tū morsibus araneaꝝ de gente sua p multos amisit. Jpse vo lotharius in via morbo correptus apud placētiā obijt. carolus aūt rex gallie audita morte lotharij. regnū eius lotharingiā inuadit. ad hoc impator ludouic⁹ lotharingiā cū carolo patruo habita pactione diuisit ea conditione. vt ludouicus impator aquisgrani pallaciū cū sua portione haberet. Tandē ludouicus su auissimus imperator vltimū diem clausit anno imp̄ij sui vt supra.



Sanguinē tribus ludouici impatoris p tres dies ac noctes pluisse historici scribūt, apud brixianā cisalpine gallie vrbem.

Tyberis quoq̧ fluuius hoc anno. adeo romanā vrbē vexauit. vt nō nisi lintribus de vico ad vicū transire liceret. Nā ⁊ ecclesiā sancti laurētij in lucina. ⁊ monasteriū btī siluestri. ⁊ totā illā planiciē q̄ a via lata ad radices tarpeie rupis ad viā argentariā ⁊ ad auentinū ducit ita occupauerat vt instare diluuiū vulgo putatū sit hac inundatione ⁊ multe domus euerse sunt. ⁊ plures arbores euulse. ⁊ sata passim disiecta. Neq̧ hoc semel eo anno. s̄ iteꝝ decembri mēse rome accidit. emendare hec damna vel potius delinire pōtifex Nicolaus enixus. nullū gen⁹ officij ⁊ pietatis in suos omisit.

Bulgaria his temporib⁹ lr̄is ⁊ admonitōnibus Nicolai pape ad fidē xpi veniēs cui⁹ rex cū om̄i puincia cōuersus ē. Verū nō quidē tūc primū vt multi habēt scriptores xp̄iani sunt effecti. Sed cū longo prius tp̄e scismatici fuissent catholice fidei dogmata acceperūt. Eoꝝ̄q̧ rex regno filijs relicto monachus est effectus. Et Sueropilus Dalmacie rex. subditaq̧ illi sclauoꝝ gente q̄ a bohemis germanis originem habuit. tūc primū ad xp̄i fidem sunt cōuersi. Pontifex autē ep̄os atq̧ p̄sbiteros (vt premissum ē) destinauit. q̄ pulso inde photino heretico. neophitos oēs in fide cōfirmarēt. Nā photinus ip̄e in errore bulgaros oēs detinebat. Hoꝝ nāq̧ rex tante fuit pfectōnis ⁊ sanctitatis. vt maiore filio in regno collocato. Jp̄e monachi habitū suscipiēs. cū ideꝫ filius corrupt⁹ ydolis ymolaret. pater zelo fidei succesus. dignitatē reassumpsit. Et in filiū cōcitatus illū regno deiecit. atq̧ eius effossis oculis in carcerē cōiecit. Junioreq̧ filio in regno collocato rursum monachi habitū resumpsit. Eo tñ mortuo bulgari nō ita multo post cōstantinopolitanoꝝ sacerdotū donis ⁊ pollicitatōibus corrupti. pulsis latinis presbyteris grecos acceperūt. Que quidē seditōnes maloꝝ īcendia inter grecos ⁊ latinos multa suscitarūt. Facta est aūt p id tp̄is regni dalmacie diuisio. Cui⁹ membroꝝ noīa. etate etiam nr̄a in vsu habent̄. Siquidē vetusti nois dalmacia grecie regio prima: ab oriente macedoniā: ab occasu histriam: a meridie pelagus adriaticū: a septētrione pannoniā habuit. Noua aūt in diuisione a campis dalmacie hinc histriam vsq̧ croaciā albam. Jnde a dictis campis dirarchiū vsq̧ croaciā rubeā. Et versus montana a flumine drino trans ip̄m flumē macedoniam vsq̧ rasciam ⁊ citra flumē bosnam vocauere. Rassiaq̧ ⁊ bosna pro regni croacie regionibus habentur.

Et fere p eadē tempora sarraceni cretam insulā aggressi: ea om̄i sunt potiti: q̄ꝝ ps maxima in ytaliam nauigās: oēs vrbes in sinū adriaticū ab ancone hydruntū ꝟtentes tenuerūt: vel desertas fugientib⁹ habitatoribus incēderunt: alijsq̧ tamē tūc ī locis res xp̄ianis pspere succedebant.

Pacem pterea Nicolaus papa inter ludouicū impatorē, ⁊ andalisiū beneuētanū ducē composuit. Js eñ iūctis sibi cāpanis ⁊ lucanis atq̧ samnitib⁹: ⁊ vana grecoꝝ spe subleuatus a ludouico impatore rebellās illius fines hostis ingredit̄: cui ludouicus repugnās ip̄m beneuenti tandem obsidet: donec in dānoꝝ refectionē pecuniā accipiens obsidionē dissoluit: veꝝ aliqnāto post andalisius p fraudē impatorē necare procurans cum ab eodem armis repetitus esset in sardiniam fugit.

Sunt q̄ scribāt btm̄ cyrillū ex chersona pōti scti clemētis corp⁹ romā tū detulisse. Jdq̧ ī ecc̄ia hijs tpi bus scti clemētis appellata recōditū fuisse: nec ita multo post cyrillū mortuū eo loci sepultū iacere.

Arioldum quoq̧ regem danoꝝ cū vxore ac filijs ferūt baptisatū magūcie cui ipator frisiam dedit.

Anno mūdi. 6073. Anno xpi. 874.

IOannes octauus papa. pria romanus. pre gundo. initio pōtificatus sui. carolū qui tū romā venerat impatorē decernit. postea in discordia a romanis in vincula conijcit. Hāc obrem nō ita multo post adiuuatibus qbusdā amicis e vinculis, plapsus. ad ludouicū cognomēto balbū in frācias cōfugit. vbi p annū immoratus. τ regē inūxit. Et cōtrouersias q̄sdam inter ecclasticos ortas sustulit. Uñ abiens apud trecas ciuitatē cōciliū habuit. In quo τ multa ad fidem ptinentia sunt instituta. Et flandrē. qui tum primū ex locis nemorosis ad meliorē cultū venerāt eps datus ē. verꝫ cū ytalia a sarracenis vastaret. Cūqꝫ iā montis cassini monasterium cepissent ac diripuissent. Joannes romam accitus adiuuantib us principibus xpianis agarenoꝝ magnā ptem ytalie ac sicilia expulit. Carolū pterea quo ei liberius in vrbe viuere liceret impij corona donauit terciusqꝫ carolus appellatus ē. Cōstituit aūt inter cetera si qs sacerdos aut laycus homicidiū faceret ppetuo irregularis haberet. τ ad sacros ordines nullatenus admitteret. Uir sane ita vtraqꝫ lingua doct⁹. vt e greco in latinū τ septimā vniuersalem sydodū. τ bierarchiā dyonisij ariopagite. Et vitas multorum sanctoꝝ caroli gratia in latinū eleganter τ docte transtulerit. Cū vo in pontificatu annis. x. diebus duobus vixisset morit. τ in basilica petri sepelitur. Uitā quoqꝫ gregorij primi quatuor libris in dyaconatu conscripsit.

MArtinus secūdus natione gallus. pre palūbo. post ioannez pontificatum inijt. Sunt q būc marinū vocent. martinus itaqꝫ. cui⁹ vita ideo breuior ē qꝫ breui tempe in pontificatu vixit. Sunt q scribūt martinū fraude ioannē pōtificē ita seditionibus agitatū fuisse. vt ei in vincula ꝯiecto auffugere necesse fuerit. Martinus autē malis artibus pontificatū adeptus breui morit. annū em τ menses quqꝫ tantūmō in pontificatu vixit. nil dignū memoria gerens ob breuitatē temporis.

HAdrianus tercius papa. pria romanus. pre Bndicto. tanti animi fuit. vt initio pōtificatus sui statim ad senatū populūqꝫ retulerit. anno dñi octingentesimo nonagesimoquinto. ne in creando pōtifice impatoris auctoritas expectaret. qō qdem institutū a nicolao pmo temptatū potius qꝫ inchoatum dr. Hadrian⁹ aūt pōtifex de q clerus pplusqꝫ romanus magnaꝫ spem cōceperat. ob eius vtutē τ magnitudinē animi. anno primo τ mense secūdo pontificatus sui morit. Sepeliturqꝫ in basilica petri collacrimātibus oībus τ ingemiscentibus tantā parentem iniquo tempore tam repente sibi ablatum esse.

STephanus hui⁹ nois qnt⁹ papa. pria roman⁹. ex via lata. pre hadriano. pōtificatū inijt eo tpe quo normāni adiūctis decis vastarūt Galliam. Hic itaqꝫ quoaduixit in multa perturbatōne normānoꝝ hunoꝝ ac ytalicoꝝ semper fuit. ꝟ multoꝝ viroꝝ illustriū in tanta reꝝ pturbatione τ qꝫ maxime scitate Luitprandi ticinensis eccle diaconi. valdridi bauari. berardi pictauiēsis epi mirifice recreabat. Quoꝝ vita τ moribus ita xpiana fides inoleuit. vt τ monasteria multa τ sacella magnis sumptibus in vtraqꝫ gallia sint cōdita. Morit autē stephanus pontificatus sui anno. vj. die. xi. vacat tū sedes diebus quinqꝫ.

Synodus quinta Constantinopolis



SYnod⁹ qnta apō cōstātinopoli fieri curauit iohes. viij. pōtifex rōnus. q faciens grecoꝝ cū latinis vnionē. quod sarracenis exterminādis maxime opportuna videbat. In celebratōe hui⁹ cōciliij trecenti τ tres sup octoginta pres fuerunt. Quid aūt declarandis fidei xpiane articulis ea p fuerit synodus canonū libri bnt. Sꝫ qō nobis constat nulla grecos inter τ latinos secuta ē federꝫ ꝯpositio. p quā sarracenis meli⁹ resisti potuerit. Eodē ei āno illi creta īsula egressi dalmacie oram īuaserūt. τ nō solū exposita mari loca. ꝟ fctā plerisqꝫ i locis extēsione mediterranea vexarūt. q gdū vsqꝫ ꝯlati oppugnata diu vrbe iō nō sunt potiti. qꝫ veneti vicine vrbis piculo excitati laborātib⁹ psidiū attulerūt. τ fugatos īde sarracēos mari qꝫ supo expulerūt. Jō basili⁹ ipatoꝝ ꝯstātinopolitan⁹ vrsum ducē venetū ptbospatariū ipialez declaruerit, q. xij. cāpanas magni poderis impatori dono misit. eas pmas constat fuisse quas grecia alicubi habuerit.

Linea summoꝝ pōtificū

Joannes octauus



Martinus secūdus



Hadrianus tercius



Stephanus quintus



Linea iperatoꝝ

Carolus secūdus



Carolus tercius



CArolus eius nominis secūdus. cognomēto caluus. anno primo ioannis pōtificis impare cepit. ⁊ regnauit annis. 6. Is cū brittonibus bellū ꝑ q̄n꜖ ꝯtinuos gessit ānos. ⁊ deserere nō audedat. veritus ne cū in normānos ducere cepisset. si britones a tergo premerēt resistere neqret. Carolus aūt interea homenoio britonū duce primo. ⁊ postea crispoio ei⁹ filio supatis occisisq꜖ britannia potitus. se in regē lemonice vrbis vngi curauit. Et frāciā cum exercitu ē ingressus. Per qđ etiā tp̄s alter ei⁹ frater baioarioꝝ ⁊ germanoꝝ rex ī frāckfordͦ. obijt. Implicitū tūc recipiendaꝝ frācie vrbiū bello carolū caluū assumpsisse romanū imperiū. ⁊ regno germanie sua imposuisse ꝑsidia magis ꝯfuse ac nude tradi ab oībus. apud om̄es tñ scriptores constat qđ carolus caluus impatoris noīe assumpto romā se ꝯtulit. ⁊ a ioanne octauo pōtifice romano coronatus. illico in franciā redijt. ꝯpositisq꜖ illic rebus. romā ē reuersus interea carolomānus ⁊ carolus. q̄ ex defuncto ludouico fratre germanie rege nepotes illius erāt exercitu ex oībus germanie ꝓuincijs coacto. in ytaliā aduersus patruū ducere ꝯstituerant. mouerantq꜖ signa. quū caluus copijs ytalie raptim subsequi iussis mantuā accessit. Veronam eo ꝯsilio ducturus. vt in saltibus tridentinis nepotes ingressu ytalie ꝓhiberet. Sed cū apud mantuā lāguore animi egrotare cepisset. venenata potione quā Sedechias hebreus (quo vtebatur medico) dedit mortuus ē. Ea caroli calui morte audita ioannes pōtifex ludouico eius filius. cui balbo cognomē fuit frācie regi vt impator declararet studuit. Cōtra vo nulli ex nobilitate romana carolū terciū germanie regem. qui vt ostendimus cū carolomāno fratre exercitū in ytalia ducendū habebat patum impatorē fieri adiuuarūt. Et captū pōtificē in custodia habuerūt. Ille vo fuga ꝓlapsus vt ꝓmissū ē. ad ludouicū balbū regē in franciā se ꝯtulit. Et ꝑ annū ibi moratus. cuꝫ regē amicissime ex more inūxisset. romā a carolo tercō impatore vocatus redijt. eūq꜖ inūctum imperij dyademate ornauit. Fuit aūt carolus secūdus vir xp̄ianissim⁹ ac deuotissimus. multa monasteria atq꜖ eccl̄ias celeberrimas hinc inde cōdidit. Et rem diuinam admodum auxit.

CArolus tercius cognomento grossus. impauit annis. 12. anno ab incarnatione dn̄i octingentesimo octuagesimoprimo. hic gallie ⁊ gemanie rex q̄ alemaniā ꝓ portione accepat. In ytaliam mouēs exercitū. totaq꜖ longobardia in deditione accepta. romā venit. a ioanne pontifice vt in vrbe roma liberi⁹ viuere liceret impij corona donatus. August⁹ appellat⁹ ē. Cū em̄ ludouicus duobus ānis imperasset. ⁊ iam assumpto veneno obijsset. carolū hūc inunxit ⁊ solus impauit annis. x. q̄ imperij diademate insignit⁹. ꝯfestim in normānos copias duxit. q̄ franciā ⁊ lotharingiā infestabāt rapinis ⁊ incendijs. compta em̄ morte ludouici. securiores effecti nobilissimā galliaꝝ vrbem treuerim inuadūt. ⁊ in cena dn̄i ꝓuinciā adiacenteꝫ igne deuastarūt. cū carolus tercius in ytalia esset ⁊ a principibus germanie ⁊ gallie vocatus. vt regnū paternū a normānis liberaret. q̄ illico assumptis longobardis baioarijs saxonibus ⁊ frisonib⁹ alemanis ac thuringis ꝯ normānos mouet exercitū. Eos aūt breui adeo pressit. cōclusitq꜖ vt rothifredus eoꝝ rex pace petita. se passus sit fieri xp̄ianū. quem impator de baptismatis fontib⁹ leuauit. Sūt q̄ scribāt stephani q̄nti pontificis tp̄e carolo cognomēto grossum q̄ iam annis. xij. impauerat. ꝑtāte deiectuꝫ ab optimatibus suis fuisse. ob segniciē corpis ⁊ ingenij tarditate. in locūq꜖ eius arnulphū nepotem suffectū fuisse. Anno seq̄nti ludouicus fili⁹ caroli regis frācie obijt. ac in monasterio sancti dyonisij sepelitur. Reliquens carolomannū regni heredem. qui non multo post ab apro in venatione percussus. diem obijt. Et inde carolo impatori q̄ de stirpe caroloꝝ solus supesse videbat subijciūtur. ferunt nōnulli carolum ad tantā penuriā in egrotatōne deuenisse vt ab arnulpho paucos redditus gratanter accepisset.

TEmpib⁹ caroli calui comitatus flandrēsis exordiū sumpsit. Neq꜖ tante opulentie ac noīs. eo tp̄e erat sicut nūc cernit. s; a forestarijs regis frācoꝝ regebat. quoꝝ lidericus ⁊ ingerlanus ⁊ audacrus sb̄ pipino ⁊ carolomāno ⁊ ludouico rectores flādrie fuerīt nec tūc comites dicebāt. Balduin⁹ aūt fili⁹ audacri rapuit iudith filiā caroli calui ꝓpter qđ ab oī eccl̄ia cōsensu epoꝝ excōicat⁹ ē ex iussu caroli. Inde epoꝝ ⁊ optimatū suoꝝ ꝯsilio recōciliatus. carolus impator balduino ⁊ iudith flandriam dedit. In comitatu perpetuo possidendam. ac eorum heredibus.

Joannes Scotus



IOannes Scot⁹ vir ꝑspicacis ingenij ac diuini. ⁊ mellite facūdie. ⁊ ī diuis scptūris eruditissimus. apđ carolū p̄dcm̄. mlto ī p̄cio fuit. Is ex scotia ꝓuīcia ī frāciā ad carolū veniēs. ipi⁹ īpatoris iussu ⁊ rogatu hierarchiā dionisij ariopagite e greco latinā fecit. Cōposuit ⁊ libꝝ đ nature diuisiōe. demū m̄ūificētia elfredi allect⁹ venit ī ācgliā et apđ mōsteriū melberiēse a discipul ꝗs docebat stilis ꝯfossus mortē ꝑtulit. ⁊ martyriū. Liber ei⁹ đ eucharistia postea ī vcellēsi synodo a leone nono celebrata dānat⁹ ē. fecit ⁊ cōmētare ī hierachiā.

Anastasius



ANastasi⁹ eccl̄ie ro. bibliothecari⁹ eo tp̄e vtraq꜖ lingua plimū erudit⁹ ī p̄cio hit⁹. septimā vlem sinodū ⁊ vnā dyo. hierarchiā ac mltas scoꝝ vitas caroli īpatoris p̄dci grā ī latinū trāstulit. ⁊ plā elegāter ꝯposuit

Anno mūdi. 6095. Anno xpi. 894.

FOrmosus papa post stephanū pōtifex creatur. Hic portuensis epus ali-
qn̄ ioānis pontificis seueritatem veritus. epatum suū deserens in gallias
auffugit. Verū cū reuocatus redire abnueret. anathemate notatus romā veni-
ens omi eccłiastica dignitate priuat. ꝓphana indumēta simul cū moribus assu-
mens. Sunt q̄ arbitrātur hoc iō formoso accidisse. ꝙ eius cōiuratōnis cōscius
⁊ auctor fuerit. qua ioannes captus ⁊ in vincula cōiectus est. hac itaqꝫ cōtume-
lia motus formosus ab vrbe discedens iureiurādo affirmauit se nūqꝫ postea vl'
romā vel ad epatū rediturū. At vero martinus pontifex ioannis successor. ho-
minē postea iuramento solutū in patriā ⁊ pristinā dignitatē restituit. vn̄ ad pō-
tificatū nō ita multo post largitione potius quā virtute ꝯdicentibus qbusdam
assumitur. Qui statim inito magistratu. ecciam. b. petri principis aplorū leui
pictura exornauit. Tandē pontificatus sui anno q̄nto. mense sexto morit. Va-
cat tum sedes diebus duobus.

BIbliothecarius lateranēsis vigintiunius summor pontificū. q̄ p eos fu-
erūt ad sexaginta annos gesta. adeo nude scribit vt vix parentū. patrieqꝫ
pontificū illor nomina. ⁊ quot in pontificatu fuerunt. vel annis vel mensibus
vel diebus ponat. ceteriqꝫ scriptores ⁊ si de gestis rebus. ꝓnunciar vn̄ originē
habent. aliqua ⁊ aliqn̄ vana ⁊ supflua dicunt. pauca tn̄ ad romanū imperiū ro-
manosqꝫ pōtifices ex scriptor ariditate faciētes. ānor ad. lx. p quos dicti pōti-
fices vixerūt altiuscule repetemus. Verū nescio quo fato accidisse dicamus. vt
vna cū industria impator simul etiā pontificū virtus ⁊ integritas defecerit. q̄ q̄-
dem tempa infelicissima esse arbitramur. cū auctoritate Platonis tales soleant
esse reliqui ciues. quales sunt in republica principes. p̄cipue aūt hij octo seq̄n-
tes pontifices breui tpe sederūt. varijsqꝫ cōtentionibus agitati. Nā stephanus
ioannis facta cōfirmās. formosum damnauit corpus eius mortuū. abscisis du-
obus digitis manū in tyberim ꝓijci mandauit. Rursus theodoricus acta ste-
phani reprobās. formosi approbauit. Seq̄ntesqꝫ pauca laude digna factitarūt

BOnifacius sextus papa. natione tuscus. In demortui formosi locum pō-
tifex creatur. Quātū aūt in pōtificatu vixerit. magna controuersia ē. plus
em̄ alij minus quidā tempis hūc ascribūt. plures tn̄ affirmant pontificē hūc di-
ebus tantūmō sex ⁊. xx. in pontificatu vixisse. hoc faciūt historie in quib⁹ nul-
la vel parua de hoc homine fit mentio. Moriens vo ī basilica petri sepelit.

STephanus eius nominis sextus. patria romanus anagninus episcopus
pontifex creatus. tanto odio persecutus est formosi nomen. vt statim ei⁹
decreta abrogauerit. res gestas resciderit. Licet quidam scribant ipm stephanū
episcopatum anagnie a formoso consecutum fuisse. Referuntqꝫ stephanū tanta
rabie desenisse vt habito concilio corpus formosi e tumulo tractum pontificali
habitum spoliatum. Indutumqꝫ seculari. sepulture laicor mandauerit. absci-
sis tamen dextre eius duobus digitis vt premissum est illis potissimū quibus ī
consecratione sacerdotes vtuntur in tyberimqꝫ proiectis. ꝙ vt ipe dicebat con-
tra ius sacramēti romā ⁊ sacerdotiū repetijsset. quo a Joanne octauo iure spo-
liatus fuerat. Magna fuit hec cōtrouersia ⁊ pessimi exempli. cuꝫ postea fere sp
seruata hec consuetudo sit. vt acta prior pontificum sequentes aut infringerēt.
aut omino tollerent. Tandē pontificatus sui anno primo. mense tercio morit.
Sedes aūt ex eius morte tribus diebus tum vacat.

ROmanus papa stephano surrogatus patria romanus. Qui non ambi-
tione aut largitionibus (vt multi sui temporis) pontificium munus obti-
nuit. sed de more petri pontificatum inijt. Stephani tamen pontificis decreta ⁊
acta. statim improbat abrogatqꝫ. Horum nempe pontificuꝫ intentio atqꝫ virt⁹
tota in alterius nominis ac dignitatis extinctione erat. Cōmemorare tamē hu-
ius pontificis nomē libuit. qui in sede petri tercio pontificatus sui mēse demo-
ritur.

THeodorus secūdus papa. patria romanus. pontifex creatus. vestigia se-
ditiosor sequitur. Nam ⁊ formosi acta restituit. et eius sectatores in pre-
cio habuit imperante adhuc in ytalia (vt quidam volunt) arnolpho. De isto ꝓ-
pter breuitatem temporis nulla habetur memoria. Is em̄ Theodorus vigesi-
mo sui pontificatus die moritur.

NOrmannia. que est galloruꝫ regni pars. a normānis nuprime ad fidē cō-
uersis illam colentibus nomen assumpsit qui autem fuerint normanni vt
quidam scribūt haud constat. Sunt tamē qui dicant eos ex Noruegia in galliā
descendisse. Hi nanqꝫ vna cum danis per galliam igne ferroqꝫ debachantes a
carolo multis prelijs attriti coacti sunt fideꝫ xpi accipere. partemqꝫ gallie illis
ad incolendum concessit. que vltra sequanā flumē est. ⁊ hodie normādia dicit.
Hac tamen lege vt singulis annis vectigal francie regibus aliquot afferrent.
Ne vi sed benignitate eius loco illa obtinuisse videret. post Rotifredū regem
duces plura bella gesserūt.

Linea summor pontificū

Formosus



Bonifacius sextus



Stephanus sextus



Romanus



Theodor⁹ secūdus



Linea īpera toꝝ

Arnulphus



Arnulphus septimus galloꝝ impator. post carolū magnum anno salutis octingentesimo nonagesimoprimo. in locū caroli tercij suffectus fuit. Is nepos eius. impauit annis. 12. Et cū esset germanie rex. eū formosus pontifex a pseq̄ntibus iniuriatus ad ytaliā in sui tutelā euocauit. Et primo q̄dem ingressu bergamo capta ambrosiū eius comitem suspendio necauit. Indeq̧ romā petens formosum pontificē in pristinā dignitatē restituit. a quo deinde coronat⁹ in franciā redijt. hic primo sumptis armis strennue magūtinos debellauit. inde in normānos. qui cū danis alias datis p. xl. annos galliā infensissime vastauerant. adhuc rebellantes. magnis cladibus pdomuit. Arnulphus postea totam orientalē franciā q̄ theutonicū regnū dicebat̄. s. baioariā. sueuiā. saxoniā. thuringiā. frisiā. ꝛ lothoringiā rexit. frāciam vo oddo saxoniā ducis fili⁹ tenuit arnulphi auctoritate. Cendebuldo filio de nō cōinge nato lothoringiā donauit. Rex postea nimio successu elatus. ita cōtumax in omnes. tū vel maxime in ecclesiasticos factus ē. quē ferūt pediculos vermes. quos sola caro humana gignit. ita totū inuasisse corpus. vt nullo potuerit medicamine adiuuari. q̄n eo in fastidio ꝛ cruciatu vitam apud otting in baioaria amiserit. Eius sepulcrū monstrat̄ ī cenobio sancti hemerāmi Ratispone. Desijt aūt in arnulpho gens francoꝝ imperij romani culmine decorari. ad annū circiter centesimū. postq̧ felicibus ꝛ cum multis europe ꝓuincijs. tū ytalie faustissimis auspicijs carolus ceperat impare. Si quis vero eius tpis gestas res. ꝛ vniuersum ytalie regimē. cū ad sexaginta qui sequūt̄ annos cōparabit. ꝑfecto intelliget. nulla vnq̧ tempora sibiīuicē magis fuisse cōtraria. vt queadmodū afflictaz laceratam. ꝛ oīnibus bonis sub exarchoꝝ a constantinopoli missoꝝ tyrannide exhaustam ytaliā. Caroli ꝛ q̄si oīm eius successoꝝ magnificentia bonitas liberalitasq̧ erexit instaurauitq̧. ita ꝑ eos ad sexaginta ānos ab adriani tercij fine ad ioannis duodecimi initiū pontificatus dissidentes. inter se latini nomīs p̄ncipes. ꝛ incursantes barbari ac externi. eam ꝓpemodū ad desolatōem interitūq̧ ꝑduxerit. efficitq̧ hoꝝ tēpoꝝ malignitas. vt oīnis fere scriptoꝝ diligentia cessauerit.

Huni gēs scithyca. q̄ supiorib⁹ diebus innumera pene manu. finibus egressa. nō prius ī itinere sedes cepit. quā ad ꝯsanguineos. vngaros. pānonias incolētes ꝑuenit. ꝑualuitq̧ ea immitior gens. ꝛ factos humaniores. cōtinuata cū nr̄is ꝑ m̄lta secula ꝯuersatione. Ex huius primo bauaros ꝛ postea vngaros dictos patrijs expulit sedibus. tradiq̧ videmus eā gētē. q̄n tūc p̄mū aduenit. calētibus adhuc patrie morib⁹. crudis carnib⁹ ꝛ aliq̄n hūanis vesci solitā. Post paucos itaq̧ ānos q̧ aduenerāt Arnulpho apud frācos stephani vt docuim⁹ q̄nti pōtificat⁹ tpe in īpatorē creato. longobardi loca nūc longobardia dicta īcolētes. siue q̄ in p̄dicte vngaroꝝ gētis p̄sidio aduersus arnulphū impatorē spauerint. siue ex reb⁹ ytalie ī maximū adductus dissidiū romanos ꝑuifecerint. illis aduersari ac apte inimicari ceperūt. Romaniq̧ ꝛ ceteri ytali nullū ab īpatore nouo dissidijs regno frācie implicito auxiliū aduersus rebellos lōgobardos affutuꝝ ītelligētes. berēgariū foroiuliēsem ducē roma oriūdū creāt īpatorē. Huni īterim siue q̄ ipi aduētus sui p̄ncipio dicti sunt vngari. p̄ma ī germanos expeditiōe delati. m̄lt mortalib⁹ vl̄ cesis vl̄ capti. loca sacra atq̧ ꝓphana ꝛ spoliarīt. ꝛ ferro igniq̧ destruxerīt. nec miorē ī gallijs. vl̄ reꝝ p̄dā vl̄ edificoꝝ d̄molitōz edid̄ert

Monasteriū Gigniacū ꝛ Cluniacū



Guillielmus cogn̄omēto pi⁹ aquitanie dux. ꝛ aluernie comes. Hisdē eē tpib⁹. ꝛ fide ꝯuersatiōe morib⁹ religioneq̧ atq̧ doctrina in precio maximo fuit. q̄ cū virili prole careret. Cluniacēse monasteriū burgūdie in p̄rio fundo magnificentissimis inchoauit opibus. Et bernonē virū doctissimū eidem loco abbatē p̄fecit. maximis ꝓuētibus ei designatis. vnde monachi possent viuere.

Hermo abbas



Berno abbas gigniaci cenobij p̄ria burgūd⁹ ex q̄dā comitū clarissima familia nat⁹ his tpib⁹ ob sctitatē ꝛ clarissimā doctrinā mirifice laudatur.

Rudolphus rex



Rudolph⁹ corona sibi īposita rex burgūdionū statuit̄. qd̄ regnū multo tempore durauit.

Sunderoldus maguncie archiepus a normānis wormacie martirysatur.

Remigi⁹ q̧ ātisiodoreñ. epus in exponēdis scripturis diuinis ꝛ humanis hoc tempe claruit.

IOannes nonus papa.pr̄ia romanus.post theodoꝛ pontifex creat⁹. formosi causam in integrū statim restituit. aduersante magna ppl̄i romani pte.qua ex re tanta seditio orta ē. vt paulū admodū ab iusto prelio abfuerit. Iste aūt rauennaꝫ ꝓfectus.iiij.et.lxx. epoꝝ habito conuentu.ꝛ stephani res gestas improbauit.ꝛ formosi acta restituit. diiudicās pperam a stephano factum.qui censuit eos iterꝝ ordinandos esse,quos formosus ad sacros ordines asciuerat. hoc accidit.qꝛ pontifices ipi a petri vestigijs discesserāt.tum vel maxime. quia res publica xp̄iana ignauos ꝛ desides principes habebat quoꝝ maxime intererat nauiculaꝫ petri fluctibus exagitari.ne si gubernatoꝛ aliqñ resipisceret.principes ipos vt malos nautas e repu. deijceret. Joannes aūt pōtificatus sui āno secundo.die.xv.moriens. nil de se dignū memoria relinquit. nisi ꝙ seditiones quasdam ꝑpe extinctas reuocauit.

BEnedictus quartus papa.pr̄ia roman⁹.pontifex creatur.ob eius humanitatē ꝛ clementiā.qui maxima cuꝫ laude.tū maxime in tantis corruptis pontificū moribus vitā cōstanter ꝛ sine infamie nota perduxit. Verꝫ nec quicꝙ ab ipo factitatū cōptū habem⁹. ꝙ magnope laudari possit.acciderat ei illi etati ꝙ om̄is ꝟtus.tam in capite.ꝙ̄ in membris ex hoīm ignauia cōsumpta fuerat. Nam vbi opibus lasciuire cepit eccl̄ia versis cultoribus a seueritate ad lasciuiā. pepit hec portēta.a q̄bus ambitione sctīssima petri sedes occupata ē potius ꝙ̄ possessa. hec tū bn̄dicti laus ē.ꝙ in tam corruptis moribus grauiter ꝛ constanter vitā ducens.pōtificat⁹ sui anno.iij.mēse.iiij.moriť.vacat tū sedes dieb⁹ sex

LEo q̄ntus papa. cui⁹ patriam historici non ponūt.pontificatum aūt adeptus.a christofero eius familiari dominādi cupiditate allecto capiť.ꝛ in vinculis conijcitur.qđ sine magna seditione.ꝛ multoꝝ interitu fieri non potuit Christoferus itaꝙ sedem occupat.xl.leonis in pontificatu die qui vidēs se honore spoliatum (ꝛ maxime a familiari cui multa cōtulerat beneficia) dolore animi paulo post perijt.cum ab eo potissimū honore spoliatus fuit. queꝫ ipe.vt lupum domi aluerat.vt illud theocriti enutrito lupos qui te comedant.

CHristoferus papa. cui⁹ patria ꝛ cognomentum ob ignobilitatem ignorať leone deiecto pōtificatum malis artibus adeptus.male amisit. Septimo enim mense.dignitate ac merito quidem eiectus.monasticam vitam vnicuꝫ calamitosoꝝ refugium obire cogitur.in monasteria eñ tanꝙ̄ in insulas clerici male de ecclesia dei meriti relegabanť. Sergius autem eius successoꝛ postmoduꝫ cognita hominis iniquitate illum e monasterio traxit.ꝛ in custodia publica in vinculis cōiecit.nec multo post ad maiorem sui penam in artiori custodia eū reuinxit.vbi ꝛ tandem miserabiliter defecit.

Apparitio michaelis



MIchaelis archangeli apparitio.āte hec tempora in apulia iuxta Sipōtum vrbē in monte gargano facta fuit.in quo postea ob hmōi memoriā oppidum vna cuꝫ templo edificijsꝙ alioꝙ apparatu clarissimo conditum fuit.ad qđ nunc vsꝙ totius xp̄iani orbis populi maximo concursu frequentare dicūtur.

POst hec quoꝙ tēpora ignee faces in celo ꝛ stelle micantes discurrentesꝙ p̄ter consuetudinē vise sunt. Unde non ita multo post,vngari ytaliam cuꝫ exercitu ingressi. multas vicissim intulere acceperecꝙ clades.Cometaꝙ solito rutilantioꝛ appaurit.Et secuta est nimia inundatio aquaꝝ precipue in saxonia.

SErgius eius nomīs tercius papa.natione ro.p̄re benedicto pontificatum iniens.basilicam lateranensem.que tum corruerat restituit. Hic itaꝙ diaconus existens formosi factionē ne pontificatū cōseq̄reť plurimū ꝓsecutus fuit Ea ꝓpter a formoso reprobatus fuit.Sꝫ ipe suscepto pōtificatu ī galliā ꝓfect⁹ Lotharij gr̄a ꝛ amicicia fultus in ytaliā redijt .Et christoferum monachum papatus inuasorem capiens in vinculis reuincit.formosa acta ita improbauit. vt denuo ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit.quos formosus antea sacerdotali ordīe dignos censuerat.ꝛ in vltionē sue iniurie.eius cadauer e sepulcro tractū.capitali supplicio.ac si viueret affecit.corpusꝙ ipm in tyberim ꝓijci iussit.tanꝙ̄ sepultura ꝛ honore hūano indignū.ferūt piscatores corpus ipsum inter piscandu reptum.ad basilicā petri detulisse.atꝙ dū funus celebrať sctōꝝ ymagines que ī templo locate erant.corpus ipm veneratus fuisse. Sergi⁹ aūt bis artibus vitā ducens.septimo pōtificat⁹ sui āno.mēse.iiij.die.xvj.moriť.

Linea summoꝝ pontificu

Joannes nonus



Benedictus quartus



Leo quintus



Christoferus



Sergius tercius



Lineā iperator
Ludouicus tercius



Conradus primus



Heinricus primus



LUdouicus eius nominis tercius. arnolphi imparatoris filius. pr̄i successit anno salutis. 903. regnauit aūt annis. 10. Confuso autē existente imperio minime ad coronā impij puenire potuit. quē tñ franci in regē frācoꝝ germanorūqꝫ genitori in titulo impij subrogarūt. Et ī oppido forchē rex creat. vtqꝫ cendebuldo cui principes lotharingie aduersabātur resistentiā faceret. ad regnum tocius belgice vocatur. quo cōperto cendebuldus lotharingiā ferro igniqꝫ deuastabat. tandē a comitib⁹ stefano gerardo ꝛ manfredo in bello occidit. Anno aūt ab incarnatione dñi. dccccv. Ludouicus filius bosonis puincie romane ꝛ burgūdie regis filius p taurinos ytaliā est ingressus. Cūqꝫ totius ytalie regno p suo arbitrio potiret dimisso milite. veronā cū paucis se cōtulit. vbi a quibusdam traditione captus reuocato berengario oculis priuat. Inde berengarius regnū ytalie cū imperio accepit. ludouicus aūt rex germanie ꝛ apud frācos germanosqꝫ imparator sine heredibus mortuus. in quo ꝛ fratre cendebuldo carolorū genealogia finē habuisse dicūt. ac sic imperiū qd̓ annis centū ꝛ decem carolimagni progenies possederat. demū ad longobardos trāsfert. ludouico autē defuncto. otto dux saxonū ab omībus petit. Is princeps clarissimus senio grauis regnū recusabat.

COnradus primus. filius conradi. quē comes albertus occiderat. cōsilio p̄dicti ducis ottonis. q̄ regnū accipe rennuit. cōsensu oīm francoꝝ rex creatur. anno dñi. dccccxiij. quē alij ponūt nouissimū oīm caruloꝝ. hic ad coronā imperij nō puenit. ꝛ cū in ytalia nō imparauerat. ytali eū inter imparatores nō numerant. impauit tñ apud gallos ꝛ germanos annis septē. anno regni ei⁹ p̄mo hungari ad depopulandā terrā rursus effusi. a sueuis ꝛ baioarijs iuxta rhenuꝫ sternūtur. post dux baioarioꝝ arnulphus cōrado regi cōtrarius cū vxore ac filijs ad hungaros diuertit. vbi vsqꝫ ad obitū conradi pmansit. cōradus aūt moriendo anno regni sui septimo corā regni sui principibus heinricū ottonis saxonie ducis filium designauit regni successorem.

HEinricus primus dux saxonie ottonis ducis filius in francia orientali regnauit ꝛ anno domini. dccccxx. in germania imperium assumēs impauit annis. 18. occidentalē franciam. tum carolo rege parisius regente. Heinric⁹ autem per pontificē coronatus nō fuerat. fuit aūt in cohercendis hungaris atqꝫ bohemis vir gloriosissimus. quos ingressos violenter saxoniā incredibili cede prostrauit. hic heinricus humilis vocitatus vxorem habuit mathildim. q̄ illustrissima matrona mire suauitatis ꝛ gratie ac mansuetudinis mulier. oīmqꝫ aliaꝝ virtutū splendore illustrata fuit. de qua nōnulli celeberrimi scriptores mira scripsere. que sua virtute saxonū familiā plurimū exaltauit. ex qua genuit ottonem magnū. ꝛ heinricū ducem baioarie. Soror aūt huius heinrici haba genuit albertum comitem de quibus in sequentibus hystorie ponūtur. Heinric⁹ quoqꝫ sacram lanceam mirandi operis ꝛ clauis xp̄i ihu crucifixi sanctificatam a rudolpho rege burgūdie minis extorsit. additis muneribus ꝛ parte prouincie sueuorū. Et hanc ad insigne ꝛ tutamē imperij posteris reliquit. Eam tamē alij a bosone rege prouincie fuisse translatā. anno regni heinrici. xv. otto filius eius vxorem ducit filiam eduardi regis angloꝝ. Tādē dum ad obtinendam imperij coronā romā pergeret. diem vltimū clausit is licet in vincendis inimicis gloriosus extiterit. tamen pacificus. non effugatis ab ytalia tirannis benedictōnem non accepit imperialem. Relicto filio ottone primo. qui factus est imperator.

TEmporibus Ludouici tercij albertus nobilissimus comes frācoꝝ ottonis saxonū ducis ex filia nepos cōradū (q̄ a q̄busdā ludouici regis fili⁹ fuisse dr̄) occidit ob ea rex ludouicus albertū in castro babenberg bello inuadit. Cū virib⁹ se posse pficere dubitaret. battonis archiep̄i magūtini dolo. ad impatorem ductus capite plectit. q̄ historia ī descriptōne ciuitatis babēbergēs infra lati⁹ patebit. Ex ei⁹ sanguine ferūt originē traxisse albertum. qui postea marchiam orientalē olim pannoniā supiorē. nūc austriā dictam. ab hungaris ereptaꝫ romano impio adiecisse tradit.

Albertus comes babenbergēsis

HAtto magūtinus archiepiscopus. qui successit Sunderoldo a normānis occiso. Is cum comitem albertum de babenberg dolose tradidit occidendū. postea rex cōradus eū in ducem saxonie heinricū sollicitans. ob potētiā eius sibi suspectā. ad qd̓ cū iaꝫ torquē aurerā archieps fabricasset. Que collo ducis secū cōuiuantis inijceret. dolo pdito frustratus est. Et post triduū morbo vel languore ꝛ vt alij ferūt fulminis ictu interijt. ꝛ a demonibus raptus. In puteū ignis in monte sicilie precipitat⁹. dicente voce in aere. Sic peccata lues. sicqꝫ ruendo ryes.

Hatto archieps magūtinēsis

Babenberga preclara ciuitas franconie. quā Radiantia fluuius (vernacula lingua rednitz dictus) diuidit. In bono ac feraci loco sita. Is fluuius nō longe a Nuremberga pegnicio amne exoneraꝶ ꝑbetqꝫ babenbergensibꝰ oblectamentū variū. ac vtilitatē ob nauigia plurimū accomoda. deinde in moganum descendēs q̄ nō paucas frāconie ꝑlabiꝶ vrbes. supra ciuitatē in edito mōte arx ē natura ⁊ arte munita. Luitolfus princeps saxonie suis tꝑibus claruit: cuiꝰ filiꝰ otto. genuit heinricū humilē primū. romanorūqꝫ regem q̄ germanie prefuit. Et filia babam. a qua hec ciuitas babenberga vocitaꝶ. Quāqꝫ nōnulli monte pauonis appellant. Hec baba comitissa babenberge. duos genuit filios Reynoldū. quē cōradus dux frācie occidit. nongentesimo ⁊ sexto salutis āno. Et albertū nobilissimū francoꝝ comitē. ꝑscripti ottonis saxonie ac thuringie ex filia baba nepotē q̄ cōradū fratrem ludouici regis romanoꝝ ob necē fratris vita priuauit. Quāobrem in arcē vrbis se cōtulit. Et aliquādiu regis obsidionē ꝑtulit. difficilis expugnatio loci videbatur. Ob quā rem ad dolos recursum ē. Hatto eps magūtinus minister sceleris inuentus ē. Qui ꝑfectꝰ ad albertū litis arbitrū se dixit. Rogauitqꝫ albertū. vt ad imꝑatorē in castra descenderet. qꝛ vel pacē ei daret. vel in arcē reduceret incolumē. credidit albertus. accepta iurisiurādi religione. Albertus aūt comes deinde recepta fide ⁊ ꝓmissione battonis archiepi. cū eo ꝑgens a castro suo. Vix aūt arceꝫ egressi tū batto vereor inquit. ne diu apud imꝑatorē morari oporteat. Vtiliꝰ fortassis cōsiliū erit. prius sumpsisse cibū. Laudauit albertus verba ꝑsulis. Et in castellū rediens. battoni prandiū dedit. nulla alia securitate ab epō reqsita quo sumpto ad imꝑatorē cū eo ꝑrexit. vbi mox captꝰ. ⁊ capitali sentētia dānatꝰ. cōdemnatꝰ monet archiepiscopū de facta securitatis sue ꝓmissione. Rn̄dit parꝛ religiosus eps. se fidei et ꝓmissioni satisfecisse. ipmqꝫ a castro egressum. incolumē sel' in castrū suū deduxisse. Cū ad prādiū introiuit. bis reducere nō promisisse. Infelix Albertꝰ gladio obtrūcatꝰ ē. Meliꝰ romani q̄ pari fraude vsi vnū ex captiuis ab hānibale romam missis. vinctū remisere. ꝑdia q̄ albertꝰ hūit ipio postea cessert. otto vo. iij. ipator ꝑdia pleraqꝫ diuo heinrico tradidit vt in ꝑuileglo eius scribitur. Nouerint oēs xp̄i fideles qualiter nos obinteruētum dilectissime



genitricis nostre adelheide caro nepoti nostro baioariorũ duci heinrico quoddã iuris nostri prediũ. ciuitatẽ videlicz babẽberg noiatam. cũ oĩbus ad hãc respicientibꝰ ꝛc. nr̃a impiali potẽtia ĩ ppetue vsuz ꝓprietatis cõcessimꝰ. firmiterqꝫ donauimus ꝛc. Eam vrbẽ deinde heinricus impator sanctꝰ plurimũ exornauit. Ecclesiã ac aulã ep̃alem celeberrimã in ea fundauit. cũ sua conthorali sancta v̾gine kunegũda. Nã nil in vita p̄termiserũt. qȯ ad honorẽ dei ptinere, secernerẽt. q̄ post mortẽ in eadẽ basilica summa ac regali. multis miraculis clarẽt. ibiqꝫ berengariꝰ sepultus ẽ. q̄ regnũ ytalie vsurpauit. Et ab ottone primo captꝰ in germaniaz ductus. illic exulans obijt. Ornaturqꝫ hec ciuitas edificijs publicis ac sacris edibus ꝑpulchris. habz ꝛ sanctũ ottonẽ eius loci ep̃m apl̃icũ pãmeramie. cũ vexillo diui georij. credũt quoqꝫ duas e sex ydrijs ibi esse. in quibus vinũ ex aqua factũ. a domino saluatore. euangelistaꝝ tradit historia. Et gladiũ cum quo petrus malcho auriculã amputauit. Laudem v̾o vrbis ac descriptionẽ gottefridus viterbiensis elegans hystoricꝰ, hijs sequentibus edidit.

Bauaricus fluuius vulgo radiantia dictus
Norica rura fouens. variecqꝫ vagãdo relictꝰ
Montis pauonis. vrbis amena colit
Nomĩe vulgato mons babẽberga vocatur
Flumine crassatur. vicinaqꝫ terra rigatur
Ponsqꝫ supstratꝰ. cingit vtrũqꝫ latus
Urbs laudãda nimis mõtis scrcrescit ab imis
Indeqꝫ sblimis fit turribus in situ primis
Montis ab vrbe tñ culmina clerus habet
Agmine muroꝝ series ꝓcincta domoꝝ
Exclusis laicis. munitio fit dominoꝝ.
Ecclesie forma. mõtis caput auget ꝛ ornat
Mons pauonis hꝫ colles sibi collaterales
Tres q̄si cõsil̾es. vrbis quoqꝫ principales
Ipe nitẽs medicꝰ. ꝓeminet absqꝫ pari
Pulcrior illoꝝ loca maxima dat monacoꝝ
Templaqꝫ multoꝝ reliq̄t dant canonicoꝝ
Quarta ꝑs fluuio p̄bet vtrũqꝫ forum
In crucis q̃ modũ. posuit sibi pauo colonũ
Stat medius petrꝰ. stephanꝰ sibi dexter hꝫ
Uertice stat Jacobus. leua michael retinet
Fertqꝫ secus fluuiũ. virgo maria decus
Cesaris heinrici sancti cognomine claudi;
Hec ꝛ maiora multa fuere bona
Cuius ꝛ ossa bona sunt ad miracula prona
Hoc opus hec dona sua ꝓtulit alma corona
Me vocat historia pauo beate vale.



Anastasiꝰ terciꝰ papa. p͞tia romanꝰ. sergio pōtifici surrogatꝰ: pōtificatum iniijt. Quo landulphus beneuētanꝰ pnceps graui prelio in apulia cū grecis decertauit ⁊ vicit. Hic vir bonꝰ modeste ⁊ integre in pōtificatu vixit. nec in se q̄cquā habuit. q̄ rep̄hendi possit. quē pōtificē hac vna ī re laudare possumꝰ. q neminē eoꝝ. q̄ an̄ se in pōtificatu fuere ignominia aliq̄ notauerit vel maledicentia psecutus sit. a q̄ cū nil memoria dignū gestuz sit. secūdo anno pontificatꝰ sui moritur. Et in basilica petri sepelitur.

Lando papa p͞tia romanꝰ anastasio successit. Huiꝰ aūt vita ita obscura fuit vt etiā sint q̄ eū inter pontifices nō numerēt. maxime vincentius historicus. aliter martinꝰ sentit. ⁊ gothefridus q̄ scribit. Landū auctem suā interposuisse. q̄ minus berēgariꝰ. ⁊ rudolphus comit| guidonis filiꝰ. inter se decertarēt. Landꝰ aūt sexto pōtificatꝰ sui mense. die. xxi. moriens. in basilica petri sepelit̄.

Ordo cluniacēsiū sb regula diui Bn̄dicti incepit



Ordo cluniacensiū anno dn̄i nongētesimo terciodecimo. sub regula diui p͞ris Bn̄dicti ab oddone abbate viro vtiq̄ sanctissimo initiū sumpsit. Nā berno abbas moriturꝰ. oddonem olim musicū cluniacensis cenobij ꝯstituit abbatez ea ꝯditōe vt eccia cluniacēsis q̄tannis gigniacēsi psolueret. xij. denarios. Oddo aūt mire ac incōpabilis sanctitatis in monastica disciplina feruēs. cū eiusdem ordiūis mōchi. a p̄mis eoꝝ p͞ris bn̄dicti institutōibus plimū declinauerant. Quāobrem pmotꝰ oddo abbas feruorem semimortuoꝝ denuo excitauit. et multa ad monachoꝝ instructōem scripsit. Et laudabilis īstitutio bti bn̄dicti in diuersis cenobijs reuixit. Hic a remigio antisiodorensi in musica et dialetica a p̄mo ē eruditus historiā de sancto Martino edidit. Ubi ⁊ paulo post in domino sanctissime quieuit.

Oddo p̄mꝰ p͞r cluniacēꝭ



Joannes eius nominis decimus, p͞tia romanꝰ. patre sergio. pontifice anno domini nongentesimonono pontificatum iniijt. presul rauēnas is antea fuerat. ep̄atu deiecto ppl̄i tumultu. Uerū lando mortuo pōtificatū adeptus. spūs militares magis q̄z religioni deditos gessit. Indigebat autez huiuscemodi pōtifice eccia. q̄ ꝯfestim ꝯ sarracenos ytaliā ī multis locis occupātes cū albericio hetrurie marchione ī auxiliū accito ꝯflixit. ⁊ superās ab vrbis finibus sbmouit. Is ī triūphi medū romā rediēs alberici odium ī se concitauit. ⁊ cū eū e roma expelleret. vngaros ī ytaliā vocat. q̄ plus calamitatis q̄z sarraceni ytalie intulere. Joannes aūt seditiōe militari a militibꝰ guidonis comit| captus. ⁊ ī vincula ꝯiectus. ceruicali in os ꝯiecto necat̄. pōtificatꝰ sui āno. xiij. mēse secūdo. die tercio. Eius ī locū alter ioannes subrogat̄ verꝰ q̄ vi sedē occupauerat. E loco statim deiectus cōnumerari inter pontifices non meruit.

Leo sextꝰ. p͞tia romanꝰ. legitimis suffragijs pōtifex creatus. vir vtiq̄z bonus. q̄ nil tyrānicū ī vita p̄ se tulit ītegre ⁊ modeste vitā ducēs ac rei diuine ꝯsulens. reuocare ciues ad ꝯcordiā temeritate p̄oꝝ pōtificū adhuc tumultuantes. cōponere res ytalie. pacare externū hostē. ppulsare barbaros a ceruicibus ytalie conatus ē. Sed dū in hijs opibus laudabilibꝰ v̄saret̄. septimo mēse. die q̄ntodecimo pōtificatus sui morit̄. sepeliturq̄z ad sanctū petrū.

Stephanꝰ eiꝰ nois septimꝰ p͞tia romanꝰ. eo tp̄e pōtificatum iniijt q̄ hūgari alemoniā saxoniāq̄z ppl̄antes. ab heinrico germanie rege apd̄ mersburgā ingēti clade supati sunt. eiꝰ āt vita māsuetudis ⁊ religiōis plena fuit. q̄ secūdo pōtificātꝰ sui āno. mēse vno. die. xij. morit̄. Inq̄z. b. petri basilica sepelitur.

Linea summoꝝ pontificū

Anastasius tercius



Lando



Joannes decimus



Leo sextus



Stephanus septimus



Berengarius eius nominis primus. foroiulianoꝝ dux. roma oriundus ex longobardoꝝ regum stirpe ꝓgenitus. ⁊ in bellicis artibus prudētissim⁹. ludouico predicto supato. primus in ytalia imperiū sibi vendicauit. impauitqꝫ annis. 4. romani eñ ⁊ ceteri ytali nullū ab impatore dissidijs regni francie implicito. auxiliū aduersus rebelles longobardos affuturū intelligentes. berēgarium ducem foroiuliensem crearunt impatorem. nec tamē adeo in creatione illa fuerunt cōcordes. quin guidonem spoletanū ducem alij regem ytalie declarauerint. In ytalia vo creati principes noui. inter se dissidentes. aliquot cōmissis p̄lijs cōcurrerūt. ꝓmiscꝫ in cōgressibus guido berengariū incōmodis affecit. At berengarius vir magnanimus ac rei militaris scientissimus breui supior euasit vt guidonē in etruris ciuitatibus q̄s tenebat. in suocꝫ ducatu spoletano se oportuerit continere. Itidē fecisse dr ambrosio alio bergomensi comiti. Quibus sblatis ⁊ interfectis berengarius in vnū copijs suis contractis. cū romanis etiam bellum gessit. qd quidem landonis pape prudentia cito sedatum fuit. Guidone aūt mortuo. lambertum filiū illi in regno successisse certū est. cum quo plurimas ꝯcertationes habuit. a quo (vt nōnulli affirmant) postcꝫ ab vngaris cū quatuordecim armatoꝝ milibus apud forūiuliū fugatus fuerat. apud veronā supat⁹ est. Berengarius imperij sui vires nomēcꝫ ad eam ytalie ꝑtem q̄ nūc longobardia ad alpes vscꝫ obtinebat. Magna eñ tum erat inter ytalos germanos et frācos de possessione imperij concertatio. Vñ ⁊ grauissima bella orta sunt. nec extincta sine multoꝝ interitu. omicꝫ ꝓuinciaꝝ calamitate. annitebantur tamen romani ytalicꝫ imperij nomen in ꝓuincia retinere. ferunt igit berengariū a landone potifice fuisse coronatum.

Hugo arelatensis comes post berengariū impauit in ytalia annis. x. hunc elegerūt ytali contra rudolphū burgūdū q̄ berengariū imperio priuauerat cui cedens abscꝫ contentione rodulphus in burgundia se recepit. Duxit vo vt debuit hugo ytalie regno potitus rodulphi regis exemplo admonitus suspectam coꝝ a quibus vocatus fuerat fidem. ⁊ dato sampsoni cuidam ex ducibus suis exercitus negocio. illos quid fieret principio ignorātes in exiliū egit. Nec tamen hugonē regem. sua satis tutata est prudentia. cp arnoldus bauaroꝝ dux a factiosis exulibus. alijscꝫ domi potentibus ytalis suasus aduersus eū in ytaliam cū paratissimo exercitu venit. quem veronenses primi regem ytalie appellatum intra menia acceperūt. vbi paribus animis ē decertatum. Vicitcꝫ Hugo ⁊ veronensibus reiectam in racheriū epm suū rebellionis culpam dep̄cantibus pepercit. epus papiam in exilium est actus tandem hugo cum parasset iniurias stephani pontificis mulctati vlcisci. in ip̄o apparatu moritur.

Berengarius secūdus post vgonē vel vt alij volūt post berengariū primū accepto imperio impauit in ytalia annis. 7. Hic itacꝫ cū cisalpinā galliam tantūmō tueret. Iter hungaris dedit. vt in etruriam irent. euersis vrbibus ingentem p̄dam asportarunt. Per idcꝫ tēpus post pacatos vngaros imperiū ytalie. vt restauraret adnitente berengario tyranni quibus formidolosa erat ei⁹ potentia perniciosis ytalie machinationibus resistere perrexerūt. Rudolpho burgundionū rege suasionibus pollicitationibuscꝫ in ytaliam accersito. qui perditorum hoīm ytalie magnatū potius q̄z exercitus sui viribus fretus. berengario pulso in illius quondaz imperij ꝑte ytalie tribus annis regnauit. Nec tamē diu tardauit vltio. que bonos eaꝝ regionū eque ac ꝑfidos afflixit. Etenī vngari ad quos berengarius cōfugit. salardo duce in ytaliam venientes. Et omnia ꝑ que incedebant vastantes. papiam obsederunt ⁊ vi captam ferro ⁊ igni absumerent sunt adnisi. Tandem berengario secūdo quem ytalia pulsum ad hungaros confugisse diximus. apud illos. vel vt aliq̄ habent scriptores apud bauaros vita functo. berengarius tercius in ytaliam venit.

Reges ytalie

Berengarius primus



Hugo



Berengarius secūdus



Berengarius tercius



Berengarius tercius primi berengarij ex filia nepos. in ytaliam veniēs. anno salutis noningētesimo trigesimoquinto imperio potitur. quem vo ⁊ quantū adduxerit exercitū. aut eius gentis ope adolescens exul sit reductus nullus scribit. Sed apud multos constare videmus ip̄m stephani septimi pontificis tp̄ibus ytaliam ingressum esse. Sed interea sarraceni ad garganū sedentes appulis calabriscꝫ noua excursione vastatis. beneuentū vrbem obsident spoliatamcꝫ incendunt. Quibus vltra progredi vt romāos inuaderent fines parātibus romani pontificis ioannis decimi suasionibus impulsiscꝫ adducti guidonem comitem cohortibus tumultuario delectu coactis perficiunt. Is in barbaros ducens furentes repressit. berengari⁹ q̄z imperiū quietēcꝫ in ytalia reintegrare cupiēs. pacē federacꝫ cū hūgaris firmauit. hūgaricꝫ rabie q̄ in ytalos tot ꝑ annos assueti fuerāt in externos vsa alemaniā denuo ppl'are ac vastare ceperunt. Ferunt aliq̄ hunc berengarium annis octo regnasse. Licꝫ alij ea aliacꝫ de quarto berengario similia scribant.

Anno mūdi. 6133. Anno xp̄i. 934.

IOannes vndecimus papa: p̄ria romanus: eo tempore pontificatū iniit: quo sanguinis fons genue largissime effluxit: future magne calamitatis indiciū. Nam et genua a saracenis ex affrica venientibus tum capit̄ ac diripit̄. Et vngari ytaliā ingressi longe oīa ac late populati sunt. Joannes aūt pontificatus sui anno quarto. mense decimo. die. xv. morit̄. vacat tū sedes dies. xij.

LEo septimus papa. natione romanus. vgone et lothario in ytalia imperantibus post ioannē pontificatū adeptus nil dignū memoria gessit. q̄ pontificatu assumpto. cū remissus esset. pontificatus sui anno tercio. die decimo moritur. Et in basilica petri sepelitur. vacat tum sedes dies tres.

IOanne vndecimo pontifice. anno nongentesimo tricesimoquinto saraceni affricam incolentes vt iam p̄missum est. ingenti ducta classe orā oēm etrurie maritimā populati sunt. et genuā circūacti. vrbē q̄ʒ graui obsidiōe p̄ssam ceperūt. in qua maxima vsi sunt seuicia. vrbe eī spoliata. Et ijs qui arma ad defensionem induerant. primo impetu cesis. oēs pariter puberes masculos cū facta preda nauibus impositos abduxerūt. Quidā tn̄ scribunt impuberes genuensium ex affrica in patriam breui reductos fuisse.

CUm creatus est pontifex leo septimus. ad eius anni termi tēpora guilhelmus scribit heinricū germanie regem ac imperatorem: de quo supra p̄missum obijsse. Cui sit in regno imperijq̄ʒ titulo suffectus otto filius mathilde saxonie regis filia de quo in sequentibus mentio fiet.

STephanus octauus papa natione germanus. post leonem pontificatum iniens. Cum pontificatum suscepisset ita a romanis seditionibus vexatus est. vt nil memoria dignū ab eo geri potuerit. immo vero (vt Martinus refert) in tanta seditione mutilatus. turpiter aliquādiu. vitam duxit. Cum ob inhonesta vulnera prodire in publicum erubesceret. Parabat quidem rex hugo tantā iniuriam vlcisci. s; in ipo apparatu moritur. Cui quidem lotharius filius in regno succedens. hac de re nullam mētionem fecit. vel q̄ populi romani amicus esset vel q̄ breui regnauit. biennio eñ post mortem patris supuixit. Stephanus vo pontificatus sui anno tercio. mense quarto. diebus. xij. moritur. vacat tum sedes diebus decem.

S. Bipertus



BIpertus queʒ alij Vgibertū appellant. lotharingie prouincie nobilis princeps. vir sanctitate et ceteris virtutibus insignis hisdem temporibus ob clara miracula sanctis ascribitur. Qui inter cetera sue virtutis opa dū viueret gemalitense cenobiuʒ in francia proprijs impensis. magnificentissimis opibus breui extruxit.

SAnguinis quoq̄ʒ fons hoc anno vt premissum est historicis testātibus in genua vrbe maritima in loco vbi dicitur fontanella. p diem integram largissime effluxit. qui et future calamitatis vrbis ciuibus demonstrauit. vt de saracenis ex affrica soluētes genuam vsq̄ʒ peruenerūt iam dictum est.

MArtinus tercius papa. p̄ria romanus. Uir quidem mansuetissimus qui placabilitatem et mansuetudinem stephani septimi imitatus est. pontificatum eñ adeptus. bella omittens. religione sese totum addixit. templa vetustate collapsa instaurans. pauperes elemosinis pascens. Nō caruit tamē hui9 temporibus europa ipa bellica rabie. Nam cum otto annitteretur ytaliam īgredi. aduersante lothario magne cedes vtrinq̄ʒ cōmisse sunt. adhortāte tamē eos martino pontifice. vt ab armis discederent. cum vbiq̄ʒ fame et penuria reꝝ oīm laboraretur. Tercio autē pontificatus sui anno. mense sexto. die. x. morit̄. et in basilica petri sepelitur. sedes vacat dies duodecim.

AGapitus secundus papa. natione romanus. ardente tumultu bellico ytalia pontifex creatur. homo sane magnanimus. qui ottonem germanie regem contra berengarium imperatorem. cognita eius superbia vocauit. Cui9 ope inter hunc pontificem et ipm berengariū qui omnia sibi contra ius fasq̄ʒ vendicabat lites composite sunt. Fuerat hic vir valde innocens. et reipublice xp̄iane amator precipuus. Qui pontificatus sui anno nono. mense septimo. die decio moritur. Eo fere tempore quo oddo cluniaceñ. monasterij abbas in domino quieuit. Et in basilica beati petri sepelitur.

Linea summoꝝ pontificum

Joannes vndecimus



Leo septimus



Stephanus octauus



Martinus tercius



Agapitus secundus



Lotharius eı⁹ nōīs secūdus hugonis p̄dicti fili⁹. p̄re defuncto impiū suscipiens impauit annis. 2. Berengarius em̄ tercius magnis externoꝝ adductus copijs ī ytaliā reuersus. ad p̄mā cuius aduentantis famā rebelles in vgonez animi. multis ī ytalie regionibus sunt ostēsi. Is cū p̄uidisse vgo qđ viribus nequisset. ꝯsilio p̄uidere perrexit. Missis nāqꝫ ad hostē iā aduentantē oratoribus cū eo hijs constituit federibus. vt se ytalia discedente lotharius filius ⁊ berēgarius ytalie reges equo iure oīa administrarent. Viguitqꝫ aliquot annis solo nomine cōsortiū. quod berēgarius acri vir ingenio lothariū sp̄reuit. ꝙ apud papiā cū vxore alunda nobili ac ferocissima muliere. Cuius dotis iure eā ciuitatē ⁊ multa oppida obtinebāt se ꝯtinēs iniuriā dissimulauit. Vgo interim post paꝝ qꝫ arelatum redierat diem obijt. Lotharius aūt romanoꝝ amicus ꝯtra ottonē heinrici filiū bellū durissimū suscepit. qꝛ cū otto romā ingredi ān̄itteret. hic eidem aduersari cepit. p̄ quo maxime cedes hincinde cōmisse sunt. Secūdus tūc elapsus erat annus regni berengarij tercij. quo in tp̄e lotharius solo noīe rex fato est functus. Et berengarius alundam. ne alicui nuberet p̄rimonij sui dominiuz. Et ytalie regnū p̄ dotis occasionem inuasuro. publice apud papiaz carceri mancipauit. Eo aūt mortuo ottoni nupsit.

Rudolphus ꝙ apud veronā berengariū sup̄auit. quē ferūt postea trib⁹ annis imp̄io potitum esse vt p̄missum est. Is rudolphus burgūdie dux. ꝙ superioribus diebus hugoni arelatensi comiti in ytalia cesserat postea francoꝝ rex factus regnauit annis. 2.

Quid tp̄e berengarij imp̄atoris aut lotharij regis nomē auctoritas vel potentia effecerit ⁊ an tres vel quatuor berengarij extiterint. vt ignoret̄ facit scriptoꝝ ariditas. Igit̄ cū obscure de berēgarijs mentio fiat null⁹ mirabit̄. ꝙ vincencij beluacensis. fratris martini polonicasensis archiepi. Sicardi cremonēsis epi. ricardi ⁊ guilhelmi monachoꝝ. gotfredi viterbiensis. ⁊ fratris ptolomei de luca chronicoꝝ libros p̄legerit. Ne em̄ omēs eoꝝ hac in re errores qđ longuz eē recenseamus. quū aliꝗ eoꝝ dicāt p̄mū berengariū q̄tuor. ⁊ secūdū. xij. annis imperium tenuisse. temp̄a lotharij ⁊ tercij berengarij ad. xiij. annos protrahūt. vt denqꝫ ip̄os imp̄atores latinos cū regibus ⁊ tyrānnis interiectis. p̄ ānos duos detriginta tantūmō in ytalia fuisse vltimus dictoꝝ scriptoꝝ lucēsis affirmet. Quāqꝫ igitur pauci dictoꝝ imp̄atoꝝ regū ⁊ tyrānoꝝ tempora distinguere possint. Id certum habemus a berengarij primi initio imperio ad othonis primi ex germanis legitimi imp̄atoris coronationem a ioanne duodecimo pōtifice romano factam. annos ad quinquaginta intercessisse. Et ip̄m othonē berengariū in lōbardia primo regnare permissum. postea in exilio egisse.

Berengarius quartus quē alij p̄ tercio ponūt. mortuo lothario imperatore imperio potitur. ⁊ cum alberto filio imperauit ānis. xi. Vir certe dignissimus. ⁊ acri animo ⁊ industria celebris. Qui cum apud vngaros exul a patria militaret audiens heinricū bauarie ducem hungaros supasse. Is em̄ aquilegia capta. cum forte tunc hūgari ytaliam inuadere dispositi iustinopolim aduenert. quibus sese opposuit heinricus. ⁊ cōmisso bis p̄lio hūgari accepta primo ⁊ iterū clade repulsi in hungariā redierūt. Inde omnē ytalie p̄tē ditissimā que aquilegiā papiāqꝫ intercedit excursione populatus est. Berengarius repente stationibus exercitu papiā p̄perare cepit. Qđ cum habuisset exploratum heinricus. exercitum apud papiam nauibus impositum deduxit in padū. Inde continuato ex eo loco itinere intra austriā se recepit. Postea berengarius vniuersam ytaliaz obtinuit. ⁊ imperatoris nomen sibi indidit ⁊ albertum filiū ytalie regem nūcupauit. Cūqꝫ nimiū oneribus ⁊ vectigalibus ytalos p̄mere cepit. Et alundā lotharij vxorem in Garda veronensis agri cum sola ancilla carceri mancipasset. ⁊ omnia sibi contra ius vendicare. ytali p̄ agapitū othonē regem in ytaliā vocāt. qui eos in regno ytalie deturbauit. ⁊ alundam vxorem duxit.

Reges ytalie



Lotharius



Rudolphus



Beregari⁹ q̄rtus



Albert⁹ fili⁹ suus

Albertus berengarij filius apud rauēnam constitutus venetos mercatores multis affecit incōmodis. comaclensiū em̄ nauigio quod illi haud quaqꝫ tenue tunc habebant fretus. mare illud latrocinijs tenebat infestum. Id cum veneti diutius pati nec possent nec vellent. nauigio tumultuarie cōtracto. in comaclium ducto oppido primo impetu captum cum oppidanorū nauibus incenderūt captos autem oppidanos et iuramento ne vltra in predam cuipiā aduersum se obediret̄ astrictos dimiserūt illesos. Otho deinde contra berengarium in ytaliam descendit quem tandem post magnas cedes victum in potestatem accepit. Et statim alterum in constantinopolim. alterum in germaniam exilio relegauit. vbi demū ambo vitam finierunt.

Laxis hūgarie rex



Laxis rex bungaroꝝ. būgaros suos pulsus de bauaro. quē in ytalia regnatu re opinaretᷣ vltimus. ꝑatissimo exercitu ytaliā irrupit. tantusqꝫ ytaloꝝ animos tūc pauoꝛ inuasit. vt vltimū impēdere exterminiū cōtremisceret. Berengarius vō siue ꝓpiciore vsus fortuna. siue cōsilij ꝓudentia. Albertū mittēs filiū taxim multa oratū ꝓuicit. Et acceptis nūmoꝝ modijs argentoꝝ (vt tradūt) decē recedens ytalie pepercit.

Hungari eñ postqꝫ ꝑ germaniā primo postmodū ꝑ galliā satis fuerat debachati. deinde bulgaros tributarios fecerūt. postea barbare efferate gentis alluuio tot tantasqꝫ nationes ⁊ ꝓuincias satis supqꝫ inūdauerat. ytalia sue calamitatis pte nō caruit. ytaliāqꝫ ingressi. Uenerūtqꝫ via forouiliensi. malo ytalorū ab initio mūdi barbaris patefacta. furētesqꝫ bungari cede incendijs ⁊ rapinis cūcta vastantes. Albericꝰ qꝫ marchio cū ꝑ inuidiā ingratitudinēqꝫ e roma pulsus fuit. vngaros ad oppssionē romane vrbis accersiuit. Ea aūt gens romani agri fines qđ in ꝑmis albericus ꝗsiuerat nequaqꝫ attigit. Etruriā vō oēm quā albericus saluaꝫ esse pactus fuerat. cōmissis summa ⁊ alias inaudita impietate cedibus incendijs ⁊ rapinis ꝓpe destitutā desertāqꝫ reddidit oēs eñ mortales feminas atqꝫ bac mares ꝗ cedibus supfuerāt aut fuga ꝓlabi nequiuerāt in vngariā abduxit. Tandē sub ottone primo imꝑatore impetū in germaniam fecerunt.

Boemia añ hec tꝑa ad xp̄m cōuersa. vbi worziuous vltimꝰ paganoꝝ ducū a btō methodio morauorū archiep̄o cū ludimilla cōiuge ad baptismi grām ꝑductus ē. nongētesimo quinto anno. post christi saluatoris ortū. ludimilla sancta mulier babita etiā miraculis claruisse ferṫ. Christianā aūt veritatē āplexi fidem catbolicam inter bohemos magnoꝑe ampliarūt. ludimilla filia fuit comitis Slawiborij de castello Bzew quod postea melinca dictum ē.

Spitigneꝰ Vratislaꝰ
Duces bohemie

Spitigneus filiꝰ borziwogij primi xp̄iani ducis bohemie. post obitum eiꝰ principatum obtinuit. Is eñ ex ludimilla sancta muliere tulit duos filios spitigneū ⁊ vratislaū. primus patri successit. sed moriens sine filijs fratri principatum reliquit. Coniux aūt vratislai drabomitia de durissima gente luticeñ. saxis. mulier audax ⁊ ad scelus prona. duos pariter filios viro peperit vētzeslaū ⁊ boleslaū. priorem ludimille tradidit educandū. alteꝝ ipa nutriuit. alūpni ex nutribus innati mores ventzeslaus pietatem colere. mansuetudinē pre se ferre. xp̄iana sacra venerari. elargari multa pauꝑibus. nulli obnoxius esse. boleslaus ydoloꝝ sectari culturam. bonores ambitiose querere. adulterari. rapere. occidere. in scelera cuncta prolabi. pꝫ suprema ordinās ludimille quousqꝫ liberi adoleuissent gubernatione ꝓuincie dimiserat. Id egre drabomicie fuerat socrū i castello thetin strangulari iussit. ipa imperiū accipiens in oēs crudelis etiā ventzslao filio infesta cui preferre fratrem non dubitauit.



S. Uentzslaus dux bohemie



Wenceslaus dux bohemie filius vratislai quē beata ludimilla. vt nepotē carissimū in fide xp̄iana gloriosissima matrona bohemorum prima margarita. ac sacris litteris ⁊ eloquijs peroptime imbuebat. Quem potus cibiqꝫ parcissimū fuisse tradūt. corporis maiestatē decoꝝ. virginitatem ad vltimū vite seruasse. diuina in templis officia diurna nocturnaqꝫ nūqꝫ neglexisse. Et noctis quidem tempe nudis pedibus super glaciem ac niuem iter agentem vim frigoris minime sensisse. Inijsse eum iubente populo (adhuc viuēte matre) principatū creuerat iam ventzeslai nomē. miraqꝫ populi caritate atqꝫ admiratione celebrabaṫ. Sed quanto ceteris dilectioꝛ. tanto acrius se in odiū fratris matrisqꝫ cōcitabat. Fit conuiuiū apud boleslaū matre iubēte. vocaṫ ventzeslaus qui ⁊ si mortem instare predixerat. facta tamē de peccatis suis cum sacerdote ex more xp̄iano ꝯfessione. fraternā domū ingrediṫ. Ibiqꝫ statim boleslai manu ꝑcussus interijt. vētzeslai sanctitatem. Quo die cesus est xp̄m deum testimoniū perstitisse memorie prodiderūt. Qui regi dacie ꝑ visum apparens. suo martyri edem construi mandauit. ipm aūt ventzeslaū multis miraculis claruisse atqꝫ inter sanctos martyres ab ecclesia receptum tradunt.

Otto primus rex



Otto ex mathildo filia theoderici regis saxonū ⁊ beinrici regis filius ei successit in regno. Is ꝑclarissima multa maximaqꝫ i regnis frācie ⁊ germanie gessit. ⁊ cū eiꝰ virtutis fama etiā in ytalia celebris baberetᷣ. agapitꝰ pōtifex multiqꝫ ꝓceres berēgarij albertiqꝫ filij tirānidē exosi. illiꝰ opem rebꝰ afflictis italie poposcerūt. ꝗ cū q̄nquagita ⁊ eo vt aliq volūt āpliꝰ armatoꝝ milibꝰ mouit. trita et apta ꝑ foriulij regionē via. italiā ingressus berēgariū impio ⁊ albertum regno ytalie deturbauit. Italiaqꝫ potitus alundam lotbarij q̄ndā vxorē carcere eductā in vxorē accepit. Reuersus i germaniā otto ex alunda vxore anno vix dū elapso filiū suscepit. Cui ottoni postea secūdo fuit appellatio. Ottoqꝫ rex interea boleslaum bohemoꝝ ducem inimicos i se animos ꝓferentem domuerat. Quo felicitate dum omnibus in locis rex prestantissimus. idemqꝫ vir optimus otto vtiṫ. gloriosi ⁊ simul saluberrimi facinoris occasionem est nactus cū bungaris bohemis vt infra patebit.

De progressu imperii ac trāslatione eius in germanos.

IMperiales tituli. imperiūqꝫ a romanis gallisqꝫ ac longobardis ablati. Et ab ottone nunc suscepti. in germaniā hic primū transferūtur. vbi ⁊ nūc vsqꝫ cōseruantur. Et qm̄ deo auxiliante hoc in loco in germanoꝝ imperiū deuenimus. Nō alienū videtur pro huius excellentissime dignitatis cognitōne. pauca de progressu sacri imperij in medium afferre breuissima ex amplissimis altius repetentes. qd̄ maximi auctores tam legū interpretes: q̄ʒ sancti doctores de cesarea potestate sentiant. ac eius translatione in germanos

ROmana regia potestas. quā sacrū imperium vocitant ab ipa humane nature ratione. q̄ optime viuēdi dux est. Cuiqꝫ omēs parere oportet. originem ducit. Exactis nāqꝫ ex paradiso delitiarum primis parentibus. Cum in agris homines atqꝫ in siluis bestiaꝝ modo vagarentur. victuqꝫ sibi ferino vitam propagarent. Animaduertit homo. nā rōnis participē illum deus creauit. hominem homini ad beneuiuēdū maxime conducere. societatemqꝫ fore plurimū necessariam. Sic ergo qui segregati prius vitā in siluis more ferarum ducebant. siue docente natura. siue deo volente totius nature mgr̄o insimul conuenere. societates instituerūt. domos edificarunt. oppida muris cinxerūt. artes inuenerūt. ⁊ cum alter alterius cōmodis inseruiret. placebat mirūimmodum singulis vita ciuilis. dulcisqꝫ nimiū videbatur ⁊ ꝓpinquoꝝ ⁊ amicoꝝ consuetudo. Cuius fuerant prius exptes. Uerum sicut ab homine multa parantur homini cōmoda. Sic nulla est pestis que homini ab homine non nascatur. Ceperunt itaqꝫ homines violare societatē: fidē frangere. pacem turbare. iniuriam cōciuibus vicinorūqꝫ tum opibus tū matrimonijs insidiari. rapere aliena. phas omne obrūpere. nec em̄ pacis emula mat̄ litiū suiqꝫ prodiga cupiditas passa est diu manere ius sancte societatis illesum. Cum ergo premeret̄ ab initio multitudo ab hijs qui viribus erāt editiores. Ad vnū aliquem confugere placuit virtute prestantem. Qui ⁊ iniurias prohiberet. inferri tenuioribus. Et equitate constituta. summos cum infimis pari iure teneret. Idqꝫ nedū vna in gente. sed in pluribus factum est. Atqꝫ hij sunt qui postea regis nomen obtinuerunt. Quoꝝ constituendorū causam publica dedit vtilitas iusti prope mater ⁊ equi. Nec sane aliam ob causam rege fuerat opus. nec tante dignitatis fastigium cuiqꝫ cōmittere oportebat: vt ceteris omnibus preferret̄. honoraretur ab omībus. ac preciperet omnibus. nisi vt esset qui publica tueretur. ac iusticiam ministraret. Uerū cum plurimos reges orbis haberet. Cepit (vt fit) pluritas principum discordiam parere. Nāqꝫ cum modo de finibus. modo de iurisdictione ꝯtēderent. Nec esset qui lites dirimeret. nisi gladius. cum nemo minorem se altero reputaret. strepentibus ac furentibus bellis. Nec ciuitas cum ciuitate. nec ꝓuincia cum ꝓuincia conuenire poterat. dulceqꝫ illud ac suauissimū humane societatis cōmertiū ꝓhibebat̄. Sed affuit presto benigna humane nature prouidentia. Que suapte ingenio ad optima tendit. necvult q̄ sunt queqꝫ futura sunt male disponi. Hanc igitur operante ad vnū principatum. quem greci monarchiam. Nostri v̄o imperium vocitant reduci singula placuit. Nec em̄ aliter pax poterat vniuersalis haberi. Hinc illud assirioꝝ imperiū exortum est. Hinc grecorū principatus alexandri magni virtute atqꝫ fortuna ex europa in asiam ac libiā ampliatus. Hinc carthaginēse. Sed cum hec imperia nūqꝫ sibi totū orbem subiecissent. Ac ꝓpterea pacem vniuersalem parere non potuerūt. Placuit siue humane nature altrici. siue ipsius nature domino rectoriqꝫ deo. romanū imperium excitare. Roma igitur vt premissum est ab initio per reges gubernata est. septēqꝫ regibus paruit. Quibus exactis duo constituti sunt penes quos summū ius esset. Ad extremū cū neqꝫ populus neqꝫ senatus satis ꝓbe ꝓuincias vrbēqꝫ regerent data ē vni potestas vt ratū esset quicqd ab eo cōstitueretur. Cui rei principiū iuliū cesarem ꝑstitisse non est ambiguū. Constituto vt diximus principe lege antiqua q̄ regia nūcupatur. populꝰ ei ⁊ in eum omē suū imperiū ac potestatem contulit. Nec em̄ vel populare regimen qd̄ politicū. vel optimoꝝ ciuiū qd̄ aristocraticum appellat̄. tam iustum tamqꝫ pacificū esse potest. quā monarchicū qd̄ in romano principe recognoscimus. Quod aliquando per ytalos. aliquando per hyspanos. Interdū per affros. dalmatasqꝫ constat administratum. Peruenit etiam ad grecos diuqꝫ apud constantinopolim tante gloria dignitatis permansit. Et quāuis aliquādo duo insimul fuerint augusti: vt dyoclecianꝰ ⁊ maximianꝰ. non nūqꝫ etiā plures. Id tamē vsurpatione magis q̄ʒ iure contigit. In apibus em̄ inquit Gregorius priceps vnus est. Grues vnā sequūtur. imperator vnus. Obuenit aūt hec dignitas nūc senatus electione. nūc populi vocatione. nūc militari fauore: nūc principis ordinatione. Demū v̄o negligentibus romā grecis: eāqꝫ nunc barbarorum. nūc aliorum direptioni relinquentibus. populus ille romanus qui suo sanguine tm̄ parat imperium. Quiqꝫ suis virtutibus monarchiam fundauerat orbis: venientem in auxiliū eius Carolum magnū francorum regem natione germanum. qui vrbem sacraqꝫ loca ab omni hostiū concursione defendit. primo patriciū post augustum concurrente summi ꝯsensu pontificis acclamauit. a carolo itaqꝫ magno imperij dignitatē occidenti restitutam. vsqꝫ ad ludouicū arnulphi filiuꝫ imperiū apud gallos nō paruū habuit incrementū: veꝝ postea principum illoꝝ ignauia. splendor ille romani imperij in obscuras tenebras conuersus est. atqꝫ imperium quod annis centum ⁊ decem franci potiti fuerāt. demū in longobardos deductum est. Postremo in germanos duce ottone heinrici regis filio translatum est. Taliqꝫ modo in germanos romanū imperiū constat esse translatum. atqꝫ vsqꝫ in presens obseruatur. Quod per varias manꝰ deductum. Nunc ad fridericum tercium ac filiū eius regem maximilianū per legitimā electionem deriuatum est. Quibus suprema in temporalibus est ex alto cōmissa potestas. vt bella feliciter pagant: pacē decorent. ⁊ reipublice statum sustentent. Ad quas res omnes populi. omnes nationes. omesqꝫ reges ac pn̄cipes. huic imperio libētibus animis se submittent.

Anno mundi. 6153. Anno xp̄i. 954.

IOannes duodecimus papa romanꝰ. de via lata. pr̄is Alberici potentia fretus. pontificatum occupat. Octauianꝰ is q̄dem primo vocabaꝛ. Albericus em̄ q̄dam romanꝰ ciuis potentissimus per factionē cū magnatibꝰ initam. pꝫqꝫ vim clero ⁊ pp̄lo illatam filiū suū octauianū creari pontificē obtinuit Qui ioannes duodecimus appellatus ē. Is vitā nedū pontifici. ſ cuicūqꝫ priuato turpem in pontificatu duxit. Quippe q̄ p̄ter venationis (cui se totum dedit) leuitatē. mulieres palā habuit cōcubinas. Erant tū rome duo consules ex nobilitate quotannis. q̄ ad vetusti cōsulatus exemplar summe reꝝ p̄essent. Et p̄fectus ite n ex nobilitate creatus pp̄lo ius dicebat. Ex plebe aūt creati singulis annis. xij. q̄bus de carconibꝰ erat appellatio. senatꝰ vicē consilijs deliberationibus obtinebāt. Parebant ṽo romanis a q̄bus mg̃ratus annuos accipiebant oēs vrbes ⁊ oppida vicina etrurie intra vrbeuentanū tudertinūqꝫ agros in vrbē vergentis. Et quicq̄d a neapoli ⁊ a marsis reatinisqꝫ ad vrbē pertinet vlteriora ꝑtim greci. ꝑtim sarraceni occupauerāt. Octauianꝰ itaqꝫ potētia ī satis libera ciuitate fretus. pontificiū munꝰ humeris suis nequaqꝫ couenies sibi desummi. Hac q̄dem indignitate moti duo cardinales litteris ottonē obsecrant. vt clerū pp̄lmqꝫ romanū e manibus berēgarij ioannisqꝫ duodecimi vendicare coneret. aliter xp̄ianā fidem cū imperio perituā. Quorū ioannes vterqꝫ noie. diaconus vterqꝫ dignitate. ⁊ ordine erat. Similesqꝫ l̄ras ad othonem multi ytalie pp̄li ⁊ potentes domi nobiles dederūt. Interim dū otto expectareꝛ re ꝑ indices patefacta. Joannes duodecimus iracūdia eiꝰ erat impotens excāduit. Et cardinales diaconos naso vnū. manu alteꝝ mutilauit. hāc obrem otto in ytaliā mouens vrbē ingrediēs a ioanne honorificentissime suscipitur. coronaturqꝫ vt q̄dem tradūt. accepto germanie pannonieqꝫ titulo. Translato tū primū ad germāos impio. alij a leone hoc factū existimāt. Cōposito aliq̄ntulū statu ciuitatis cū ioanne secrete collocutꝰ. eū a flagitijs deterrens. ad ṽtutem cohortabaꝛ. Verū cū nequaqꝫ moueri e sentētia ṽbis eum cerneret. ad minas conuersus. Is iudiciuz reformidās in siluis more fere aliquādiu delituit. Interim post paucos q̄ꝫ redierat menses obijt. Et vt multi habent scriptores in adulterio deprehensus. pontificatus sui anno nono. mense tercio. die q̄nto Eius ṽo in morte sedes dies. 12. vacat.

BEnedictus quintus papa. patria romanus. ex diacono in seditione pōtifex creatur. ab his potissimū qui ioanni cognatione factioneqꝫ cōiuncti fuerāt. Cū prius otto leonē electū cōfirmasset. ꝓterui tn̄ bn̄dictū in petri ap̄lo sede ꝓ romano pontifice locauerūt. Ea cū intellexisset otto non vltra ṽbis cōminationibusqꝫ agendū ratus. primū omni agri ⁊ ditionis romanoꝝ ciuitates. ⁊ oppida pleraqꝫ capi diripi ac magna exꝑte vastari curauit. Romā exinde adeo dura pressit obsidione. vt modiū furfuris ꝑ eam tempestatez triginta aureis venūdatū fuerit. tantisqꝫ coangustatos malis romanos benedictū ottoni dederunt. ⁊ leonē acceperūt. Edomita romanoꝝ proteruia. otto in germaniā reuersus benedictum apud hausburgā relegauit. vbi post paucos menses vita est functus Vixit aūt in pontificatu mensibus sex dies quinqꝫ. Sedes deinde diebus viginti vacauit.

LEo octauus papa. ciuis ⁊ latronensis eccie ꝓthoscen iarius a clero pp̄loqꝫ romano ꝯpulso ioanne pōtifex creatus aū bn̄dictū. quē otto in sede petri ꝯfirmauit. q̄ꝫ cū furētes romani ⁊ passione obcecati eiecissent. agentē imperatorē spoleti adijsset Otto eos vi ⁊ armis ꝯpulit leonem suscipe. q̄ statim romanoꝝ inconstantiā pertesus auctoritatē oēm eligendi pontificem a clero populoqꝫ romano ad impatorē trāstultt. Leoqꝫ ꝑiter vix ad terciū mensem q̄ꝫ restitutus fuerat superstes fuit. Anno em̄ p̄mo. mense quarro moriꝛ.

IOannes. xiij. papa. narnieſ ep̄s. pr̄ia rōnus p̄re ioāne ep̄o leoni successit. quā petrus vrbis p̄fectꝰ capitali odio ꝑsecutꝰ ē. Accersitꝰ autē Jofredꝰ in cāpaniaz comes potens armatis stipatꝰ. ioannē in pōtificem lateranēsi cepit. ꝑduxitqꝫ ī adriani molē. quā tūc sic ⁊ nūc castellū sancti angeli appellabāt. pōtifexqꝫ ibi aliq̄t custoditꝰ diebꝰ in campaniā ductꝰ est ad iofredi libidinē retinēdꝰ. Veꝝ interfecto iofredo eiꝰ qꝫ vnico filio a ioāne capuano p̄ncipe. pōtifex xj. mēse sui exilij romā ꝓpere redijt. otto cognita pōtificis calamitate romā perueniēs ꝯsules p̄fectū cū decarchonibꝰ ī vincl'a conijcit. Inde cū otto senio ꝯfectꝰ obijt. nō m̄lto post ioācs pōtifex sexto pontificatus sui āno. mense. xi. die quinto subsecutus est.

BEnedictꝰ sextꝰ papa p̄ria rōnus ioāni ī pōtificatu ⁊ calamitatibꝰ successit. q̄ ⁊ ip̄e a cincio ciue rōno. ⁊ q̄dē p̄potenti ī castellū scti. angeli trusus: eo in loco nō multo post strangulaꝛ vel vt alij h̄nt fame moriꝛ anno p̄io. mēse sexto sui pontificatus.

Linea summoꝝ pontificu

Joannes duodecimus



Benedictus quintus



Leo octauus



Joannes terciusdecimus



Bn̄dictus sextus



Otto primus germanoꝝ impator. heinrici regis nobilis heres in regnū succedens. Anno salutis. 962. postqȝ in germania decē ꝛ octo annis regnauit impator a pontifice declaratus. imperauit annis. xij. primo in palatio aquisgrañ. a hildiberto archiepō magūtino prim⁹ coronatus. Vir vtiqȝ xp̄ianissim⁹ ꝛ eccie romane amator atqȝ acerrimus defensor. Qui domito boleslao boemoꝝ duce post liberatū ludouicū francie regem pacē regno dedit. Eodemqȝ tp̄e Vgo magnus comes parisiensis q̄ sororē otton is in m̄rimonio hēbat. Ludouico regi francie iterato inimicari ceperat. qđ cū intellexisset otto ne continendo in fide sororio satis p̄ nūcios litterasqȝ ꝓficeret. secūda expeditione in franciā delatus ip̄e cōpescuit. ꝛ regi parere ac subesse coegit. Dux quoqȝ gisilbertus q̄ regis ottonis sororē habebat in vxorez aduersus francos vt hostis ad andernacū ꝓcessit. vbi a francis victus fugiens in reno submergitur. Rex aūt belgicā ingressus totā in deditōnez redegit. post hec rex ludouicus viduaz gisilberti vxorē in cōiugem accepit. hungari quoqȝ siue q2 vicinos ꝯtiguosqȝ bohemos ab ottone domitos ac subactos indigne ferrent siue q2 illum francie expeditionibus occupatū min⁹ resistere posse crediderint. impetū in germaniā fecerūt. atqȝ sup̄ licum fluuiū ꝓpe ciuitatē augustā cōsederūt. Quibus otto p̄cibus vdalrici sanctissimi illius vrbis ep̄i motus occurrit. Duxit vero in illos magna sp̄e. nec minori cōfidentia plenus otto. ꝛ paribus animorū ardoribus paribusqȝ hincinde odijs p̄lio. qđ aliqđ diebus p̄ solas noctes intermisse fuisse ferūt. decertatū ē. Quāqȝ vō ottoni ꝛ germanis victoria cesserit cruētissima. Cecidit em̄ in eo p̄lio gener regis cōradus ꝛ dux wormaciensis. hūgari tamē nō fusi sup̄atiqȝ potius q̄ȝ pene ad internitionē cesi fuerūt. Adeoqȝ tūc eneruata ē potentia hungaroꝝ vt multis postea tp̄ibus se cōtinuerint. Tres in eo prelio reguli ad potestatem ottonis viui p̄ducti sunt. quos germani ottone etiā vt p̄hiberet adnitēte. laqueo in hungaroꝝ dedecus suspēsos necauerūt. Ea tot tantarūqȝ diu ꝛ multis ꝯtinuataꝝ i locꝭ victoriaꝝ. ottonis fama rōnis ytalisqȝ suasit. vt cū berengarij albertiqȝ filij. tum etiā ceteroꝝ ytalie tyrannoꝝ malis finē quererēt. ottonē orauerūt vt romanā ecciam liberaret. Moturus germania otto filiū ex alunda vxore susceptū ottonez nomine annū etatꝭ septimū agentē in germanie regē apud aquisgrañ. coronauit. Ottoni rome appropinquāti romanos obuiam effusos fuisse. illūqȝ triūphi apparatibus in vrbem deduxisse multi cōcordant scriptores. Joannēqȝ duodecimū ottonem in cesarem romanūqȝ impatorem augustum coronasse. Alij eā coronatōem leoni octauo attribuūt. quā opinionē Gracianū in decretis secutum fuisse videmus. Inde cum ioanne multis instit vt a flagitijs tempans vitam pontifice dignā duceret. Et cū suasiones paꝝ prodesse intelligeret. episcopos ytalie cōuocari curauit. Sed pertinax in turpitudine ioannes roma fugiens in montibus delituit. Cū magnus ad impatorem cōcursus factus. efflagitatūqȝ est vt quēpiam ille dignū pontificē designaret. otto modestia vsus electū se iubente a clero ꝛ populo leonē cōfirmauit. quo facto ꝛ reb⁹ s vrbis rome cōpositis otto spoletū accessit. Is quoqȝ grecos in apulia ꝛ in calabria sup̄auit. Et romanoꝝ imperiū ad frācos oriētales reduxit. atqȝ in goslaria saxonia argentifodinas inuenit Madeburgam vbi sepultus est ornamentis plurimis decorauit. ꝛ metropolim fecit. denarij item ab eo ottolini vocati in ytalia constituti sunt. Alia insuper facinora laude digna inuictissimus hic impator strēnue gessit. Erat em̄ mitissimi ꝛ singularis clementie homo. Suscepta itaqȝ imperij dignitate singulis ꝓpe annis ex germania in ytaliā veniebat. Tandē ottonem filiū admodū senex rome imperij consortē fecit. Quo facto in germaniā ꝓfectus. senio ꝯfectus. viēne morit̄. Cui⁹ corp⁹ in madeburg germanie vrbē delatū. in tēplo sc̄ti mauricij qđ ip̄e sumptuosissime construxerat sepelitur.

Ferūt multa ꝓdigia tū ytalia apparuisse. Nā ꝛ lapis de celo mire magnitudinis cecidit. sequente vētoꝝ ꝛ hymbriū ꝓcella. Et in vestib⁹ multoꝝ signū crucis ac q̄dē cruēte diuinit⁹ apparuit. q̄ q̄dē portenta indicare magnas clades ꝛ calamitatē ecclesie multi interpretabantur.

Scisma quoqȝ decimū ꝛ vndecimū sustulit otto magnus imperator. deposito em̄ ioanne cuz populus ac clerus ro. leonem creasset. absente ottone a consanguineis ioannis leone electo benedictum subrogarunt. Indignatus otto coegit romanos abrogato benedicto leonē suscipere.

Linea īperatoꝝ
Otto primus



Cometa



Eclipsim horribilē sol passus ē die venerꝭ hora diei tercia. q̄ die in hyspania addamaram rex sarracenoꝝ a Radamiro xp̄ianissimo rege gallicie in bello superatus est.

In ytalia cometes mire magnitudinis apparuit protendens famē. q̄ secuta est. Rexqȝ otto corpus sancti Innocentij in vrbē madeburgā transfert. anno quoqȝ ottonis. xxxij. comes quidem eius familiaris rome a dyabolo arrept⁹ vt dentibus se discerperet ad ioannē. xiij. papā deductus. vt cathena sancti petri in collo circūdaret. fallaces clerici aliam cathenam adhibuerūt. cū nihil remedij sentiret allata cathena qua petrus a nerone ligatus fuerat collo apposita dyabolus spumans ac clamans abscessit. Theodoricus metensis episcopus arrepta cathena. nisi abscisa manu. se non dimissurum ait imperator. ad sedandam litem a papa ioanne obtinuit. vt anulum huius cathene exsectū episcopus obtineret. id summo honore obseruauit.

cum submitti vrbi adiacentem cōtinuo poterāt. Verū superuenientibus e constantinopolim lembis non paucis. in lacūqꝫ missis. rex oīm inopia oppidani pressi: diēs post duos ⁊ q̄nq̄ginta ab initio obsidionis deditionē fecere. Inde munita nicea. iter p̄ loca deserta facere necesse erat. bifariā copias diuisere. Cū autē boamūdus herbidū solum ad riuū quendā inuenisset. equos ⁊ iumenta reficere constituit. Subito euꝫ sarraceni adorti sunt. quē oppressissent ni hugo ⁊ gothifredꝰ cum q̄draginta milibꝰ eq̄tū ꝯfestim opē tulissent ꝑugnatum ē vtrūqꝫ acriter. Eo aūt prelio quo medi turci syrij caldei. sarraceni arabes interfuere ad q̄draginta milia hoīm cecidisse sequēti die cognitum ē. Solimānus aūt eoꝝ dux effusa fuga inde abiens. Inde xp̄iani segetibus iam maturescentibus adiuti sine vllo incōmodo ycomū primā lycaonie ciuitatē ꝑuenere Qua in potestatē dedentibus ciuibus redacta. pari felicitate heracleam tarsumqꝫ cepere. Tum balduinꝰ prestantis animi ⁊ ingenij vir primus oīm in asia dominatū adeptus ē. Tarso donatus. flexit inde in ciliciam maior exercitus q̄ minor armenia vocat̄. Capta deinde cesarea capadocie ī anthiochiā mouere: trāsmissis altissimis mōtibus. Aliquot inde ꝓgressi milia passuū xp̄iani ad flumē ꝑuenere vrbi antiochie ꝓpe cōtiguū farfar noīe. qđ vado trāsiri sine periculo nequit. castris firmatis duces vrbē ꝯtemplati. captiuos sciscitati sunt. q̄ esset ciuitatis forma. Rn̄derunt regē illius esse cassianū. Ea vrbs sicut hebreoꝝ monumenta hn̄t. Reblata prius inde ab antiochio orīētis dn̄atore eius nominis primo. dicta ē antiochia. duplicique circūdatur muro. pars cuius īterior latericio. exterior q̄drato lapide structa ē. Eaqꝫ superbaꝫ p̄ se ferens speciē. turres q̄dringentas sexaginta habet. colles q̄tuor vrbe includunt̄. In quoꝝ celsior ad orientē solē spectant̄ cacumine arx ē. natura loci munita. vt omēs sit machinamētoꝝ conatus. oīa oppugnantia ingenia facile frustratura. regionē incole appellant celisyriam. situsqꝫ vrbis fluminibus fontibusqꝫ irriguus. agros habet fertiles. ⁊ glebe maximā vbertatē. vicinusqꝫ lacus optimis habūdat piscibꝰ. Recedit a mari cilitio vrbs. xij. milia passus. vbi farfar fluuius portū efficit. nauiū etiam ceteraꝝ capacem. Accepit aūt ea ciuitas maxima ab ecclesie primitiue exordio ornamēta. Qđ petrus apostoloꝝ princeps primā in eam patriarchalē instituit. tenuitqꝫ sedem. Theophilusqꝫ ad quē euāgelista Lucas eadē oriūdus ciuitate actꝰ apostoloꝝ inscribit. Septimus a petro antistes in illa cōstitutus vt ꝓphani regis āntiochi nomē aboleret. Eam de suo nomine theophiliā appellauit. adeo sub xp̄i nomine floruit vt ep̄os tres supra q̄nquaginta ⁊ centū patriarche suffraganeos. Et sexaginta supra trecentas ecc̄ias vrbs habuerit. Cum itaqꝫ xp̄iani ad eam vrbem natura loci densissimo sblimiqꝫ muro minitissimā diu sedendum esse intelligerent. multa in concilio agitata sunt a ducibus prouisa. anno igit̄ salutis nostre millesimo nonagesimoseptimo vrbs antiochia magnis operibus obsideri cepta ē. Et aboamūdo normāno roberti apulie ducis filio viro vtiqꝫ clarissimo. post durissimā obsidionē capit̄ pyrrho antiocheno ciue admodū potente vrbis ingressum prebēte. Qui boamūdi v̄tutem admiratus. dediturū se illis vrbem spopondit. Si reliqui xp̄iani eidem cū imperio preesse boemūdū paterentur ingressi vrbem xp̄iani omibus fere pepercere ī p̄sidio sarracenoꝝ tātūmō scenitum ē. Cassianus aūt rex ad loca montana confugiens ab armenis trucidatur. Sola arx superat. quā dum boemūdus acerrime oppugnat femur sagitta traijcit̄. Vex superueniēte corbane persaꝝ regis militie principe. cum Sensadolo cassiani filio antiochiā recuperaturis. Boemūdus iam ex vulnere integer pugnandi copiam facit. Penuria reꝝ oīm vrgente decertare instituit.

Lancea domini



Cum res xp̄ianoꝝ in antiochia ꝑfecto afflicte erant. vt appareret oīa desperationis. plena in ꝓxe diem futura. nisi deus noster xp̄ianoꝝ salutem tutelamqꝫ sibi esse cordi miraculo ostendisset. Nanqꝫ lancea q̄ ihū xp̄i latus in cruce apuit per spiritalem viro religioso factam reuelationē. in sancti andree ecclesia est reperta. Quo diuine profectionis signo in magnam spem erecti animis. duces cuꝫ hostibus confligere statuerunt. Perlata itaqꝫ lancea illa tanq̄ vexillo optimo. Qua christi latus transfixus a longino fuit. hostes primo acriter resistentes supat boemūdus. ac cedit. Quorum de numero ad centum milia periſſe constat. Et quindecim milia camelos ceperūt. inde xp̄iani tantā predam abduxerūt vt ab extrema inopia ad summā oīm reꝝ vbertatem ob lancee ipsius miraculum peruenerunt.

Hildebertus ep̄us



Hildebertus cenomānorum gallie episcopus. vir ingenio ⁊ scientia diuinus. hac tempestate elegiaco carmine plurimū valuit. Is multas tribulatōnes ac carceres ac vincula apud romā pro christo ⁊ eius ecclesia sustinuit. Vbi ⁊ epistolas plures elegantes edidit: ac versus quosdam eleganciores de suo exilio. librūqꝫ perpulcrum. de tedio huius vite querimoniamqꝫ sui ipsius partim metrice. partimue prosaice composuit. atqꝫ orationem deniqꝫ ad trinitateꝫ pulcerrimā ac aduersus quosdam de eucharistia. multa alia edidit.

Sanctus quoqꝫ Maurillius episcopus Rothomagensis sanctitate preclarus. eo tempore vixit.

Ordo Cisterciensium



ORdo cisterciensiũ anno dñi millesimo nonagesi-
mooctauo. in burgundia a roberto religioso ac
venerabili molinensi abbate in heremo cistercij pmo
ortũ habuit. Quē ordinē vrban⁹ papa sub diui bene-
dicti abbatis regula. multis tñ additis cõstitutionib⁹
ꝯfirmauit. Et plurimis priuilegijs dotatus. augmen-
tũ in toto orbe sensit. Cum in epatu lingonensi mona-
steriũ religione ꝯspicuũ ac fama celeberrimũ nomine
molisin⁹ fundasset. Et varijs deinde possessioib⁹ atq
viris illustribus auctũ fuisset. Cũ diuturna ac copiosa
societas ṽtutibus deficere cepit. celestium amatores.
Hec vberrima spernētes ac pauptatem eligētes. vn⁹
ꝛ viginti mõachi cũ pře roberto egressi. post abrupta
cõualliũ. ac itineris difficultates varias. Tandem ad
cysterciũ in cabilonēsi dyocesi locũ vaste solitudinis.
horrendi aspectus deuenerũt. Gratũ igit a deo pordi-
natũ locũ acceptant. Ibiq nouũ locũ religionis ꝛ or-
dinē instituit. a q̊ loco cisterciensiũ ordinem nũcupare
voluit. Freti deinde consilio oddonis ducis burgun-
die. Et hugonis archiepi lugdonēsis sedis aplice le-
gati. ac walteri cabilonēsis epi. heremũ in abbatiã ex-
truere ceperũt. Qui breui in oibus mirũimmodũ cre-
uit. ac viros innũerabiles doctrina ꝛ sanctimonia illu-
stres protulit. In latere sinistro eius ecclesie viginti q-
tuor sanctoꝝ abbatũ sepulcra cernũtur. in dextra ma-
gni alani cum suo epigrãmate.

ROBertus vir sanctus abbas molinensis ex campania ortus primo monasteriũ beati stephani in pa-
rochia trecacensi ingressus. Inde relicto monasterio cũ alberico. odone iohanne. stephano. letaldo
ꝛ petro monachis heremũ petijt. cisterciũ auxilio ac auctoritate fret⁹ hugonis archiepi lugdunēsis ac om-
nis burgũdie ducis vt districtius maioꝝ instituta obseruaret. In cabilonēsi diocesi monasteriũ fundauit.
Inde ad molismũ reuocatus. Albericus vir deuotione clarus in eius locũ successit. Cui⁹ industria in sctã
religione ac laudabili cõuersatione profecit. Et a pasca-
li summo põtifice priuilegijs exēptoibusq dotat⁹ fuit.

Robertus abbas



STephan⁹ abbas cistercij religionis pauptatis ac
disciplinę regularis amator. anno. M. cviij. tpib⁹
heinrici qnti cartam caritatis auctoritate sigilli aposto-
lici cõfirmatã pfecit. Is ob paucitatē ingredientiũ aĩo
afflictus verētes obſuantiã admodũ rigidam. in nocte
p somniũ vidit ingētē mltitudinē hoĩm claustrũ adijsse
Illico seqnti die bernardus cũ fratribus ꝛ comitibus
ingressus ordinē cisterciensiũ plurimũ auxit ac decora-
uit vt infra patebit.

Stephanus abbas



Hierosolimoꝝ recupatio. ꝛ regni eius apud xpia-
nos principium.

DUces christiane expeditionis ad kalendarũ octobriũ diem antiochie cõuenerunt. Boemũdus prin-
ceps antiochie declaratus. Interea ṽo mortuo hugone magno reliqui duces Raymundo excepto q
cesariã cappadocie obsidebat proficisci hierosolimã cũ exercitu instituere. in liciam simul cõuenientes. Tor-
tosam oppugnare adorti. tribus mensibus frustra ꝯsumptis. soluta obsidione tripolim mouere. Et pacem
supplici illius regulo dederũt. Postera die nonaꝝ maij quarta. breuiore licet asperiore p montes via hiero-
solimã petere inceperunt. Primisq castris bethelon oppidũ arduo in monte situm est peruentum. Secun-
dis ad vrbem zebarim in cuius finibus ab aqua laboratum est. Tercijs ad flumē beraim; Inde per calles
arduũ superãtes montē. Postero die quintis castris baruthum vrbē maritimã puenere. Et sb inde ad sa-
gittã post ad surrũ dehinc ad acrũ singulis castris ē descēsum; petētesq p diē q secuta ē itineri initi. nonam
oppidũ cayphas noie tandē decima die ad cesareã applicuerũt maritimã vrbē inclitã palestine; quã beatus
asserit hieronimus hirgos olim. id est stratonis vrbem appellatam. herodē ꝫ maritimos insano extructaꝫ
opere. de augusta cesaris octauij noie cesareã appellasse. Morati apud eaꝫ dies duos. tercio ramolas acce-
tes. eaꝫ inueneřt metu a turcis sarracenisq desertã. Exinde motis de tercia vigilia castris sex progressi passu-

um milia. sole vix dū orto primū vrbis hierosolime menia prospexere. Videres vo tūc varios summo in gaudio motus. pars clamores in celū attollere: iubilis pars ⁊ canticis optimū maximū ihesum venerari. pars lacrimis vbertim in genas fluentibus. in facieq̃ ꝓstrata sanctam vrbē. sanctū venerandūq̃ sepulcrū dn̄i salutabat. Ea aūt vrbs (vt p̄missum ē in supioribus) in palestina sirie regione arduo in monte sita: mōtibus pariter arduis circūdatur. nec flumina intus. aut ꝓximo in agro. nec fontes habet p̄ter vnicū syloe amnē tenui ⁊ qñq̃ p estatem nulla fluentē aqua. Qui montē syon radens. vallem iosaphat mediam secat. quā ob aquaꝝ necessitatē. cisternas aquā ꝯtinentes pluuiā intus ⁊ extra ager multas et ꝓpe infinitas habet. ꝑtinet aūt eius ager ad varias gentes xp̄iani nois inimicas. Nā arabes moabitide ⁊ amonite ab orientali plaga. Sedumei egiptij ⁊ philistei a meridionali plaga. Et maritime ciuitates ptolomaida q̃ ⁊ Acon. Tyrus ⁊ Tripolis. ab occidentali. tyberiasq̃ cesarea philippi regio decapoleos ⁊ damascus a septētrionali in hierosolimitanos fines spectāt. Itaq̃ cū primum ad hierosolime menia portasq̃ ventū ē. nihil antiquius duces duxere q̃ vrbe in circuitu lustrata. metandis q̃ oportune castris. loca ducibus exercituiq̃ diuidere. Christiani igit̄ compato omifariam cōmeatu. q̄tuor locis oppugnare vrbē magnis virib⁹ adorti. eā hierosolimitanis acriter defendentibus. ydibus iulij vi cepere. precipua tn̄ in recupanda tanta vrbe laus gothifredi fuit. q̄ partē muri ei ac fratribus ad oppugnandū assignatū primus conscendit balduinoq̃ potestatē fecit. vt in vrbē descendens xp̄ianis portas recluderet. quibus certe irrūpentibus tanta cedes facta ē. cū in vrbe vel maxime in templo vt morietiū cruor tales hoim̄ supgrederet̄. Cepissent eadē quoq̃ die templū. nisi nox supuenisset. Postridie cū ad superiora templi expugnanda reditum esset ciuibus. miserabili voce planctuq̃ supplicantibus. Et per eos p̄sidiorū primoribus ē cōcessa vita. In hūcq̃ modum hierosolima a xp̄ianis capta ē. ydibus iulij nono ⁊ nonagesimo supra millesimū salutis anno. Postq̃ heraclij impatoris tpibus ea ciuitas a sarracenis fuerat possessa. Potiti templo duces vrbis. ⁊ illius purgatione a cadaueribus sarracenis inūcta. exuerūt arma. Et ad sanctū dn̄i sepulcrū cernui vel poti⁹ repentes perrexere. idem fecit oīs xp̄ianoꝝ multitudo. Petiti postea latebris ꝓdeūtes xp̄iani numero paucissimi hierosolimis habitare cōsueti. Quibus ostendentibus vbi dominus ihesus in horto captus. vbi v̄berat⁹ vbi passus vbi deinde obseruatus. ⁊ demū ascendit in celos didicit omnis populus

Gotfredus primus rex hierosolime



His per octo dies summa deuotōne obitis spiritalibus gaudijs. de rege vrbi dando agi ceptum est. Quā ad creatiōnē cū oīs cōuenisset xp̄ianoꝝ exercitus. nec vota scrutari. nec suffragia iniri oportuit. Qd̄ illico gotfredū boliomū regem non magis multitudo omnis. q̃ ipsi duces acclamauere. Gestatus itaq̃ ducū humeris ad sacrosanctū dn̄i sepulcrū gotfredus inter missaꝝ solennia accuratissime celebrata. rex hierosolimitanus est appellatus. Sed is vir eximius dominiū vrbis qd̄ tanta principū populorūq̃ xp̄iane expeditionis concordia oblatum erat accepit. regni vo titulū ⁊ insignia ideo se nolle dixit. q̄ indecēs nepharīūq̃ duceret diadema aureū peccatorē homūtionē capiti imponere. ea in vrbe in qua saluator mundi eternus rex spineam suo sacratissimo madētē sanguine coronam gestasset. Inde arnulphus p̄sbyter. Sed nihil in humanis reb⁹ qd̄ ad felicitatem pertineat diuturnū ē. Anno em̄ vno post captā tot laboribus hierosolimā gothifredus febri correptus moritur.

Balduinus rex secūdus hierosolime



Balduinus frater cum gotfredus febre correptus obijt. magno oīm xp̄ianorum qui terram incolebant sanctam consensu. non sicut frater dominus sed rex hierosolime est creatus fuit. is annus xp̄iane salutis supra millesimū cētesimus primus. quo in anno secūdus vrbanus pontifex romanus tanq̃ re abse inchoata dominici sepulcri liberationis feliciter absoluta carnis humane carceribus ⁊ ip̄e liberatus est. Balduinus annis. xviij. regnauit cum sarraceni magnos exercitus recuperande hierosolime eam conduxerunt. In quos paꝝ ꝓsulte intulit conflictus. tandem vocauit genuēses ⁊ venetos ⁊ acon vrbem terram mariq̃ oppugnās obtinuit. ac sarracenos fudit atq̃ fugauit. indeq̃ egiptios secundo prelio superauit ⁊ caliphā eorum regem interemit.



Stella insolita hoc anno prima q̄dragesime hebdomada. feria sexta circa vesperū in austrū ⁊ occidentē lucere visa ē. Et per dies. xxv. eadem hora semper splenduit. Cui ingens trabes visa est ex oriente occurrere. Post hoc in cena dn̄i. vise sunt due lune parum ante diem. vna in oriente ⁊ altera in occidente. Non multo post Cometes longos ⁊ flāmeos crines per mane ducens apparuit. De qua quidā monachus malmaberie elmerus nomine. Venisti inquit Venisti multis matribus lugendum. dudum est quod te vidi. Sed nunc multo terribiliorem te intueor patrie huius excidiū minantem.

Linea summoꝝ pontificu

Pascalis secundus



Gelasius secundus



Calistus secundus



Anno mundi.6293. Anno xpi.1094.

Pascalis eiꝰ nois secũdus papa natione ytalus e flãminea prouincia. patre crescentio. mr̃e alfacia. Raynerius añ pōtificatũ vocatus vrbano pontifici ſbſtitutꝰ, quē gregorius septimus ob virtutē ⁊ doctrinã scti clemētis ꝑſbyteꝝ creauit. In q̃ q̃dē loco clerus ipe post vrbani mortē. eũdē pascalē vita ꝓuata ꝯtentũ q̃ppe q̃ antea monachus fuerat etiã nolentē ⁊ latitantē pontificē creat. q̄ dicerat humeros suos neq̃q̃ tanto oneri suffecturos. sed expetente pplo. eligente clero collaudante cardinaliũ senatu pontificũ munus suscepit. maxime vō cũ ter acclamatũ esset sanctꝰ petrus raynerium virũ optimũ pontificē elegit. Cui postea pascalis nomen indidere. tiara capiti eius imposita comitante pplo ⁊ clero equo albo ad lateranũ ꝑducitur. Inde post vnctionē coronã de more accepit. ecclesie postea labenti q̃rũdam seditionibus cōsulturus. copias suas in gibertũ antipapã mittit qui nō multo post subita morte correptus. a malis tñ eccia dei nō statim quieuit. Richardus campanꝰ comes albertũ q̃ndam sufficit attellanũ ciuē q̃ statim a bene sentientibus abdicare se magistratu coactꝰ relegat᷑. Cauerses aũt agri ꝑnestini incole theodaricũ q̃ndam pōtificē creauere. Verꝝ ij q̃ꝫ pnia ducti q̃nto ⁊ centesimo die e pontificatu deiectũ anachorite habitũ induere cogũt. Pacata tandē eccia romana pascalis vir magni ingenij animi vrbē castellanã ⁊ beneuentuꝫ ab hostibus occupatã recepit. Hijs ⁊ alijs plurimis facinoribus strennue gestis in cisalpinã ꝓficiscit᷑ vbi guardastallũ agri cremonēsis oppidũ conuentu multorũ principũ ⁊ epoꝝ habito de homagijs de feudo magna habita ē rō. Rome preterea eccl'ias. xv. cōsecrauit. Dedicataq̃ꝫ ꝑneste agapiti basilica romã effusa obuiã vrbana multitudine honoris cã tandeꝫ redijt. q̃ q̃dem ex freq̃ntia inualitudinem incidens se paulo post moriturũ cognouit. Quare acceptis eccl'ie sacris cohortatusq̃ꝫ cleꝝ ad pacē ⁊ cōcordiã. pōtificatus sui anno. xviij. mense. vj. die. vij. moritur q̃ntodecimo kal'. februarij sepeliturq̃ꝫ in basilica constantiniana.

Gelasius secũdus ioannes antea vocatꝰ pr̃ia caietanꝰ pr̃e crescētio nobili genere natus ingenueq̃ꝫ a teneris annis educatus ⁊ doctꝰ in mōte cassino religionis fundamēta perdidicit sub odrisio abbate viro sanctissimo hanc ob rem ab vrbano secũdo romã accitus. Vir ⁊ ipe sanctissimꝰ ⁊ om̃i laude dignꝰ. si vitã ꝯtinētissimã. si mores. si doctrinã inspicias. Nã ⁊ cōstanter ⁊ sancte in tantis ꝓcellis humanaꝝ ꝑturbationũ vixerat. ideo vno oīm ꝯsensu pontifex creatur. verũ cincius fregepanis ira ob hãc electionē ꝑcitus q̄ vnũ ex suis cardinalibꝰ collegio ꝑposuerat quē pōtificē eligeret. in monasteriũ palladij cũ armatis satellitibus irrũpens refractis foribus obuiũ quēquã ꝑcutit. pontificē obtorto collo in terrã deiectũ calcibus ꝯterit in vinculaq̃ꝫ conijcit. cardinales fugã parãtes ex mulis ⁊ equis deijcit nullũq̃ꝫ genus ꝯtumelie ꝑtermittit. Nō tulit tantã iniuriã populus ro. cōfesti liberatꝰ in lateranũ ducit᷑ vbi de more coronat᷑. Perseq̃nte deinde illũ heinrico imꝑatore in gallias ꝯfugit vbi ab abbate cluniacēsi magnifice ⁊ splendide suscipit᷑ intereundũ eccl'ias in tillano ⁊ in tornaco dedicat. tandem ad cluniacense monasteriũ ꝑueniens. Ibi dũ multa ĩ eccl'ie reformatōem tutelãq̃ꝫ cũ regibus ⁊ principibus molliret᷑. pleuresi correptꝰ pontificatꝰ sui anno primo die quinto moritur. Sepelitur autem eius corpus intra limina cluniacensis cenobij.

Anno mũdi. 6313. Anno xpi. 1114.

Calistus secundus guido antea vocatus natione burgũdus. viennensis archiepiscopus originē a regibus francie anglie atq̃ꝫ etiã alemanie ꝓsapia ducens ⁊ vt alij habent comit burgũdie frater a cardinalibus qui cluniaci tum aderant pontifex creatur. verũ non prius pontificiũ habitum sibi desumpsit q̃ intellexit se ab hijs quoq̃ꝫ cardinalibus confirmari qui rome ⁊ in ytalia remãserant. Renũcijs cognita romam veniens populo obuiam prodeũte vrbem ingreditur congratulantibus om̃ibus. Rebꝰ aũt ex sentētia rome compositis beneuentũ ꝓficiscitur quo principes cōuenere qui iureiurando ꝓmiserũt se in potestate pape semꝑ affuturos. Inde romã rediens legatos ad heinricum imꝑatorem mittit. Qui pace sine vlla ꝯtentione composita ad vrbem redeũtes tabellam pacis ad lateranensem basilicam suspendere publica igit᷑ leticia exorta est. Pontifexq̃ꝫ interea beneuentũ delatus infausta in expeditione sua multos sibi carissimos febribus correptos amisit. Et ipe mala pariter vsus valitudine lectica in vrbē eger mestusq̃ꝫ relatus est. at Calistus pontifex valitudine vix dum reintegrata concilium laterani nongentoꝝ patrum congregauit. in quo cũ pacem inter multas dissidentes cōposuit. tũ maxime ecclesiasticum statuꝫ reformauit. Et q̃ plurimi faciendũ ē dñicum michaelem venetoꝝ ducem vt laborantibus apud hierosolimã xpianoꝝ rebꝰ subueniret missis cum vexillo ecclesie nũcijs exorauit. Tandem de deo deq̃ꝫ hominibus bene meritus pontificatus sui anno quinto. mense decimo. die sexto in dño moritur.

Linea imperatoꝝ
Heinricus quintus



Heinricus eius nomīs q̄ntus p̄dicti Henrici q̄rti filius anno ab incarnatione dn̄i. M.c.vij. ab electorıbꝰ delectꝰ impare cepit ⁊ impauit annis. xx. Is viuente adhuc patre rex romanoꝝ declaratus genitorē bello fuerat psecutus. quod maiori ex parte circa Leodiū coloniāqꝫ est gestū. Mouerat Aquisgrano cū exercitu filius in genitorē Leodij agentē ducturus. ⁊ p̄misse cohortes apud Mosam pontē occuparūt cū paterni milites in illos delati p̄lio decertarūt priusqꝫ q̄ꝫ henricus filius accessisset sui pōte deturbati clade haudquaqꝫ sunt confecti. Recessit itaqꝫ Henricus filius in colonıēses fidē genitori seruātes auxilio archiepi fauētꝫ sibi fretus Coloniā paruo obsesso tpe recepit. Inde epm Rotbardū ī Herbipoli ponēs securitate ab vrbanis accepta dimissis saxonibꝰ cū bauarijs ad obsidiū Nurmberg diuertit quā vrbē expugnauit. soluto exercitu ratisponā accessit. quē pater illico subsequēs Rubertū epm in Herbipoli restituit ⁊ auxilio Ratisponēsiū filiū vrbe fugauit. postea reuersus Leodiū cōstituerat illꝰ obsidionē priusqꝫ potiref nullatenꝰ relinquēdā. cōtinuaueratqꝫ mēses quatuor. cū pater ad annū regni vnde q̄nquagesimū eo in angore animi ē defunctꝰ. ⁊ heinricus ipe filꝰ eiꝰ nomīe q̄ntus regna quibꝰ tūc pociebaf retinuit iustiore titulo gubernandā. Reliquūqꝫ qd̄ in patris fuerat potestate a populis ē pmissum inde annos q̄nqꝫ primos accepti in paterni morte regni Germanie illo cōfirmādo totos adhibuit. nec pontifici romano Pascali secūdo ea rōe aliter molestus fuit q̄ꝫ q̄ ⁊ ipe epōs aliosqꝫ ecclasticos ausus ē in iussu pōtificis inuestire. Cūqꝫ pōtificē eā auctoritatē petitā cōstantissime vidisset denegare dolis rē est aggressus ⁊ ad sextuꝫ regni annū veniēs cū exercitu in Etruriā oratores p̄misit. q̄ ostensis mādatis regē spopōderūt si ad coronationē admitteref iuratuꝝ se oēm inuestiturā oīno omissurū vt oēs regnoꝝ suoꝝ eccle iura ppria. ⁊ btūs Petrus suū habeat patrimoniū sic a Carolo Luduico Heinrico sctō ⁊ alijs impatoribꝰ factū fuerat. ea sponsione solenni firmata misit pōtifex sutriū legatos q̄bus rex ex cōcepta rome formula iuramento pmisit. Venit itaqꝫ Heinricus ad terciū ydus februarij ad mōtem gaudij q̄ ⁊ malꝰ dicif. cui postea die signiferi cū vexillis ⁊ multitudo populi cū oliue romusculis occurrerūt. cū est ventū ad supremos scalaꝝ atrij gradꝰ pstrauit se rex ad pōtificꝫ pedes ⁊ eleuatū ille ad oꝛꝫ osculū admisit priusqꝫ introducere pfessionē ex more impatoriā fecit ⁊ tūc a pōtifice impator appellatus ē. postea petijt impatorē pontifex vt pmissa seruaturus inuestituris abrenūtiaret. ille surgens secessit ac Pascalē cū vniuersis eccle p̄latis p fraudē intercepit eoꝝ bona in p̄dā cōuertit. Postera die populus romanꝰ armis correptus ꝯtra theotonicos insurrexit tādē vrbe eiecerūt. Impator aūt in circuitu vrbis rome in vindictā oīa suburbana incendio consumpsit. Romanis tn̄ vt se admitterēt muneribus donisqꝫ tentauit. vna tn̄ romanoꝝ vox fuit vt nūqꝫ admitteref q̄ꝫ pontifex ⁊ cleri liberi essent. Cōpositis igif rebus impator a pōtifice cōfirmaf ⁊ coronaf Voti compos factꝰ in Germaniā cū pace redijt atqꝫ Mathildē filiā regis anglie in Magūcia sponsam accepit. Deinde decimo imperij sui anno in ytaliā rursus venit cū rite coronari non obtinuerit a Mauricio archiepō coronā accepit. Tandē in manꝰ Calisti pape iura eccle resignauit absolutionis bn̄ficiū impetrauit. Postremo dū inferiores ptes rheni circuire parat in Traiecto frisie vrbe morbo correptus diē clausit extremū. Inde p coloniā ad spirā ductꝰ iuxta auū cultu regio sepelif. Ad cuiꝰ tumulū tale inscriptū ē epitaphiū. Filius hic: pater hic: auus hic: proauus iacet istic. In eadē q̄ꝫ basilica Spire de his impatoribus p̄missis hec scripta ī sepuchris marmoreis ꝯtinēf. Conradꝰ scōs ipator romāoꝝ āno M.xxxix. nonas iunij obijt. Huius heinrici filꝰ tercius dictꝰ niger romanoꝝ impator anno M.lvi. obijt nonas octobris. versus septētrionē scriptū extat huius. filius Henricus q̄rtus dictus senior ro. impator M.c.vi. septimo ydꝰ iunij obijt. Filius eiusdem Heinricus q̄ntus iunior romanoꝝ impator. Anno dn̄ice incarnationis M.c.xxv. x. kalend augusti obijt. hec addere libuit ob varia dicta historicorum.

Anshelmus lucensis epūs vir doctrina ac sanctitate p̄cipuꝰ p hec tpa floruit. q̄ operā dederat vt cenobiū tā amplū sancti Benedicti io mantuano agro Mathildis impensa edificaref. eodemqꝫ in loco sepultus. ac Mantuā deinde translatꝰ in cathedralē ecclam ne a vicinis furto subriperef cū miraculis continuo clarior fieret. vbi nūc vsqꝫ miraculis clarus quiescit.

Anshelmus epūs



Anshelmū q̄ꝫ aliū fuisse ea tēpestate scribūt. Is vir doctissimꝰ ⁊ apd̄ anglos tanti p̄cij habitus vt breui ex monacho abbas. deinde Cantuarēisis archiepūs sit factus ⁊ p̄clarissima opa composuit de meditationibus. Cur deꝰ homo de libero arbitrio. de similitudinibꝰ monologion. de p̄destinatione. ⁊ plura alia prescripsit. nec dū. xv. sue etatis annū attingerat cū mēte reuolueret vitā quō in deū erigere posset. patriā egressus partim in Burgundia. ptim in francia ac normānia ad sanctitate pegit ⁊ p̄ceptorē Lanfrancū elegit qui in candonıēsis cenobij regimine assumptus ipe prioris officio functus est grinlacensem.

Felicia quoqꝫ hec tpa fuerunt que etiam Sigibertum monachū balbatenseꝫ virum spectate doctrine protulere qui in omni scientia literaꝝ ingeniosus. temporum descriptor post hec tpa obijt.

Ordo templarioꝝ



ORdo templarioꝝ militū (vt multi asseuerāt) sub Gelasio isto pontifice apud iherosolimā initiū sumpsit ⁊ ducētos ferme ꝑ annos ꝑdurauit. Aiūt enī veteres post subactū a gothifredo clarissimo Lothoringie duce ihrl'm regnū quosdā pios hoīes de militari disciplina ꝯspicuos. eo ꝙ peregrinos venerāda loca deuotione visitātes incursionib⁹ ⁊ latrociniis cernerent infestari. deo suā militiā deuouisse ⁊ apud iherosolimā cōmorātes ꝑegrinātib⁹ vltro sua subsidia impēdebāt. His primo numer⁹ paruus ⁊ volūtaria paupertas. ⁊ magister vnus in porticib⁹ templi fuit. Ex q̄ etiā sortiti cognomē. habitātes itaqꝫ nō longe a dn̄i sepulchro ꝑegrinos ingēti charitate suscipiebāt atꝫ eos per sacra loca armati deducebant. ⁊ inde sine aduersarioꝝ molestia reducebant. Hos vita fide ⁊ gr̄a multi peregrini in europā redeūtes mirūimmodū cōmendabant. ⁊ elemosinas donariaqꝫ largissima eis conferebant. Cū plurimo pio opi adhererēt ab honorio summo pontifice palliū albū ꝓ habitu ⁊ vite regula ꝯcessum est. cui pallio postmodū ab eugenio sucessore rubea crux suꝑaddita. cui militarent clarius p̄buit argumentū. quibus ⁊ btūs Bernhardus abbas regulam cōposuit obseruandā. Sane dū pene eos pauꝑtas nouerca libidinū viguit militie votū ⁊ viuendi exhibita norma optime obseruata illos fecere sanctitate florentes. Attamē dū pio opi vndiqꝫ xp̄ianoꝝ oꝑa affluēter opem afferūt. sensim subintrare delicie atqꝫ libidines incepere. ⁊ vti a principio relictis perituris diuiciis hoīes sacro opi subintrabāt. sic in ꝓcessu quasi ad paratos thesauros ceperūt impatientes inopie euolare. inde castris vrbib⁹ populis imꝑare. sibi quietē. seruis bella cōmittere ⁊ militie magistratū oneris olim officiū in honorē potissimum sublimare. quibus sic ī decliuū a virtute labentibus eorum exterminationem sub clemente quinto pontifice infra edocebimus.

Anno dn̄i millesimo. xx. ab incarnatiōe (vt scribit Vincētius) cepit ordo tēplaris militie. qui dicūt sci Johānis hierosolimitani. hi degunt sub regula beati Augustini habētes habitū nigrū mō laycali s cū cruce alba in pectore. qui deputati sunt ad pugnādū corporaliter ꝯ infideles. quorum locus principalis Rhodis insula. qui subdūt magno magistro rhodi. Similiter omnia eoꝝ oratoria ꝑ orbem dispsa q̄ multa sunt ⁊ opulēta. ⁊ q̄a pauci eoꝝ sunt clerici. priuilegio tn̄ ꝑsonali ⁊ reali clericoꝝ gaudētes sunt. horasqꝫ suas ex oratione dn̄icali videlicet pater noster indies ꝑficiūt. de quo inferius fiet mentio.



Apud Indos generale ⁊ p̄cipuū est cognomē suoꝝ patriarcharū Johānis p̄sbiteri. q̄s in p̄mis Matheus apl'us. deīn eunuchus Cādicis regine in ethiopia ꝯstituere. ⁊ Indiā beat⁹ Thomas apl'us ad fidē conuertit. Johānes aūt p̄sbiter non solū pontifex sed et magnus imꝑator censet. Cui impio duo ⁊ septuaginta reges parere ⁊ tributa pendere quotannis dicunt. In quoꝝ regnis. xxvii. supra cētū archiepi p̄sident. In ciuitate aūt ꝑmaxima noīe Bibrith sedem pontificatus ⁊ imperii habent. Anno aūt dn̄i. M. c. xx. Johānes patriarcha vn⁹ de maximis Indoꝝ romam veniens calixto pape cardinalibus ac ceteris p̄latis in publica assistentia narrauit quō sanctus Thomas apl'us quotannis diuinissimo sacramento populum in India communicat manu sua porrectū diguis ⁊ retractū ab indignis apud ciuitatem Hulnam.

Burdinus antipapa natione hispanus quē Heinricus q̄ntus imꝑator secūdo gelasio pontifice viuo in ydolū erexerat sutrii se continuerat. cui benedict⁹ nomē datū fuerat ꝑ id tp̄is apud vrbes romam secūdo calisto pontifice romano rebus eccl'asticis intēto contra eū pontificis nomē vsurpare volēs. In ea vrbe eum cetani comites tirannuli defensauerant. Dumqꝫ calistus concilio intētus esset vias illi claudiam ⁊ aureliaā adeo latrociniis fedauerant vt nemo illis romā tutus securusqꝫ posset accedere. Q̄obrem calistus pontifex copiis vndiqꝫ contractis sutriū obsedit. cuius oppidani infelice Burdinum e vestigio dederūt. Isqꝫ camelo ꝯuersa in bestie caudaꝫ facie impositus romāqꝫ ꝑductus non minus in vrbe q̄ꝫ in toto itinere ridiculo plebi fuit. abstinens tamen calistus ab iniqui hoīs sanguine illum in cauēse monasterium detrusit. Multa interim calistus in Rogerium Sicilie comitem se regem yt alie appellantem animo non minus celso q̄ꝫ irato dum molit obiit vt supra p̄missum est.


Bernbardus clareuallensis abbas natione burgūdus. hic ex castelliōe burgū-diorꝝ castro nobili ortū babuit ex parētibus nobilib⁹. cuius pr̄ Tesselinus miles strennuus ac deuot⁹ opidi defontanis ꝓpe diuionē. mater Acleth ex castro montis barri. que pͤter Bernbardū terciogenitū qnqꝫ filios ac filiā sanctimonia-lem in lucē ꝓduxit. q̄s cibis cōibus ac grossioribus (vt liberius ī monasterijs do seruire possent) enutriuit. Uidit aūt somniū dū in vtero gestaret bernbardū catel-lū candidū in dorso subruffum ꝛ latrantē ꝑsagiū futurorꝝ vt magnos latentos in detractores eccie faceret. Cū. xxij. attigisset annū cū. xxx. socijs (relicta domo pater-na) in cisterciensi monasterio anno M.c.xij. religiōis habitū deuotissime suscepit qd a Stephano religiosissimo viro an̄ p annos. xv. firmatū extitit. in q̄ tantū ꝓfe-cit vt breui tp̄is spacio ob maximā sanctitatē ꝛ doctrinā clareuallēsis abbas ab oī-bus creatus fuerit. cui quidē loco maxia cū gloria p sex ꝛ triginta annis p̄fuit. ꝛ i vita sua monasteria centū ꝛ. lx. sui ordinis extruxit. illustrās ecciam sanctitate vite et suauitate doctrine ꝛ miraculorꝝ glia. Preter em̄ laudabilē vitā ꝛ sanctitatē ma-ximā īgenij sui plurima edidit monimēta. de ꝯsideratiōe ad eugeniū papā. de cāti-cꝭ cāticorꝝ. de amore dei. librū meditationū ꝛ plura alia: omelias q̄ꝫ varias. epl̄as ac sermones. Cū apud oriētales edissa vrbs xp̄ianis ablata esset bernbard⁹ tantā noī xp̄iano iiustā ignominie notā īdignissime tulit. Is pricipes p̄latos nobiles et populos galliarꝝ pene singl̄os adiēs ineūdā eē expeditione vexilla crucꝭ ī barba-ros ꝓferēda ꝯcionabūd⁹ clamabat. ꝛ cōradū ro. regē ducē de expeditionis mun⁹ induxit. Deniqꝫ p⁹ mlta miracula ꝑpetrata cō-sūmatis vite sue annis circiter. lxiij. obdormi-uit in domino.

Sanct⁹ Bernbard⁹ ab-bas clareuallensis



Petrus alfonsus





Petrus alfonsus circa annū dn̄i M.c. claru-it genere iudeus antea moises vocat⁹. q̄ relicto iudaismo baptismi sacramētū deuotissi-me suscepit. ac librū pulcherrimū p modū dia-logi elegātē cōposuit in q̄ contra iudeos ꝛ sar-racenos egregie disputat. Alij tn̄ scribūt illuꝫ ad conuersionē venisse circa ānū dn̄i M.c.vi. et ab Alphonso hispanie rege ex sacro fonte susceptū. ꝛ id factū ī die natalis apl̄orꝝ petri ꝛ pauli. vn̄ ob venerationē ꝛ memoriā ei nomē impositū fuit petrus. ꝛ ob hoc alphonsi cog-nomētū habuit. ea gesta sunt in sede hostiēsis ciuitatis. qui postea christianā legē omnibus prestantiorē esse conclusit.



Sacro igne hac tēpestate in occidēte mlti accēdūt. mēbris istar carbonū nigrescē-tib⁹. q̄obrē anno dn̄i M.c.xxviij. mlti d pa-go suessionico sacro igne succēsi ad ecciam b. marie ī ciuitate suessiorꝝ si-tā conuenerūt. ibi diebus paucꝭ miaꝫ dei ꝛ beate Marie prestolantes sa-lutē consecuti sunt.

Sanguis hoc anno idib⁹ iunij in agro emi-liano ꝛ flāmīeo pluit ꝛ apud rauēnā ꝛ parmā. q̄ res plurimis ter-rori fuit.



Porca quedā in liginensi porrochia teste vincētio gallo enixa ē por-cellum hoīs faciē habentē. eodē quoqꝫ anno pullus galline q̄drupes nat⁹ est

Acies ignee apparuerūt in celo q̄ p totū celū sperse plurima parte noctis vise ꝛ stelle ꝑplures de celo ī terrā cecidisse vise sunt. supfusa aq̄ fum⁹ cū sono exibat

Hiēs insup asperrima fuit ꝓ q̄ stati valida fames subsecuta ē. ac hoīm mortalitas luesqꝫ aīaliūꝫ agrestiū ꝛ domesticorꝝ. strages quoqꝫ auiuꝫ mutuo concertancium extitit.

Terremotus p̄terea in ytalia multis ī locis q̄dra-ginta dierꝝ spacio ꝑdurauit vt ville amote sint.





Luna. xiij. intēpesta noctꝭ stell' lucētib⁹ eclipsim passa versa ē in colorē sanguineum.

Monstrū quoddā ge-mini corpis mulr peperit ante habens faci-em homīs retro canis.



Iohannes de tempo-ribus qui fuit armi-ger caroli magni ꝛ vixit annis. ccc. lxi. moritur.

Honorius secundus q̄ ꝛ Lambertus flagnani imolensis agri genitus Hostiensis epūs eo tpe pontifex creaꝛ q̄ Balduinus ab hostib⁹ pcio redempt⁹ antiochiā iherosolimitano regno adiūxit. Honori⁹ etsi obscuro loco natus erat tn̄ lr̄atura ꝛ moribus tanto magistratu dignus videbaꝛ. verū nō adeo eius ingressus laudaꝛ cū ambitiōe quorūdā poti⁹ q̄ꝫ oīm bonoꝝ pōtificatū inierit. nā populus ipe Saxonē sancti Stephani cardinalē pontificē p̄cupide nimiū optabant. id q̄ꝫ se cupere leo fregepanis ostendebat. At vero cū id velle Leonē cardinales quidā cerneret ne ex eius sententia pontificē legerēt omisso Saxone Thebaldū sancte anastasie p̄sbiterū cardinalē pontificē delegūt quē Celestinū appellarūt. tūc Leo nō amplius imorandū ratus Lambertū de q̄ ante p̄missum pontificē p̄ponit. cleroq̄ꝫ electionē approbante. q̄ inde oīm cōsensu pontifex maxim⁹ cōsalutaꝛ. qui cardinales quosdam viros insignes creauit quoꝝ opa postea magnis in rebus vsus est. At vero cū in pontificatu recte gubernato quinquēnio ac mensibus duobus vixisset collachrimantibus omnibus moriꝛ ꝛ in basilica lateranensi nullo non genere honoris adhibito sepelitur.

Innocentius secundus ad annū salutis tricesimū ꝛ vndecies cētenū Honorio successerat. patria roman⁹ ex Thiberina regiōe patre iohanne. qui pontificatu suscepto statim in Rogeriū Rogerij comitis sicilie filiū mouet. Is sese ytalie regē appellans egre tulit adeo vt iracūdia magis q̄ꝫ viribus ad eā rē aggrediendā necessarijs fretus tumultuario cōtractū impetu exercituꝫ in illū duxerit tanta p̄fectus celeritate vt apud scti Germani opidū improuisu impetu sit repulsus. oppidoq̄ꝫ capto. at Guilhelmus calabrie dux Rogerij filius cū exercitu veniēs comisso p̄lio pontifex cū cardinalibus capti gloriā adeptus est. Rogerius tamē modestia vsus pontifice cū suis liberato quicq̄t voluit ab eo p̄ter regni titulū impetrauit. reuersus romā Innocētius Adulterinū pontificē nouū sibi suffectum reperit. Petrū petri leonis filiū qui se Anacletū pontificē appellaret. Is spoliauerat absente Innocentio primarias vrbis ecclias aureis argēteisq̄ꝫ ornamētis et cōflata inde ingenti pecunia multos in vrbe corrūperat. q̄ꝫobrē sibi ꝛ suis timēs Innocētius Conrado Sabinensi epo cardinali vicario suo in vrbe relicto roma migrans cuꝫ cardinalib⁹ ꝛ curia p pisas ꝛ genuā ad Philippū regē in frāciā est delatus. Inde celebrato apud claꝝ montē cōcilio Petrū antipapā ꝛ sectatores cuꝫ damnasset Aurelianū se cōtulit. In belgis deinde habito cōcilio in ytaliā cū Lothario impatore redijt. Celebrato apud placentiā cōcilio pisas se contulit. ꝛ cū genuensi populo reb⁹ breui cōpositis. tandē romā accessit pontifice in lateranū ꝛ rege in auentium montē a populo p̄ductis quies pata ē maxima ciuitati. celebrataq̄ꝫ synodo laterani cōstitutōꝫ q̄ extat. Ne q̄s in clericū man⁹ audeat inijcere violentas inter alia fecit. afflixit vero huius pōtificis extremo tpe om̄eꝫ ytaliam fames valida. pontificat⁹ sui anno. xiiij. mense. vij. die. viij. moritur.

Celestinus secundus Guido antea vocat⁹ scti Marci p̄sbiter cardīalis natione tuscus mortuo innocētio ad annū salutis terciū ꝛ q̄dragesimū supra vndecies cētenū pōtifex creaꝛ oīm cōsensu. Fuit aūt ortus e castro felicitatis q̄d nōnulli ciuitatē castelli esse affirmant Typhernū ab antiq̄s appellatū. Hic btūs in hoc tantūmō dici potest q̄ nullis seditionib⁹ toto suo pōtificatu ob breuitatē tpis vexatus fuerit. propter hanc vt arbitror causam. q̄ vbiq̄ꝫ peste laboratū ē. ex q̄ ꝛ ipe pōtificatus sui mēse q̄nto moriꝛ sepeliturq̄ꝫ in lateranensi.

Otto epūs Babēbergensis



Otto Babenbergensis epūs ex Sueuia ingenuis ortus parentib⁹ lrīs traditus ꝛ Poloniā aggressus eā linguā didicit. Auxilio inde ducisse Polonie i curiā henrici impatoris assumptus post Ruptū fauente henrico in epm Babēbergensem ordinatus. Postea cū annis q̄tuor p̄fuisset Pomeraniā p̄uinciaꝫ adijt. eam iuxta mare sita in refusionib⁹ triangularis apparēs que i occeano Daciā habꝫ in alia Prussiam ꝛ in tercia parte Poloniā attingit vsq̄ꝫ ad Saxoniā quā sua suaui doctrina ac miraculis relictis ydolis deo reddidit ꝛ ad xp̄i cultū reduxit. Variaq̄ꝫ monasteria in plerisq̄ꝫ locis extruxit. Celeberrimū q̄ꝫ fontis salutis cenobiū auxilio comitū de Abenberg p̄dijs auxit. Apud Ratisponā Pruuenig ꝛ alia monasteria i epātu halberstaten patauiēsi ꝛ aq̄legiēsi fundauit. Is itaq̄ꝫ vir sctūs ꝛ multis virtutib⁹ adornat⁹ Anno. M.c.xxxix. plurimis miraculis clarus moriꝛ. Sepultus in choro cenobij montis mōachoꝝ quē locū singulari affectōe sp colu it ac edificijs ornauit ꝛ fontē plūbeis fistulis e vicino mōte i monasteriū reduxit ꝛ a pōtifice ob miracl'a ꝛ eas res in sanctoꝝ confessorum cousortiū refertus est.

Balduinus ei⁹ nomīs terci⁹ iherosolimoꝝ rex prioꝛ Balduini cōsobrin⁹ fuit. qui anno scdo regni sui gazim turcoꝝ mioris Asie ducē supatū ꝯphendit. sequēti anno Damasci regē ex improuisu iherosolimā hostili aīo petentē fudit. antiochiāq̄ꝫ ciuitatē iherosolimitano regno adiūxit. deīn asclaonitaꝝ regē vnico p̄lio repulit. ꝛ Balduinū damasci regulū. tādē defūct⁹ nullū filiū ſ vnicā tm̄ filiā dimisit.

Linea sumoꝝ pontificū

Honorius secundus



Innocentius secundus



Celestinus secundus



Balduin⁹ rex. iij. ihrl'me



Linea imperatorum
Lotharius secundus



LOtharius q̄ ⁊ lintherius dux saxonie pr̄e gebhardo. defuncto heinrico quinto sine liberis. principibus magūtie cū legato ecclīe romane cōuenientibus in demortui heinrici imꝑatoris locū legitimis suffragijs cesar creatur. licet valde renitens ⁊ se tanto honore indignum dicens. voto oīm ad regnū tractus fuit. anno dn̄i. M.cxxvij. Is anno primo in bohemos sibi rebelles bella gessit. nō sine strage suoꝝ militū. Progeniē deinde heinrici castigās ideo fridericū ⁊ frēm ei⁹ conradū nepotes ex sorore heinrici imꝑatoris rebelles habuit. Vn̄ in eius odiū conradus a quibusdā rex declaratus fuit. habita deinde pace. eo viuēte quieuit. Imperio itaq̧ suscepto illico Innocentiū papam a petro antipapa roma pulsum in gallia apud leodiū adijt. sacro adact⁹ ē expeditionis breui parande. cū qua tut⁹ romā vere ꝓximo duceret. Et magno cōfestim exercitu compato in ytaliā cuz pontifice venit. Romāq̧ ingressi pōtificem i lateranū ꝑduxit. ⁊ mira felicitate statim oīa ad salutē redegit. Cui⁹ beneficio ductus innocentius ip̄m imperij corona solenni pompa coronauit. Qui mox i germaniā ad cōprimendos bohemoꝝ motus redijt. q̄bus superatis. Cū pontifex pisas cōuocatū ex vniuerso orbe aggressus ē cōciliū celebrare. in quo cōstitutōnes quasdā edidit. Illico rome ⁊ in rogerij principatu studiosi ꝑ pontificis innocētij absentiā caput attollere inceperūt. Viribus maxime innixi quas rogerius offerebat. Quare accersit⁹ a pontifice lotharius imperator romā cū exercitu aduolauit. ⁊ reductā classem pauloante pisani paratissimam eduxerūt. Pontifex aūt ⁊ imꝑator terra ꝑfecti. rogerius sibi timēs dū in siciliā confugisset om̄ia amisit q̄ in terra ytalie occupauerat. Cui custodiente terre pontifex rainonē lotharij imꝑatoris comitem attributo ducatus apulie titulo cum aliquot germanoꝝ cohortibus p̄fecit. Tantis rebus nō magis feliciter q̄z faciliter coniectis. redierūt in vrbem principes. Et lotharius in germaniā reduxit exercitū. Hic itaq̧ imꝑator multe prudentie ac clementie princeps fuit. Qui in toto suo imperio nil gessit qd̄ merito ab aliquo rep̄hendi potuerit. Qui tandē de deo. deq̧ hominibus bene meritus in p̄riam suā iter faciens. verone morbo correptus sine filijs vitam finiuit.

Fulco q̄ntus rex hierosolime



FUlco andegauensiū comes balduini p̄cedentis gener. in quartū hierosolime regem suffectus erat. Regnauit aūt annis. xj. Hic xp̄ianissimus vir fuit. ⁊ in armis acerrimus ꝓpugnator. In hūc igitur fulconē regem q̄ duobus filijs militaris rei scientissimis vteret̄ legatis rariores barbari impetus fecerūt. Primosq̧ oīm turcos sinū circūcolentes persicū. innumera viroꝝ milia statuisse in xp̄ianos hierosolimaz vsq̧ ducere. Rex factus ē certior qn̄ antiochenū illi agrū populabūdi ceperant infestare. Duxit tn̄ in illos ⁊ cōgressus audacissime irruentib⁹ tria milia interfecit. totidēq̧ ex eis captos tanq̧ in triūphū hierosolimā ligatos traxit. Ad quā turcoꝝ cladem excitus rex alaph gente turcus. non magis suis turcis q̄z arabibus. Caldeis. Babilonijsq̧ auxiliaribus copiosissimo fretus exercitu edissam inuasit mesopotamie ciuitatem. qua balduin⁹ Gotfredi frēm qui postea fuit secūdus hierosolime rex potitus fuit. Captaq̧ a barbaris vrbs summa ⁊ alias inaudita crudelitate direpta ē. Nam preter occisionem in omni etate comissam. archiepiscopus ⁊ clerus om̄is quod fidem xp̄i abnegare noluerūt gladio appetiti sunt. Et qd̄ om̄ia supare visum est mala. speciosissimas ex nostris mulieres. ⁊ nobilitate p̄stantiores. quas barbari super altare sancti Joannis baptiste qd̄ sciret̄ nr̄is religiosissimū esse violauerūt. Edissam esse vrbem illā nobilem medoꝝ. Ad quam sacre tradūt littere tobiam filiū suū misisse gabello. quāq̧ btūs thadeus apl̄us ad fidē xp̄i p̄dicationis diuini verbi ac miraculoꝝ virtute ꝯuertit. Et in qua (btī thome apl̄i ossibus decorata) abagarus rex fuerit. qn̄ ad dominū ihm̄ date ep̄le sue fidei ꝓmeruit scripta manu dei rn̄sa ꝑcipe. Que postq̧ q̄tuor ⁊. xl. annis a xp̄iano pp̄lo fuerit refecta. p̄ter humane ꝯditionis mores talia a barbaris sit ꝑpessa. q̄ nulla rōne sint nisi a perditissimis tolleranda. Fulco aūt rex quid ea sibi postularet accepta calamitas minus q̄z oportuit considerans dum leporem ex acconensi agro exagitat. equo in caput verso occubuit. balduinusq̧ filius eo nomīe rex tercius. regni titulū gubernationemq̧ accepit.

Hugo abbas



HUgo abbas cluniacensis augustudinēsis indigena fuit patre dalmatio. defuncto odilone licet renitens de volūtate oīm factus abbas. bonus sciā. melior cōscia. optimus tem̄pantia. forma angelicus. moribus compositus. sermone suauis. Tandez senio grauatus pontio successori cōmisit. vt humilitatis ⁊ innocentie thesauros custodiret. ⁊ in domino quieuit.

Helinandus ep̄us



HElinadus item laudunen̄. episcopus in om̄i sanctitate preclarus floruit. Et maurilius episcop⁹ rothomagensis miraculis insignis claruit.

Patauia preclara. diuesq; olim ciuitas. inter danubiū. Enūq; sita. quam prisci cesares ecclesie tradiderunt. vernacula lingua passaw appellata. Danubius ex montibus sueuie venit. ynus ex alpibus. q̄ germaniam ab ytalia disterminant. atq; in loco mixtus danubio nomen ammittit. Urbs ipa in longū tenditur. nec magno negocio formā insule susciperet. Si quis ab eno. foueam in danubium duceret. Nec yni quingenti passus sunt ex vna. in alteram aquam. Super yno pons est ligneus. qui sexdecim habet arcus ꝛ ciuitatis partem que transflumen est ciuitati maiori coniūgit. Est ꝛ alius pons super danubiū. per quē via est ad montes qui bohemiam respiciūt. Post hos montes fluuius alius niger admodum perlabitur. qui ex boemia veniens oppidulum iudeorꝫ. Et terciā patauie partem diuidens sub castro presulis danubio. quasi ex opposito yno se immiscet. Itaq; tria flumina vno in loco coniūgūtur. ac propterea locum istū quidam verbo ytalico passum hoc est transitum vocitant. Nam ꝛ per hunc locum merces ytalie in bohemiam ferebantur. Et superiores theutonici austriam vel hungariam petebant. sicut ꝛ hodie fieri videmꝰ. In medio vrbis templum est diui stephani primi martyris huius episcopatus patroni. egregie ceptum. ꝫ nondum perfectum. Chorus hic admodum pulcer edificatur. apud hoc templum edes episcopi sunt ad eā partem que respicit ynum. tum capacissime. tum splendidissime. Transdanubiūꝫ due quoq; sunt arces episcopi altera in summo montis cacumine. altera in radicibus apud aquas vbi danubius ꝛ niger bohemie fluuiꝰ (q̄ etiā fert vniones) ꝯiūgūt. Est ad sublimiorē arcē grādis ascēsus atq; difficilis. q̄ tātū ex vno āgulo p̄t oppugnari. Sꝫ tot ibi muitiones addite sunt tā muroꝝ uꝫ q̄ꝫ foueaꝝ vt expugāri posse nulla vi hoīm videat. Ibi ꝛ aule sunt ꝛ camere splēdidissime. q̄s q̄ viderit. nec ornaciꝰ aliq̄d. nec municiꝰ vsq; eē putauerit. at vbi descēderis ī arcē q̄ īfra iacet ornatū maiorē videbis. testudinatas cameras. ꝛ aulas q̄ꝫ plres: sunt



ēm theutonici mirabiles mathematici. oēs quoqȝ gentes in architectura superant. Ornaturqȝ hec ciuitas insignis pataui̇a corporibus sancti valentini. qđ taxilo dux baioarie ad eū locū deduxit. Et sancti maximiliani archiepi laureacensis. p. s. Rupertū ex laureata in patauiaȝ translatū. Fuit eīm laureata vrbs admodū insignis in ampla campoꝝ planicie. Et sup flumē qđ anasum vocant. a quo nūc vrbs nomē anasum habet. Ubi olim ecclesia metropolitica floruit. laureacensis dicta. beatusqȝ maximilianus (vt premissuȝ ē) archiepiscopatum rexit. Et inde martyrio coronatus fuit. Sed postqȝ athila rex hunoꝝ. vrbem hanc deleuit vbi arx erat. opidū ex nomine fluminis restrictum est. Sedes vō metropolitica in Saltzburgā trāslata

Hugo de. s. victore



Hugo de sancto victore natione gallus. ex castro sancti victoris canonicus (vt multi affirmant) regularis ꝛ parisiensiuȝ clarissimus doctor. Circa annos domini mille centum floruit. Singularis in vite probitate ꝛ sentētia eruditus in omnibus artibus liberalibus. vt nullus ei suo tempore equalis haberet. ideo in multo precio fuit. Qui preter sanctitatem de q̄ mira legūtur. tum docendo. tum scribendo multis admodum prefuit. Et post plura reliquit monumenta. De sacramentis valde necessariū librū. ꝛ alia opuscula. s. didascolicon. de disciplina monachorū speculum ꝛc. Sermones quoqȝ elegantes cōposuit. Infirmatus ad mortem cum vicio stomachi ob vomitū laboraret ne sacramento irreuerentiam faceret: ait. Ascendat filius ad patrem suum. ꝛ seruus ad dñm suum qui fecit illum. Et eucharistia disparuit. Et vir sanctus deo suo spiritum reddidit.

Hugo de folieto



Hugo alter de folieto q̄ scti petri corbiēsis asserit fuisse canonic⁹ singłaris eloq̄ntie vir q̄ librꝝ de claustro aīe admodū notabilē edidit. in q̄ de securitate claustri. ꝛ periculis seculi. Et de ordinatione claustri materialis. de abusionibus claustri. Et de claustro celesti varia narrat laude digna.



Linea summoꝝ pontificū

Lucius secūdus



LUcius mortuo celestino successerat. ꝑ cuius tpa ꝓlatus ad latinos infaustus edisse direptionis ꝛ nroꝝ cladis ac ignominie acceptus nūcius. ꝛ nostroꝝ aīos in noue expeditionis congregāde ardorē inflāmauit. Is lucius secūdus pria bononiensis pre alberto tituli sancte crucis in hierlm pſbiter cardinalis fuit. quā quidā basilicā ferme collapsam ꝓprijs expensis restituit. Qui inito pōtificatu nil pretermisit. qđ ad expeditionē hierosolimitanā admodū necessariā ꝑtinebat. Hac eṁ clade audita bernardus clareuallensis vir ꝛ scītitate et doctrina insignis. vt ꝓmissum ē. ꝓcinium religionis xpiane assumēs. principes omes xpianos tū lrīs. tū nūcijs adhortatus ē. vt crucē in sarracenos xpi vexillum sumerent. Veꝝ dū pontifex in his vsaret peste absumitur. pontificatus sui mense vndecimo. die quarto. ac in basilica lateranensi sepelitur.

Anno mundi. 6343. Anno xpi. 1144.

Eugenius tercius



EUgeni⁹ tercius pisis oriūdus. sancti anastasij abbas in monachū antea a bernardo viro sanctissimo electus. defuncto Lucio pontifex in eccīa sancti cesarei erat suffectus. maiore sanctitatis ꝙ reꝝ gerēdaꝝ pericie spe a prībus delectus. Cū tñ postea haud quaꝙ min⁹ prudētia quā bonitate valuerit. Qui vbi romanos instare minis etiā cognouit. quo sui ꝯfirmarēt senatores noctu abijt In sabinosꝙ farsense monasteriū delatus cardinalibus ꝛ curialib⁹ roma accersitis consecratus ē. Veꝝ cū postea romanoꝝ nō minas tantū. ſ etiaꝫ facta cōtēneret. pacē cum pontifice constituerūt ea cōditione vt in sedē suā pacificus rediret. fuitꝙ solenni pompa ꝛ summa populi leticia introductus. Qui postea cum resciſſet romanos nequaꝙ bono animo ſ fraude in grām secum redijsse. insidias veritus tyberi dilabit. quē romani haud secus ꝙ Gelasiū olim armis telisꝙ iniectis ꝓsecuti sunt. appulsus pisas. illico in franciaꝫ nauigauit. Repertum ibi beatum bernardū. didicit rem ecclesiasticam pessimo in asia esse loco. ambo sancti viri ludouicum regem francoꝝ orauerūt. vt cruce insignitus expeditione contracta constantinopolim se contulerit. Tandem cū erat annus salutis secūd⁹ ꝛ quinquagesimus supra decies centenū. Eugenius pontifex in ytaliā est reuersus. Quē romani bene ꝛ honeste acceptum in lateranensem deduxerunt. Isꝙ in vno quē superuixit anno preter compositā rem ecclesiasticā vrbes tarracinā. sytiam. ꝛ norbam ꝛ fumonis arcem. quas tyranni occupauerāt in deditionē recepit. Et tybure obiēs in beati petri basilicam est delatus. Pontificatus sui anno octauo. mense quarto. die vigesimo.

Anastasius qrtus



ANastasius quartus. patria romanus. patre benedicto abbas antea sancti ruffi veliterne dyocen ex cardinali pontifex creatur. Adeptus autem pōtificatum calicem pulcerrimi operis magneꝙ estimationis lateranēsi basilice cōdonauit. Et edes egregias apud pantheon quod sanctam mariā rotundam vocant breui edificauit. plura quoꝙ mente destinauerat tū ad dignitatem ecclesietum ad ornatum vrbis ro. ꝑtinentia si ei aliqñ viuere licuisset. laboratū est hoc tempore fame in tota ferme europa Anastasio clam ꝛ aperte pauperibus ipsis elemosinas prebente. Qui pontificatus sui anno vno. mense quarto die quarto ꝛ vigesimo moritur. Sepeliturꝙ in lateranēsi basilica conca porphiretica.

Richard⁹ de sctō victore



RIchardus de sancto victore. Vir quidem doctrine spectabilis. canonic⁹ regularis sancti victoris parisiensis. Qui sine vlla dubitatōe disputator acutissimus per hec tempora parisius clarissimus ꝛ inclitus fuit. Qui preter sanctitatem etiam infrascripta grauiter quidem ꝛ copiose edidit opuscula. videlicet de trinitate. de spū blasphemie. de potestate iudiciaria. de ptāte ligandi ꝛ alia. Sermones ad populū elegantes ꝛ doctos.

Malachias epus



MAlachias ortus in hibernia vbi edueatus ꝛ edoctus. Cui⁹ parentes genere et potentia magni extiterūt. Qui in ciuitate ardinacha a malachia qui ī cella ecclesie deo seruiebat formā vite accepit. Anno deinde etatis sue. xxv. ordinatus presbyter vices epī gessit Vacante episcopali sede eo renitente trigesimo etatis sue cōsecrat⁹ epūs conereth introductus ad hoīes bestiales quos ad mores optimos perduxit. inde post mortem celsi in archiepiscopū assumptus intrans ardinachū totius hibernie metropolitanus efficitur. Ne dū aūt hiberniā sua doctrina ac miraculis illustrabat. veꝝ ꝛ scotiā. Cunꝙ hebernia pallio careret. qđ ab innocēcio ꝓmissum erat. accedēs igit Eugeniū ꝑtransiens clareuallē febre corrept⁹. postea in domino quieuit. Sepultus in oratorio beate marie. Anno. Mc. xlviij. quarto nonas nouembris.

Linea imperatoꝝ
Conradus tercius



Conradus eius nomis tercius Heinrici quinti nepos genere Sueuus Lothario impatore rebus hūanis exempto apud cōfluentiā cōmuni principū voto ad gubernandū impiū assumit̄ p̄sente Theodorico portuēsi ep̄o apl̄ice sedis legato. a quo deinde aquisgrani coronā regni accepit ⁊ imperauit annis. xv. resistebāt tū̄ saxones ⁊ heinricus bauarie dux. heinricꝰ cognominatꝰ supbus. Cōuentio principū babenberge postmodū extitit. vbi cum vidua Lotharij ad pacem ⁊ gratiā regis sunt recepti. Heinricus vero bauarie dux qui insignia impialia i castro Nurmberge occupabat cū ad regnuз aspirabat. coactus tandem crucē lanceaз ⁊ alia reddidit. iudicio principū a rege ꝓscriptus quatnoꝛ comitatus militibus saxoniam petijt. vbi vitā finiuit. Conradus igit̄ qui in regnū romani noīs successerat. habita pace in germania in militiā nomē dedit. Fuit em̄ princeps inclitus ac clemens a diuo Bernhardo abbate plurimū dilectꝰ. cuius hortatu in sarracenos crucē vna cū ludouico frācoꝝ rege ac alphonso hispanie. ⁊ heinrico anglie regibus alijsq̄ plurimis principibus sumpsit. at conradus copijs nō ex Germania magis q̄ Gallijs fretus ingenti multitudine quam eterne vite spes accepto salutaris crucis signo traxit Constantinopolim est delatus. hemanuelq̄ secundus grecoꝝ impatoꝛ vir celestissimus christiano nomini cōtra ac simulabat hostis aduenam ducē blande exceptū q̄ctū potuit dolosis artibus in suā pollicere amiciciam est adnixus. p̄cibusq̄ cōpellitur nullo cōpato cōmeatu iconiū statim ducere. se em̄ p̄staturū oīa que exercitui necessaria erant Hemanuel pollicebat̄. Obsessa ē vrbs natura ⁊ artificio munita aliq̄diu ⁊ acriter. ⁊ dum tātus desidet magis q̄ oppuguat exercitus valitudo ⁊ nō magis corpoꝝ q̄ animoꝝ egritudo quosq̄ valētes deq̄ ac inualidos debilesq̄ consternat. Nec satis intellectu est tūc qđ ab ipis postea rescitū grecis morboꝝ q̄litas effectusq̄ edocuit gipsum farine ac pani quē greci importarē fuisse cōmixtum. Quobrez Conradus re infecta in Thraciā retrocessit. Postea cōradus lodouicusq̄ reges greci impatoris dolos malis suis edocti iunenū conuenientes exercitum Balduino regi hierosolimitano suā operam sunt polliciti. visumq̄ est nihil magis conducere q̄ damascum copias ducere. tādem iherusalem ꝑueniēs secutus fuerat lodouicū regē diuerso itinere portuensis quidez ep̄us cardinalis quē Eugeniꝰ papa sedis apl̄ice legatū miserat iherosolimā. itaq̄ ductu/ri in Damascum tres xp̄iani reges. cardinalem q̄з legatū ⁊ simul patriarchā iherosolimitanum. multos quoqз ep̄os expeditiōi interesse curauerāt. iunctis copijs animisq̄ magnis conatibꝰ obsident. quā vrbē seruos abrahe fundasse cōstat loco cāpestri naturaq̄ arido sed artificio vbere atq̄ fecundo. ager em̄ effossis cuniculis ductisq̄ fistulis vnde irrigari potest mirā vbertatē p̄ se fert. Paruus amnis in regione vnicus ꝑterlabēs lingulā quandā facit in qua castra posuerant, vn̄ facile cohibere ab aquatiōe oppidani poterant. verū assirio quodā ꝑsuadente cui maxime balduinus in rebꝰ arduis credebat. castra ad alterā vrbis partem transferunt̄. Damasceni inde ab aquatione eos ꝓhibēt. quare cū siti fameq̄ laborarent̄ soluta osidione cū tantus exercitus re infecta ad iopē redijsset. cōradus lodouicusq̄ cōmunitos male habitosq̄ exercitus suos in europā reducētes ad ꝓpria sunt reuersi. Rogerius q̄з a pōtifice in regem sublimatus Guelfonē p̄dicti heinrici fratrem in germania pecunijs inductū cōtra cōraduз ad bella mouit. qui apđ castrum winsberg victus. Eūdem postea heinricꝰ filius cōradi qui post euз regnaturus erat si suꝑuixisset bello deuicit. Tandem rex cōradus anteq̄ bn̄dictionem impialem percipere potuisset anno dn̄i M.c.liij apud Babenbergam vita excessit.

Multi extimāt ab isto Guelffone duce baioarie Guelffos appellatos. cuius pestiferꝝ nomē maxie in italia inualuit. cū auferat vnitatē ⁊ pacē vt nūq̄ inde poterat extirpari. nā hic Guelfo viuente cōrado se impatori imposuit. hi populi italicoꝝ qui impiale dominiū in ytalia detractāt vsq̄ in diem hodiernum guelfi nūcupant̄. sed qui in italia aliā partem fouent gebellini. Ceteri aliam causam assignant vnde dicātur fautores ecclesie guelffi ⁊ fautores imperij gebellini. de quo latius infra fiet mentio.

Lodouicus rex francoꝝ



Ludouicus rex francie lodouici filius patri in francoꝝ regno succedens regnauit annis. xlviij. vir ingētis animi ⁊ virtutis. qui diligēs ea q̄ dei sunt decimoquarto regni sui anno vna cum cōrado cesare cum ingēti multitudie xp̄ianorum ad expugnationem terre sancte in subsidiuз xp̄ianoꝝ (qui ibi indies ferebant̄ deficere) animosissime transijt. veniēs Cōstātinopolim inde trāsiēs per hellespontum in bithimiam descēdit interea ꝑ aliquot dies ephesuз cōmoratꝰ Tādem appropinquās ad iherosolimam rex romanorum conradꝰ patriarchā obuiam misit in vrbem ⁊ ad venerabilia loca ductus. post cladem ac fallaciā ꝑactam apud damascum ferme ꝑ annum in iherosolimitano regno ꝑmāsit cum vxore sua. demum cum principibus in ꝓprium regnum redijt.

Ab eo tempore latinoꝝ ꝯditio apud oriētales regiones indies in peius vergere cepit. cum prius sola eoꝝ nomia hostibus formidini erant. Tādem hoꝝ principum p̄sentiam sine damno despexerant. Inde nec vires xp̄ianorum suspectas habuerūt. ideo norodoinꝰ antiochenā ꝓuinciam molestare cepit.

Hildegardis



Hildegardis in regione alemanie apud wingiam ⁊ iuxta rhenū virgo admirabilis floruit. ꝑfecte etatis cui tantā diuina virtus gratiā contulerat. vt cuz laica ⁊ illiterata esset mirabiliter tñ rapta frequētius in somnis disceret nō solum quod verbis effunderet. sed etiā quo scribēdo latine dictaret. vt dictando catholice doctrine libros cōficeret. que multa ferť ꝓdixisse de futuris. ad quā scripsisse dicit etiā beat⁹ bernhard⁹ clareuallēsis. hec ad coloniēses scribēs de futura clericorū tribulatōe. dicit ꝙ clerici gloriā absqꝫ merito habere volūt ⁊ meritū absqꝫ ope.

Gracianus



Gracianus sancti ꝓculi monach⁹ patria etruscus ꝺ Clusina ciuitate tuscie natus. Qui anno dñi M.c.xlix. apud bononiaz italie vrbem ob eius ingeniꝫ ⁊ doctrine magnitudinē maximo in ꝑcio habitus vbi monachus sancti felicis in ambitu supiori carmīa ostētant eū plura ꝯdidisse. cū inter cetera sue lucubratiōis opera decretoꝝ librū accuratissime collegit. cuius ꝑncipiū ē Humanum genus duobus regiť. qđ q̄dem celeberrimum opus Eugenius pontifex approbauit. ⁊ legendꝫ publicis gymnasiis ꝯcessit. Ipm aūt librū in tres diuisit partes. videlicet distinctiōes. causas ⁊ de cōsecratiōibus. primā aūt partem in vnam ⁊ cētum particulas distinxit. Secūdā in sex ⁊ triginta causas. Ac terciā de consecratione nuncupauit. ⁊ hāc q̄ꝫ in q̄nqꝫ distinctōes diuiserit. Quis aliqui fecerūt compilatōes canonum vt ysidorus ⁊ yuo carnotensis. tamē aliis reiectis hoc solum in vsu est. Primus huius cōmentator seu glosator fuit hugo. Secūdus Johānes theutonicus. apparatum quoqꝫ notabilem fecit Archidiaconus qui diciť rosarium decreti.

Petrus lōbardus



Petrus lombardus parisiensis epūs ex nouaria cisalpine gallie vrbe oriundus. ꝑ id q̄ꝫ tp̄s (vt Vincētius gallus testať) apud parisi⁹ inter doctos. nō solum sue etatis sed ⁊ prioꝝ seculoꝝ lrīs ornatissimus. ⁊ bonitate vite atqꝫ ingenii acumīe clarissimus ⁊ celeberrimus fuit. cuius rei gr̄a sentētiaꝝ libros accurate doctissimeqꝫ composuit. laboriosum certe opus ex multoꝝ sanctoꝝ patrū dictis vtiliter compilatū. hic quoqꝫ maiores glosas psalterii ⁊ ep̄laꝝ pauli de multorū dictis ordinauit. nam cum esset inter francie ministros opinatissimus glosaturā ep̄laꝝ ⁊ psalterii ab anshelmo ꝑ glosulas interlineales margīalesqꝫ distinctaꝫ. ⁊ postea a Giliberto ꝯtinuatiue ꝓductā latius ⁊ apti⁹ explicuit. multaqꝫ de dictis sanctoꝝ addidit. atqꝫ sermones multos ⁊ doctos atꝫ elegātes ad populuꝫ habuit.

Petrus comestor



Petrus cognomēto comestor circa idem temp⁹ floruit cū ꝑdictis nō carne sed virtute frater. in Galliis vt vincentius gallus narrat historiā scolasticam cōposuit vbi vtriusqꝫ testamēti historiaꝫ diligēter ⁊ accurate explanauit. Insup et quedam incidētia de gestis gentiliū ex libri Josephi iudei. ⁊ quorūdam gētilium historias locis ꝯgruis inseruit. Alia nōnulla edidit. sed ⁊ versus quosdā in laudē b. marie virginis pulcherrimos cōposuit. In isto igiť cētenario annoruꝫ post M.c. dñice incarnationis ecclesia in doctrinis multū illumīata est. Quidaꝫ affirmāt hos tres fuisse germanos ex adulterio natos. quoꝝ mater cū dolere nō posset iniūctum sibi fuit. de hoc tātuꝫ doleas quod nō potes dolere. verū nō contemperanei fuerūt quis vicini tempore.

Guilhelmus puer crucifixus



Guilhelm⁹ puer ī anglia crucifigiť a iudeis in die parasceue in vrbe norwico. de q̄ postea mirabilis visio legitur.

Genuenses hac tempestate cū et ditione diuiciisqꝫ ⁊ gloria ad modū clari haberenť a cōrado isto cesare signandi pecuniā et auream ⁊ argenteam priuilegium obtinuerunt cum ip̄ius scilicꝫ nota. ꝙ ⁊ nūc vsqꝫ apud eos in fidem ꝑmissorum fideliter seruatū est. nam vsqꝫ ad id tempus vt iacobus eorum theolog⁹ refert genuenses nisi papiensi moneta et quibusdam paruulis qui bruneti dicebantur vsi fuerant.

Auicenna



AVicenna medicus oīm clarissimus. eminentissimi ingenij vir. his tempibus vniuerso orbi clarissimus habet. qz vt fertur dn̄s cordube ꝛ princeps vrbis eius. dedit tn̄ magnā opam exercitio medicine. faciendo vt a prībus intellexi in sua vrbe construi hospitale habitaculū. vbi innumeri ponebātur infirmi. quos ipe visitabat. homo fuit colore brunus. ꝛ iocūdus. qz pulsando ꝛ cantando libꝝ fecit cāticoꝝ. Et vt fert satis iuuenis mortuus ē. Nō em̄ attigit qnquagesimū ān̄ū. Scripsit tn̄ vltra medicinā in om̄i genere disciplīne. Et in naturalibus ꝛ mathematicis ꝛ moralibus ꝛ dialeticis. Fuit ergo dominio princeps. practicus in medicina ꝛ in om̄i genere disciplīne eruditus. Quo aūt tpe fuerit cū multi nil certū scribant. hoc tn̄ certū est qđ tpibus beati augustini nō fuit. nec esse potuit. vt aliq̄ somniant. M. em̄. ꝛ. x. anni ferme sunt exquo beatissimus augustin⁹ fuit. Quo tpe auicenna esse nō potuit. Dicūt aūt reperiri ep̄las mutuas inter vtrosqꝫ qđ absurdū est. mirabile em̄ esset. cū in volumine ep̄laꝝ augustini ad viles psonas ep̄le scripte sunt. Et ep̄le ad principē habite nō nominentur. Auicenna quoqꝫ conculas asportatas ō sancto iacobo noīat. q̄ tpe augustini non erat vbi nūc ē. xp̄ianos item noīat ꝛ eoꝝ cōsuetudines de carne ꝛ corallo. cū xp̄iani pauci nominis erant ꝛ nō manifestos ritus obseruātes tpe augustini. Credit igitur fuisse tempore auerrois aut paꝝ ante. Algazel etiā ꝛ alfarabius vidētur fuisse cōtemporanei auicēne. q̄ fuerūt tpe auerrois. Declinante ergo imperio ro. ꝛ arabibus hispaniā occupantibus floruit. Qui cū in om̄i doctrina eruditissimus esset. librū excellentissimū cōposuit. metaphisicā deide accuratissime enucleauit. Distinctiusqꝫ ac clarius p̄ ceteris medicis post alios medicos in lingua arabica. postq̄ oīm medicoꝝ scripta vidisset. Medicinā omnē in qnqꝫ libris descripsit. Scripsit quoqꝫ de viribus cordis ꝛ plura alia.

Auerrois cōmentator



AVerrois quoqꝫ medicus cognomento cōmentator. philosophus quidē. ꝛ ipe apud cordubā hispanie vrbē hoc tpe vt ex libro eius q̄ de celo tractat habetur floruit. Fuit em̄ a natiuitate xp̄i anno. M. cl. vt asserit cōciliator. Et egidius roman⁹ in suis q̄tlibetis. q. de vnitate intellectus. dicit se vidisse filios auerrois ī curia friderici impatoris. Multa aūt cōposuit ꝛ adeo excellenter in om̄es arestotilis libros scripsit. vt cōmentatoris cognomentū pmeruerit. Deinde de sba orbis de tiriaca. librū qꝫ pulcrū de medicina Colliget appellatū ac alia multa edidit. auicenne tamen ac medicorum emulus dictus fuit.

Auenzoar medicus



SOar etiā medicus cognomento sapiēs. q̄ auenzoar dr̄ hisdem tpibus fuisse ꝛ claruisse ipemet ī xv. tractatus sui. qui theisyr inscribitur libro. s. ij. c. v. testat⁹ est. atqꝫ cū aboali auicenna in carceribus fuisse eodē libro meminit. Hic cū esset eruditissim⁹ vir librū medicine noīe theisir ad q̄ndam regem dedit. Indeqꝫ nonnulla cōsilia cōposuit. Dicitqꝫ se vniuersam medicinā amplissimo volumine euoluisse. Aboali Abincenī sunt noīa arabica p̄rēz ꝛ auū significantia. Abon em̄ ꝛ abin apud arabes idē ē qđ fili⁹. Mos em̄ (vt om̄es asserunt) apud arabes fuit. vt scriptores in titulis nomē p̄ris ꝛ aui ponerent ꝛ suū tacerēt. vt maioribus honores deferrent.

S. Thomas archieps Cantuarieñ.



THomas archieps cantuariensis. in iuuētute oībus gratiosus. relicta curia regali in Anglia a theobaldo archiepo in archidiaconū assumptus. Inde in regno heinrici regis angloꝝ cancellariū effecit. vt sua prudētia malignoruz hoim seuiciā tparet. q̄ post decessum archiepi eccie p̄ficere pcurauit. Cū autē rex scīm thomā ad volūtatē suā in detrimentū eccie inflectere conaret. Cūqꝫ post innumeras iniurias discessit. die. xvij. ad portū venit. et in nauicula parua cuz duobus sacerdotibus trāsuectus in flandriā. quē papa alexander tūc senonis manēs honorifice suscepit. romā adiens. pace reddita septimo exilij sui anno reuersus. Vir aūt optimus ꝛ sanctissimus ab heinrico angloꝝ rege cum iura sua ꝛ eccl'iasticas dignitates quas sibi p̄dictus rex ꝛ publica eius ptās vsurpauerat resarcire: et in statū pristinū reuocare anniteret. post exiliū damna cōtumelias atqꝫ obprobria postqꝫ parentū ꝛ amicoꝝ prescriptōem ꝛ alia: atqꝫ alia supplicia: tandē martyrio coronatus ē. Sepultus tandem in sepulcro marmoreo. Anno domini. M. clxxiij. Interfectores eius quidam digitos dentibus auferebāt. Alij sanie defluentes defecerūt. quidam paralisi dissoluti inuisa obitus indicia prestiterūt. Verū alexander auditis ꝛ cognitis crebris ipius beati thome miraculis. eum in sanctoꝝ cathalogo ascripsit.

NOruegia prouincia hijsdem quoqz temporibus viuaci predicatione albanēsis episcopi. xp̄i fidem recepit. ob cuius beneficium atqz virtutem postea anastasio quarto defuncto. maximo oīm consensu pontifex creatus. hadrianus quartus appellatus est.

Anno mundi.6355. Anno cristi.1154.

Hadrianus quartus papa natione anglicus Albanus epūs cū a tercio Eugenio cardinalis in Norueguiā missus esset: vt ꝑmissum est ꝓuinciā omniū terre cognite occidentaliū vltimā eā gentē multitudine copiosissimā primus omniū cristianoꝝ christianā effecerat. Anastasio rome defuncto in pontificatu successit. Eo itaqꝫ creato pontifice romani cōsules suos sicut per Anastasij tpa administrationi vrbis ꝑfecerunt. tentatusqꝫ a romanis tum ꝑcibus tū minis vt ꝯsulibus liberam vrbis administrationē relinqueret. vtqꝫ in lateranū ꝓficisceret͛ faciende consecrationis causa. qd̓ facere recusauerit nisi prius Arnaldus brixianus antea ab Eugenio damnatus ex vrbe pelleret͛. interea cardinalē sancte Pudēciane via sacra ad pontificē accedentem. Romani ad Cosme ⁊ Damiani edē armis aggressi vulneribus affecerūt. Pontifexqꝫ vrbem romā ecclesiastico supposuit interdicto. ⁊ forte postremi tunc erāt sacri quadragesimales ieiunij dies. qd̓ cū populꝰ egerrime ferret: pe ruicit prudencioꝝ sentencia vt Arnoldo seductore pulso ⁊ cōsulibus depositis pontifex sanctū in laterano celebrat pasca. Guilhelmū Sicilie regē qui multas eccīe occupauerat vrbes deinde graui anathemate notat. Fridericus aūt primus impator creatꝰ Cisalpinā galliā cū exercitu ingressus: cū ad vrbem venisset ⁊ pontifex in basilica Petri Fridericū imperij corona donaret. ⁊ a romāis tumultꝰ excitaret͛. pōtificis ꝑcibꝰ impator lenit͛. hic postea ro. dictionē plurimū auxit. nā ⁊ circa lacū sancte Cristine multa castella muniuit. ⁊ Radicophanū qd̓ nunc Senenses obtinēt muro ⁊ arce ꝓpe inexpūgnabile reddidit. primusqꝫ pontificū vrbē veterē inhabitauit. a quo ea vrbs culcior reddita ē. Cū vero instantibus romanis ad vrbē rediꝫsset vexaret͛qꝫ a consulibus libertatē romanam restituere conantibus Argganū pecijt. vbi nō multo post morit͛ pontificatus sui anno quarto mense decimo. corpus romā delatū in basilica Petri sepelit͛ non longe a sepulchro Eugenij pontificis.

Adrianus quartus



Alexander tercius



Anno mundi.6359. Anno christi .1160.

Alexander tercius papa patria Senensis. patre Ranucio. mortuō Adriano duoꝝ ⁊ viginti cardinaliū suffragijs pontifex creat͛. Etsi canonice lectus fuit multas variasqꝫ in pontificatu passus est agitationes. quibus iniciū dedit Octauianus quidā romanus tituli sancti Clementis presbiter cardinalis. quē victorē appellatū a tribus tantū ꝓfanatus. Victor ad Fridericū impatorē: Alexander hortante Philippo francoꝝ rege Toracinā ꝓfectus cōscenso nauigio in franciā contendit. cōuētuqꝫ in Claromonte habito anathema in impatorē ⁊ Octauianū statim enūtiat: quā ob causaz Fridericus tres alios ꝯ hunc Alexandrū successiue pontifices creauit. nā Victore mortuo primo Pascalē. post Calistū. deinde Innocentiū cōstituit. At vero romani creatis cōsulibus Alexandro pontifici amicis eū statim ex francia reuocāt congratulantibus oīmibus ꝑbenigne suscipit͛. Cisalpine igit͛ Gallie populi i spem libertatis erecti anno salutis millesimo cētesimo sexagesimoquinto in Fridericū arma sumūt. ideo cōpato exercitu in ytaliā veniens Ancona discedēs romā mouet valuis reseratis illū furientē ingredi ꝑmiserūt. his intellectis pontifex sibi timēs nocte intempesta cū sua familia vrbe abijt ⁊ Beneuentū accessit. eius ꝗꝫ vires ꝑhorrescens coqui sui vestibus sumptis. eo in habitu venecias ꝓfugit. Et ad diue virginis de caritate monasteriū paulo ante a marco iuliano conditū ꝓfectus. ab incolis recipit͛. Et ortulo preficit͛. Post aliquo t vō menses cum quidam nomine cōmodus eum ibidem agnouisset. velut insensatus confestim ad sebastianū ducem accessit. Et silenter in vrbe veneta adesse pontificem romanum retulit. Qui re cognita. mox senatum congregans. cum oīmi apparatu ad pōtificis diuersoriū accessit. cōpertoqꝫ ibi pontifice ro. eū solēnitatibus ad diui marci tēplum cum oīmi gaudio primo ꝑduxerūt. Cū ibi ex more cōsedisset. principē ⁊ senatū cū oīmi pplo bn̄dixit. Impator vō audiens pontificē venetijs adesse ottonē filiū suū cū armata classe ad reposcēdū pōtificē venetias misit. Cui sebastianꝰ dux occurrēs facto congressu ipsum supauit. ⁊ venetias vinctū ꝑduxit. ad pontificē ductus eo ꝓcurante pax inter pontificē ⁊ pr̄em augustū componit͛. Altera vō q̄ secuta ē dies fridericus venetias venit. ⁊ pacē a filio cōfectā hoc modo approbauit: vt rome ⁊ q̄ ditionibus erant eccl̄iastice pōtifici redderet. Quo federe inito alex. pon. confestim ad ianuas templi diui marci accessit. Et ibidē vniuerso astante populo. imperatori iussit. vt se humi ꝓsterneret ⁊ veniā denuo postularet. at pontifex cesaris collum pede comprimēs ait. Scriptū est sup aspidem ⁊ basiliscū ambulabis ⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. at fridericus. Nō tibi inq̄t sed petro. cui successor es pareo. at pontifex ⁊ mihi ⁊ petro. ac sic inter impatorē ⁊ pontificē pace ꝯposita. Et ducem atqꝫ senatū exornauit. agentē postea thusculi pontificē alexandrū heinrici regis anglie oratores viri eccl̄iastici adierūt. regem ipsum ab iniusta nota purgatū. quem necis beati thome cantuarien̄. archiepiscopi consciū fuisse crebris rumoribus allatum erat. Quibus auditis pontifex duos cardinales in angliā misit. q̄ reuersi retulerunt multa inspexisse plura audiuisse miracula. que ad beati thome sepulcrum deus ostēderat. Quā obrem pontifex illum in sanctoꝝ martyꝝ christi numeꝝ retulit. Cūqꝫ tercō hic pōtifex romā profectus esset apud lateranum conciliū celebrauit vt ad christianā rempub. necessaria ꝯstitueret. Interim post lōgos ⁊ assiduos labores iam quieturus a tyrannicis perturbatōnibus. pontificatus sui anno. xxj. die. xix. rome moritur. sublatis prius e medio quatuor scismaticis.

Linea imꝑatoꝝ
Fridericus primus



Fridericus primus cognomento barbarossa natione sueuus filius friderici duc/ sueuoꝝ fratris scilicet Cōradi regis. natus ex clarissima ꝓgenie karuloꝝ. post cōradum tercium apud franckfordiam cōmuni voto principū delectus imꝑator. Anno dn̄i M.c.liij. impauit annis.33. Primo sedatis discordijs in germania confestim lōgobardiam ingressus Terdonā obsidebat. qui ea potitus ad vrbem romam tanta ꝓperabat celeritate vt pōtifex sibi timēs in munitiora queqꝫ vrbem veterem primo post ciuitatē castellanam cū collegio cardīaliū se receperit. missis tn̄ hincinde oratoribus fridericus in campis sutrinis debitā pōtifici reuerentiam ac tutele sponsionez exhibuit. a quo breui post in principis aplo͛ꝝ basilica coronatus est. sed in ea celebritate romani cū pōtifice adriano paꝝ ꝯcordes ꝓpter ꝯsules imꝑatorem suspectum ducētes portas vrbis clausas tenuerūt. Friderici aūt exercitus magnꝰ in pratis neronis tentoria habebat. plebs romana eruptione facta germanos inuadit. cedes haud parua cōmissa ē ꝛ reddita cedis vicissitudo. excitis ad tumultum imꝑator incensis in romanos animis ferebat᷑. quē pōtifex exoratū tantisꝑ deliniuit vt captiuis dimissis ciuitati culpaꝫ. iuuentutis temeritatem. reijciēti pacem ꝯdonauerit. Imꝑator paucos moratus dies in germaniā redijt vbi diuortiū cū filia marchionis Diepoldi de Voburg ob ꝯsanguīitatē fecit. ꝛ cū beatrice burgundionū comitis nobilissima filia nuptias fecit. Eoqꝫ tp̄e ducem bohemie regio noīe decorauit. ꝛ marchionatum Austrie in ducatū ꝯuertit. Mortuo deinde adriano pōtifice successori alexandro admodū aduersari cepit. quibus initiū dedit octauianus. Obsidebat ea tempestate fridericus cremam opulentissimū italie in lōgobardis oppidum. interea omnē romane eccl̄ie terraꝫ et vrbes vexabat. Terdonaqꝫ primo spoliata. Mediolanūqꝫ post solo equata ē. cuiꝰ populum in sex portaꝝ tribus diuisum sex agri sui loca decimo ab vrbis solo distantia miliario habitare coegit. deinde cremam maximis affecit incōmodis. Cōmouit ea crudelitas ceteroꝝ italie populoꝝ aīos. Veneti qui nihil tūc incōtinēti italie solo possidebant. saluberrimi ꝯsilij auctores. quoꝝ suasionibus constat veronēses. pataui onesqꝫ ꝛ vicentinos societatem belli conditionibꝰ inijsse. que cū friderico in mediolanēsibus agenti nunciata essent. suos germanos vndiqꝫ conuocauit ꝛ papiensium cremonēsiumqꝫ auxiliū fretus veronā duxit. Verebat᷑ autē ne alexandri auctoritas sibi aliqn̄ afferret incōmodū. papam igit᷑ dolis aggressus est. Cū deīn otto filiꝰ captus venetijs tenebat᷑. venetoꝝ opa fridericus absolutionis bn̄ficiū (vt p̄missum ē) ꝓmeruit. Sebastiano aūt duci ꝛ eius successoribus ac senatui veneto hec donaria seu priuilegia concessit. ꝛ p̄mo quidē funale candidum quod solis pontificibus ro. portandum consuetudo concedit eidē largitus est. Item ꝙ plumbo eoruꝫ ep̄las sigillare deinceps possent quod tātum summis pontificibus licitum erat. Tercio vmbrellam que est ornamentum galero ꝑsimile. Quarto venetoꝝ principi terciā sedem in theatro ro. fieri fecit. cū prius due tantū in pape theatro sedes essent. Demū in ascensione dn̄i veneti in templo sancti marci indulgentiā plenariam ꝑpetuo duraturam obtinuerūt. que vsqꝫ in p̄sens ꝑdurāt. Quinto ipi duci octo vexilla sericea diuersorum colorum obtulit. Sexto deniqꝫ cereū album eidem condonauit. que omnia venetijs in pallatio sancti Marci ꝑpulcre depicta habent᷑. Fridericus tādem eccl̄ie romane reconciliatus conuētionem principum Nurmberge habuit. firmata pace literas pacis ꝑ germaniam misit. cruce signatus magno compato exercitu ad Siriā expeditionem sumpsit. cū amplissimo q̊ꝫ exercitu ex alemania est ꝓfectus. vndecimqꝫ castris ꝑ hungariam bulgariāqꝫ et thraciam continuato itinere apud constantinopolim primum desedit. quē vt bosphoꝝ q̄ꝫ celerrime trāsmitteret. Isaac imꝑator cōstantinopolis eo diligētius iuuit. quo magis potentatū illiꝰ diu antea formidauerat. Primam vo de thurcis philomeniam vrbem fridericus cepit. ꝛ iconium delatus non magis eius agrum q̄ꝫ adiacentem regionem magnis populatōibus incēdijsqꝫ vastauit. Armeniam inde minorem ingressus omnia que sunt adita in suam ꝯpulit potestatem. adeo vt nec prius nec post suo vnq̄ꝫ exterminio magis timuerit Saladinus. sed tātam christianorum spem infelix hora succidit. ꝙ amnem rapidum sudoris lauandi caumatisqꝫ mitigandi auidior temere ꝛ in explarato ingressus tantoꝝ exercituum imꝑator euectus est. Mortuꝰ est hic inclitus princeps anno imperij. xxxviij. vir certe magnificus atqꝫ p̄clarus. magnanimus. largꝰ. strenuusqꝫ atꝫ facundus. qui auxit imperiū vt post carolū magnū gestorum magnificentia vix parem haberet in plerisqꝫ. preter persecutionem ecclesie gloriosus.

Heresis waldensiuꝫ seu pauperum de lugduno ꝑ hoc tempus initium sumpsit. cuius auctor quidā nomīe Valdo lugdunēsis ciuis fuit. Is cum diues admodum haberet᷑ opibus relictis ꝛ pauperibꝰ erogatis diabolica quadam suasione ductus euāgelicam pauꝑtatez omnimode obseruare studuit. vnde cū ideota esset. quosdam vulgares libros cū quibusdam sanctoꝝ dictis sibi coscribi fecit. quos nō sane intelligens suo inflatꝰ spiritu p̄dicando sanctoꝝ aplo͛ꝝ officiū sibi vsurpare curauit. Cōgregatis itaqꝫ innumerabilibꝰ quasi discipulꝭ multos ꝛ quidam pessimos errores disseminare cepit. p̄latos ꝛ clerum penitus aspernando. Monitus autem respondit. obedire oportet deo magis q̄ꝫ hominibus. ꝛ cū in suo sensu obduratus ꝑsisteret. tādem veluti hereticus pessimus anathematis vinculo innodatus patria ꝓpellitur. que res facta est in laqueum maximū simplicioribus. adhuc multis in locis hec fatuitas viget.

Ordo heremitarum sancti Augustini



Guilielmuz heremitam ordinis heremitaꝝ virū vtiq̄ sanctissimū olī aquitanie ducem ⁊ pictauiensium comitem anno dn̄i. 1157. in gallijs virtutib⁹ et miraculis clarū fuisse cōstat. qui a primeuo iuuentutis sue anno a beato bernbardo abbate sufficienter edoctus. dum cunctis celsior haberet mortez p̄ oculis sibi constituere voluit timensq̄ ne aliqn̄ morte subitanea raperet. spretis seculi pompis in vastā heremū secessit ⁊ ibidē sub diui patris augustini regula pfect⁹ xp̄i seruus esse cepit. factusq̄ religiosus quāto altior in honore fuit tanto se būillius subdidit. ⁊ sicut antea loricatus hostes ⁊ barbaros ppulsare cōsueuit. ita ī deum cōuersus loricā sup nudū induēs crebris orōnibus vigilijs ⁊ ieiunijs suū corpus afligere voluit. hanc obrē multi nō modo seculares verum ⁊ eiusdem ordinis fratres atq̄ alij priuati ad eū confluebant ⁊ tanq̄ bonū patrem ordinisq̄ instauratorem paruo adhuc sub tugurio obseruabat. Is cū cisterciensium ordinem in gallijs modico tpe ⁊ plurimū auctū ⁊ maximo in p̄cio habitum. suūq̄ heremitarū ordinē adeo in omnibus labefactatū dirutūq̄ atq̄ vastatum vt nulla quasi religionis facies in eo videret. Collabentia nanq̄ videbat monasteria. collapsa oratoria. desertos ortulos. ⁊ laborantem sine charitate ⁊ inopia offendit vt nullū ferme religiōis inditiū in eo videbat. Ordinis sui vir sanct⁹ calamitate pmotus aīm ad instaurandū adiecit vt breui cōualescens ex multitudine religiosoꝝ ⁊ monasterioꝝ meliorē faciē ordo diui augustini in gallijs p̄ se tulerit. hanc obrē ordinis cōditorē appellarunt Guilielmite vulgo appellabant. Hic itaq̄ cōcessione anastasij pōtificis ac hadriani eius successoris relicta heremo ciuitates primū ex heremitis incolere cepit. ⁊ primū monasteriū apud parisius sub medicationis titulo extruxit. huius aūt pcipu⁹ albertus gallus fuit. qui viuendū sua doctrina ⁊ vite sanctitate ordinem postmodū auxit. hic siquidem Guilielmitaꝝ titulus in gallijs vsq̄ ad innocentij quarti pōtificis tpa pseuerauit. veꝝ eo mandāte post habitā ei⁹ denoīatione ⁊ omnibus diui augustini heremitis ad ciuitates vbiq̄ accersitis innocentius ⁊ successores oīs sub vno titulo heremitarum sancti augustini appellari voluit atq̄ precepit.



Soles tres p hoc tēpus nonis septembris in occidente simul vise sūt et post duas horas ceteris deficientibus qui medius fuerat sol⁹ occidit. Similiq̄ modo pximis annis tres lune apparuere ⁊ in media signum crucis. Hec visiones iterp̄tabant a nonnullis indicium esse discordie grauissime. cardinaliū in electione pape ⁊ principū in electione impatoris cū cōtra alexandrū vt p̄missum quatuor electi fuerant. quod scisma xx. annis. xvij. durauit. Terremotus etiā circa hoc tp̄s plurib⁹ annis nō nullas quassauere puincias ⁊ q̄maxime Siriam atq̄ Ciliciaz. in quib⁹ multe vrbes diu nutarunt. quedā cum magna populoꝝ strage corruerūt



Jo. mesue medicus



Iohannes medicus mesue filius qui mesue alterius fuit filius Hamech filij Hali filius abdele regis damascenoꝝ. ⁊ ip̄e hisdez tēporibus in medendis languoribus clarus existens. de medicinarum solutiuarum rectificatione ac eorum pprietatibus librum vtilē scripsit. Aliū quoq̄ aromatarijs ac medicis putilē quem antidotarium appellauit grabadin. edidit insup in q̄ canones vniuersales posuit. et cū de curis morboꝝ scribere orsus fuisset ⁊ a capite inchoasset scribens de morbis cordis interijt ⁊ manchū opus reliquit quod postea petrus apponus pataui⁹ perfecit. licet etiam incōplete. Franciscus tamen de pedemontiuz egregiam addicionem perfecit. An xp̄ian⁹ fuerit quidam dubitant licet tanq̄ fidelis ⁊ bonus deum p̄sepe appellet.

Jo. carnotensis epūs



Iohannes carnotensis epūs ⁊ beati thome canthuariensis familiarissim⁹ homo doctrina ⁊ eloquentia clarissimus his temporibus in precio existens librum de vestigijs philozophorum ⁊ nugis curialium composuit. ac etiam vitaz ipsius beati Thome accuratissime edidit. Atq̄ alia quedam scripto mandauit.

Hartmann⁹ epūs brixēn



Beat⁹ Hartmann⁹ brixenēsis epūs in territorio patauiēsi ortus in adolescencie primordijs mundo renuncians. canonicis regularibus sancti Nicolai i pataujeñ. vrbe traditus. vbi in sancta vita moribus ac literis edoctus euasit. Cōradus saltzburgeñ. epūs eū iuuauie monasterio p̄fecit. Inde ob petitionem Leupoldi marchionis austrie in ripa danubij nouā plātationem regendam suscepit. mox aūt p̄positus factus corpusculū suum multis ieiunijs vigilijs alijsq̄ supplicijs vehementer afflixit. humilia insup religionis exercitia libentissime exercuit. Mortuo aūt Reinberto epo brixenēsi in demortui locū cōmuni voto clericorū in episcopum postulatus. vbi in omni sanctitate ⁊ miraculis vitam peregit. mūdanas ac carnales delicias a se prorsus abdicauit. oratōi ac ꝯtemplationi se totū dedit. Summa insup eius abstinētia fuit ⁊ mirabilis vite austeritas. Cilicio q̊q̄ sb habitu vteb aſ. oua lacticiniaq̄ ex precepto archiepi solum sumpsit. carnem em̄ suā plurimū macerabat. a friderico impatore plurimū dilectus. irā eius in alexandrum papam mitigans. qui vt patrem ac cōfessorē deinceps eum semper colebat. Claruerunt igif eo tpe due oliue in eccīa dei. Eberhardus archiepūs saltzburgeñ. qui in solsticio estiuali x. kaln. iulij migrauit ad dominū. Et beatus Hartmannus qui gloriose epatui brixenēsi p̄fuit ⁊ omne tps vigilando aut orando aut cōtemplando aut legendo cōsumpsit. ⁊ qui p̄cepta salutis dabat. lites dirimens plenus tandem dierū positus in balneo aquarū in solsticio hiemali. x. kaln. ianuarij felicem animaꝫ deo reddidit. sed postq̄ sanctissim us vir celo receptus pluribus miraculis floruit. p̄cipue mulieribus grauidis in partu eius meritis mirūimmodū auxiliū inuocantibus vberrime prestat.

Almeric⁹. vi. ihr̄limorū rex



Almericus sextus iherosolimorū rex defuncto tercio Balduino eius frater in regno suffect⁹ est. regnauit annis. 12. vir p omnia strennuus ⁊ multo memoratu dignus. qui aggrediendis rebus magnis illico incubuit. nāq̄ Ascolonā tēplarijs a fratre balduino concessam primo regni anno magis reddidit cōmunitā et inde expeditus cū in egiptios duxisset dregmoni regi egiptij copiarū p̄fecto cōgressus magnā in barbaris cedem edidit. Alexandriā paulo post delatus primariam egyptiorū vrbem quā tiracunus saladini turcorū regis p̄fectus soldano egyptio fraude subtraxerat artissima pressit obsidione. vt alexandrini eū nullo pacto xp̄ianis subijci sint passi. Eaten⁹ almerico regi se p̄miserint vt in soldani potestatem p manus suas reducerenſ. almericusq̄ pecunia ingenti a soldano accepta fecit illi recipiende alexādrie potestatē. q̄ in pecuniarū dissolutiōe cū fraudē almeric⁹ intercisse intellexisset. magno vir animo in soldanū ducens carras nūc chairū vrbeꝫ potentissimaꝫ obsedit quā cū aliqn̄ obsedisset potiundi quidem spe nō caruit. sed a milone quodam de planta seductus pecunia a soldano accepta abijt re infecta. pauloq̄ post in ascolonā vrbem egregiā duxit. cui expugnāde emanuel grecorū impator contra ac cōsueuerat magna subministrauit auxilia. ⁊ tamen Almericus parandis cōmeatib⁹ negligens fuit vt annona in castris deficiente obsidionem soluere sit coactus. Eo autem almerico haud diu post defuncto Balduinus filius successit.

S. Albert⁹ beluacensis



Anshelmus epūs



Albertus miles gloriosus post gloriosa certamia martirio coronatus est.

Anshelmus epūs beluacensis p hec tpa cuꝫ in omī sanctitate moribusq̄ p̄claris vixisset diē obijt. ad cuius sepulchrum diuinitus lampades accense sunt. excepta vna cui oleum vsurarius quidam administrabat.

hilippus francorū rex lodouici supioris regis fili⁹. post patrē regnauit annis. 44. Is postea cū audisset iherosolimā a saladino captā clemēte pōtifice admonēte. cū multi xp̄ianorū pricipib⁹ siriā adnauigauit. cūq̄ ptolomaidē vna cū richardo anglorū rege se recepisset. ⁊ inde iherosolimam repetituri essent ambo de iherosolimorū regno cōtendere ceperūt. demū philippus hic indignatione cōmotus simulata infirmitate in europaꝫ (dimisso richardo) regressus est. vbi in regnū suū introgress⁹ reliquū vite sue tempus in pace ac sanctimonia cōsumpsit ferunt historie hunc philippū religiosorū orationibus miraculose fuisse natū. q̄a cū lodouicus pater iā sexagenari⁹ liberis careret vniuersis populis p̄cepit vt dn̄m instanter deprecarentur. quo facto hunc genuit filium.

Philipp⁹ rex francorū



Elizabeth mōial saxonie



Elizabeth monialis beata in saxonia miraculis claruit. visiones mirabiles scripsit angelo reuelante. p̄cipue librum viarum domini appellatum.

Linea summorum pontificum

Lucius tercius



Urbanus tercius



Gregorius octauus



Anno mundi. 6384. Anno xpi. 1174.

Lucius eius nois tercius papa natione tuscus luca vrbe et gēte nobili oriundus. Cū Alexander pōtifex romanus gloria magis q̄ annis plenus diem obijt oīm ɔsensu pōtificatum inijt. cōsules aūt a romanis deponi curauit. multo em̄ ex nobilitate populoq̄ ro. ope et auxilio quos iam diu ea tirannis ad rapinam omīa ɔuertēs fastidisset innitebat. sed adeo cōsularis factio preualuit vt lucio vrbe deturbato in fautores suos crudeliter sit seuitum. Nouo em̄ apud romanos exemplo quotq̄t pōtifici studuisse comptum est. qui fuga sibi tardius ɔsuluerint effossis oculis sunt cecati. et pōtifex fuge sue necessitate ad bonū ɔuersum ɔsilium quod rome destinauerat veronam ɔcilium cōuocauit. rebus iherosolime titubātibus suppecias allaturus. veronam ꝓfect⁹ cōcilio habito et romanorum licentiam ac sup̄biam improbauit. et principes omnes xpianos adhortat⁹ est vt in asia laborātibus succurrerent. verū dū ob hāc rem nuncij vltro citroq̄ mitterent lucius vir optimus pōtificatus sui anno q̄rto mense secundo die decimooctauo verone morit sepelit q̄ magna adhibita pompa ante altare cathedralis basilice. hic ante mortem nō immemor patrie sue eam ornauit. Ab Friderico imperatore quo cum in pace vixit obtinuit ne hetrusci alia q̄ moneta lucensi vterentur.

Urbanus tercius papa patria mediolanēsis patre Johanne e gente cribella pōtificatū iniens quo tp̄e fridericus occidētalis ro. impator heinricum filiū ꝓuicijs et vrbibus quas de italia romanū tūc possidebat imperiū p̄fecit. Qui q̄ primū pōtificatum inijt reuocare ad cōcordiam xpianos principes primo annixus est. ne dissidentes a barbaris opprimerent. At vrbanus quē audita Guidōis lusiniaci regis noui et tripolitani comitis dissidia. et quē Saladini virtus fama principio sui pontificatus terruerat orbem xpianorum generali edicto de mittēdis in asiam copijs monuerat. Idq̄ quū serius negligentiusq̄ ardore sui animi quo ferebat fieri cerneret. venetias petere cōstituerat xpianā eo militiā festinātius copiosiusq̄ sua p̄sentia cōuocaturus. Iāq̄ ferrariā attigerat quū i felicis p̄lij rumore primū. post cerciore. atq̄ q̄ erat maiore xpianorum rerum exterminij nūcio ad se p̄lato febre et dolore correptus ē. ex q̄ breui mest⁹ ferrarie i itinere morit pōtificat⁹ sui anno primo mēse. x. die. xxv

Gregorius octauus papa patria beneuentanus summo oīm cōsensu pontifex creat⁹. q̄ ardore animi par suo p̄decessori. sed tp̄e acceleratiorē habuit mortis euentum. et statim nūcios et litteras ad principes xpianos mittit eos cohortatus vt viribus omnibus vna secū cōparato exercitu terrā mariq̄ hierosolimam ab hostibus captā recuperarent. et cū ad mittēda in terram sanctam xpianorum militum auxilia totis animi corporisq̄ viribus insudat. pisas se ɔtulit. quo pisanos inter et genuenses acerrimo cōtēdētes bello pacem facilius cōponeret vt vtrumq̄ populū bello maritimo p̄potentem in sanctam expeditionem excitaret. pace aūt plane cōposita adiecta vtriq̄ parti cōditionem vt classe armata in barbaros ducerēt xpianos in asia vexātes dū hec intētiore cura vir sanctissimus agit pisis morit pōtificatus die sui quinq̄gesimoseptio.

Joachim abbas calaber ad vrbanū pōtificem verone accessit. Is maxime doctrine et excellentissimi ac ꝓpe diuini ingenij vir hac ipa tēpestate apd̄ guilhelmum regem et calabros omnes clarus et inclitus fuit. qui spiritu prophetie (vt aiunt) repletus futura quasi p̄sentia differebat. cū prius nō multū ab homīe doctore didicisset donum intelligentie vt ferunt diuinitus accepit. adeo vt facūde scripturarum difficultates enodaret. et cum plurimū eruditus esset nōnullos in sacris codicibus edidit cōmentarios. et q̄ maxime in apocalipsim. vbi et multa predixit. et potissimum de ordinibus mēdicantium. Item cōtra petrum lumbardum theologū librum cōposuit. qui postea damnat⁹ et reprobat⁹ fuit. sicut pz i p̄cipio libri decretaliū. Fert q̄q̄ mlta scripsisse. librosq̄ suos dn̄o pape emēdandos obtulisse. et ei multa de futuris reserata aiūt de duob⁹ regibus francie et anglie apud messanam hiemantibus aliq̄n interrogatus quid sibi de expeditione sarraconorum sperandū esset respondit nō dum adesse tempus quo iherusalem recuperari posset. Sup his aūt que scripsit de futuris temporibus nos rerum incertarum p̄sagium relinquere conuenit iudicio posteriorum. alia quoq̄ ꝓpulcra scripto mandauit.

Joachim abbas



Balduinus septimus rex Iherosolime



Balduinus eius nomīs quartus Almerici superioris filius septimꝰ Iherosolimoꝝ rex pꝰ patrē regnauit ī iherusalē annis sex. qui etsi lepra ꝑcussus fuit. regnū fortiter prudēterqꝫ admīstrauit. nec animus illi. nec rei militaris pericia inferior habebat. Cū em̄ ad terciū vtriusqꝫ regni annū apd̄ Ascolonē prelio ꝯcurrissent maiores Saladini copias Balduinꝰ fudit. ⁊ altero itez ꝑlio apd̄ Thiberiadem ꝯmisso inter eas viginti milia Sarracenos Turcos ⁊ Arabas ꝑsente Saladino minores copie Balduini ꝓfligarunt. Balduinus igit̄ Saladino turcoꝝ regi ꝑstantissimo q̄tiēs ꝯgrederet̄ fortiter resistebat. ⁊ tamē illius virtutē eximiā ⁊ suū ipsius lepre incomodū secū reputās futuris xp̄ianoꝝ asie rebus ꝓ sua prudēcia ꝓspicere cōstituit. Cū em̄ deterrēte morbo vxorē ducere noluisset liberoꝝ spe destitutꝰ nepotes q̄siuit relinq̄re successores. duas namqꝫ sorores suas in matrimoniū collocauit. q̄ꝝ primogenita noīe Sibilla Guilhelmo marchioni montisferrati Longaspata cognoīe appellato nupsit. q̄ primo anno filiū pepit cui Balduino de auūculi noīe appellatio. iherosolime tandē quartus Balduinꝰ lepra magis q̄ꝫ senio confectus interierat. quintusqꝫ Balduinus ⁊ ipse rex successerat.

Ordo humiliatorum



Ordinē humiliatoꝝ hisdē tp̄ibꝰ quā marie in Cisalpina gallia initiū sumpsisse ferūt. Quidā tam̄ scribunt sub imꝑatore Henrico gesta. Verū cū Fridericus ꝑdictus barbarossa totā cisalpinā galliā varijs incomodis laceraret infinitos ꝑpe viros cū mulieribꝰ et liberis in Germaniaz ꝑpetuo exilio damnauit. vbi cū multis annis eos detinuisset iā exilij fastiditi cōi ꝯsensu vestibus induti albis ad imꝑatorē accessere miām deꝑcauere. q̄ꝝ humilitatē vt vidit cesar pietate ꝓmotꝰ annuit vt ī patriā rediret. Reuersi exules ⁊ forte ex voto emisso plurimi in vnū ꝯuenerūt facultates suas ī lanificio exposuerūt. ceperūt vicia vitare. hūili veste incedere. cepit odor pie ꝯuersationis ꝑ regionē illā diffundi. Scđo viuere restrictius ceperūt ac viri in vnū habitare ⁊ seorsum mulieres exercitia corꝑalia ꝯtinuātes. Demū numero multiplicatis ⁊ ꝑcipue in clericis diuinis officijs se applicarūt. Sumpserūtqꝫ ꝓ norma viuēdi partez regule btī Benedicti supiores eoꝝ ꝑpositos noīantes. Deinde facultatibꝰ tuz ꝑsonaꝝ numero mirū immodū creuerūt. in monasterijs tā fratrū q̄ꝫ monialiū ꝑ ꝑtes Tuscie ⁊ Lōgobardie. Deinde anno dn̄i. M.cc ob religionē ⁊ vite sctitatē approbatꝰ ē ordo ⁊ modꝰ viuēdi ꝑ Innocētiū terciū. ⁊ postea ꝑ successores multipliciter priuilegiatus.

Iherosolomitane vrbis vltima captiuitas.

Guido lusignanus Sibille Balduini regis leprosi sororis maritus. mortuo Balduino ⁊ eius nepote Balduino paruulo octauo loco regnū suscipiēs regnauit annis duobus. Post obitū em̄ balduini leprosi quintus balduinus puer ⁊ ip̄e rex successerat. cuius regni curā tripolitanꝰ comes ⁊ Guido suscipere cupientes nec vnanimes essent. dūqꝫ res ip̄a magnis christianoꝝ iherosolime agencium simultatibus tractatur balduinus puer regni iherosolime christianoꝝ ad octauū auūculi necis mēsem defunctꝰ ē. eam pueri regis mortem Sibilla genitrix ꝑcognitā texit futuꝝ qđ apparebat verita. Ne tripolitanū comitē populus ⁊ milicia oīs in regē iherosolime accersiret. multisqꝫ astuta mulier nō magis pollicitationibꝰ q̄ꝫ largitionibus a patriarcha. epis. ꝓceribus magnatibusqꝫ Guidonē virū suū ꝑsentē ⁊ ip̄m instantē iherosolime regē creare obtinuit. tulit vo grauiter tantā iniuriā Raimundꝰ comes tripolitanus inducias cū Saladino cōstituit. q̄ tripolitanū comitatū a fauore christianoꝝ penitus separūt. quin etiā Tiberiadis ⁊ galilee principatū hereditate tenentē nobilissimā mulierē sibi matrimonio copulās. eūdē quoqꝫ principatū regno iherosolime per nuptias abstulit. Erant tūc tp̄is Saladino cū christianis inducie quas vir astutus abrumpere satagebat. cū fortuna eius cōsilijs fomentū addidit. Q̄obrē Saladinus ingenti peditū ⁊ eq̄tū exercitu cōꝑato Ptolomaidē primo pꝰ berutū ⁊ maritima occupauit. postmodū in Ascalonē ducēs. qui alijs auctus copijs. q̄ ab Anthiochena populatiōe diffugerant iherosolimā duxit. quā ad occidentalē plagā obsedit. oppugnatiōibusqꝫ ꝑ decē dies frustra ibidē cōtinuatis. alia atqꝫ alia ꝑ viginti item dies castra fecit. obsessiqꝫ ingēs populi multitudo desperatōe magis suppeciaꝝ adducti q̄ꝫ oppugnantiū timore ꝑterriti. deditionē ea fecerūt cōdictione vt cū suppellectili quā humeris singuli ferre possent abire ꝑmitterent̄. Inuenimꝰ factā cōdeditionē secūda die octobris Anno nono ⁊ octogesimo postq̄ꝫ in christianoꝝ fuerat potestate. Migraturi iherosolima christiani Heracliū patriarchā ⁊ clerū facto agmie sunt secuti. quaꝝ pars Antiochiā. pars Tyruz pars Alexandriā pecijt. Saladinus iherosolimā ingressus Campanā primū turribus deiecit basilice debic etiam eccl'ie christianorum iumentis in stabula sunt complete preter templum Salomonis olim celeberrimum. manserunt ea in vrbe christiani Asia oriundi Suriani Armeni Jacobite Georgiani ⁊ Greci.

Clemēs tercius. pr̄ia romanꝰ. pr̄e ioanne cognomēto scolaris. demādatū sibi papatū accepit. Pontificatū iniens statim de bello in sarracenos gerendo edictū ꝓponit. Rem xp̄ianoꝝ in asia magis magisqꝫ indies piclitari intelligens. Generali vt in similibus assolet edicto xp̄ianos admonet. excitat. hortat̄ vt crucis salutifere signo non magis humeris q̄ꝫ cordibus affixo arma ī barbaros assumāt. de eterne felicitatis gloria triūphū singulis paritura. Cōciuit ꝟo ea romani pōtificis exhortatio xp̄iani orbis principes fridericū romanoꝝ īpatorē cognomēto barbarossum philippū regē francie. Richardū regē anglie. oddonē ducē burgūdie. quos innumera pene archiepōrum epōꝝ ⁊ alioꝝ principū viroꝝ multitudo secuta ē. Quin etiā ex ytalia veneti ⁊ pisani classes paratissimas eduxere. Ex frisonibꝰ quoqꝫ ⁊ dacis triremes q̄nquaginta. duodecimqꝫ ex flandrensibꝰ xp̄ianā expeditōeꝫ sunt secute. ⁊ guilhelmus Sicilie rex vltimā oīm opam tantis multisqꝫ exercitibus nauauit. q̄ classe sua mare a barbaris pyratisqꝫ pacatū vbiqꝫ reddidit. Insupqꝫ annonā ex apulia siciliaqꝫ importauit. Hij principes ī asia postmodū varia vsi fortuna acriter pugnarūt. At clemēs ad cōponēdas res eccl̄iasticas animū adiecit. Nam ⁊ mores clericoꝝ q̄rundā nō satis ꝓbatos seueritate sua emēdauit. Et claustrū sancti laurentij extra muros edificauit. et laterani edes non mediocri impensa restituit. templūqꝫ vermiculato ope ac musiuo exornauit. Moriens deinde anno pōtificatus sui anno tercio. mense quinto. in basilica lateranensi sepelitur ducta ingenti funeris pompa.

Celestinus tercius papa. natione romanus. pr̄e petro cognomēto bubonis. antea iacintus diaconus cardinalis grādeuus vir ⁊ ꝟtute insignis in terciū celestinū ē suffectꝰ. Qui egreferēs apertā siculoꝝ rebellionē in suū ꝑdecessorē imprudētissime intentatā eos cōpescere cōstituit. Vir q̄dē ꝑ omnia bonus q̄ heinricū corona exornauit. Et quoadu ixit nil pretermissit. quo terra sctā (Ita eīm hierosolimam vocant) recuparet̄. in tantis autē ꝑturbationibus reꝝ. tantoqꝫ sumptu bellico edes egregias. tū apud sanctū petrū tum ad lateranū edificauit. qua recipi pontifices ꝑ cōmode possent. Preterea ꝟo nomen viterbio dedit. eccl̄iamqꝫ cathedralē fecit. Moritur aūt pontificatus sui anno sexto. mense septimo. die. vndecima. Sepelitur in basilica petri. bonis omnibus pre dolore ⁊ desiderio hominis larimantibus.



Linea summoꝝ pontificum

Clemens tercius



Celestinus tercius

Saladinus rex



Saladinus egipti rex noradino sarracenoꝝ rege defuncto. eiꝰ loco tāq̄ꝫ vir fortissimus ⁊ strēnuus ab oībꝰ sbrogatꝰ. regnauit annis. xvj. Hic magistratu ac regno suscepto statim ꝯ egiptioꝝ regē ī bello ꝓcessit. q̄ tādem capto et occiso vniuersam egiptū ⁊ syriā oēm cōquisiuit. Et suo impio adiecit. Deinde in xp̄ianos mouēs regni hierosolimitani terrā cū magno ingressus exercitu ingētē pecoris hoīmqꝫ abegit predā. ⁊ cōgressos p̄datoribꝰ xp̄ianos milites. in quis tēplarij fuerūt multi. maiori ex ꝑte occidit. Attn̄ p̄mo ⁊ secūdo p̄lio a balduino rege leproso supatis. Rex ꝯpatis denuo copijs ꝯ emanuelē grecorū regem mouet. quē ⁊ simulata fuga aliq̄n ī angustas ꝯualles ꝓtrahēs tādē supat ⁊ capit. Cuiꝰ victoria elatꝰ ī xp̄ianos de hierosolimoꝝ regno ꝯtendētes cū maximo exercitu ꝓcessit. Ipam tandē ciuitatē sctām (quā xp̄iani reges post gothefridū regē ꝑ ānos octo ⁊ octuagita cū magna gloria possederāt) post maximā xp̄ianoꝝ stragē vt p̄missum ē cepit. ⁊ de ea triūphauit. Templūqꝫ salomonis q̄d turcis ꝑiter ⁊ sarracenis sicut ⁊ xp̄ianis consueuerat sanctū eē. illudqꝫ prius q̄ꝫ saladinꝰ ingredi voluerit. aq̄ lauari rosacea. ⁊ suis lustrari execrationibꝰ curauit. ꝓfectꝰ inde impiger saladinꝰ ī tyrū duxit. quā vrbē cōradꝰ marchio nō magis ciuibꝰ quā ceteris q̄ eo ꝯfugerāt xp̄ianis publico ꝑmittēte ꝯcilio defensandā ⁊ ꝑpetua ditione tenēdā accepat. Hic q̄ppe saladinus clarissimꝰ fuit. cui nihil aliud ad summā defuit laudē nisi xp̄iani nōis caracter. Qui moriēs tandē mādauit in sui funerī tropheū tale añ corpꝰ suuꝫ deferri spectaculū. videlꝫ pānū nigrū ī lancea suspēsum. Cui precederet preco clamans Asie totiꝰ domitor ex tanto regno tantisqꝫ opibꝰ moriēs. nil aliud secū defert.

Alpaidis mulier



Alpaidis mulier sctā de cudota eo tp̄e claruit. Cui diuinitꝰ collatū ē annis multī in corꝑe degere ⁊ corꝑalis cibi n̄ egere. Hec genere infima officioqꝫ bubulca. sic corꝑe marcida. ⁊ pre exilis intestinis inedia euacuatis. venusta tn̄ ⁊ corpulenta in vultu cernebatur. ac si delitiarum copia frueret̄ frequēter rapiebatur in excelsis ⁊ angelo duce freta: Illud quoqꝫ admirandus feminā rure editam ⁊ educatam rurali opere assuetā tam prudentē in consilijs ⁊ circūspectā in verbis fuisse vt qui docet hominem scientiam. in ea delegisse sedem pleriq̄ꝫ arbitrabantur.


Linea imperatorum
Heinricus sextus

Heinricus eius nois sextus Friderici primi filius. anno dñi M.c.xc. defuncto genitore ꝯsensu principū romanoꝝ impator delectus impauit annis octo. a patre aūt prius rex designatus coronā aquisgrani acceperat. Is primo in colonienses bella mouit. occiso leodiensi epo in graciā redeūt. Anno deinde electionis sue tercio Celestinus pontifex romanus postridie coronatiōis sue heinricum sextum friderici barbarosse in armenia defuncti filiū a germanis electoribus declaratum in regem romanoꝝ impatorem constituit. ea iniūcta cōditione vt heinricus ipe regno citra vltraqꝫ fretum siculum ꝓprijs recupato sumptibus ⁊ cēsum solueret annuū ⁊ iuris ecclesiastici ter ram sibi redderet possidēdam. idqꝫ quo rex facilius assequeret̄ cōstantiam normanno rege natam virginem in monasterio panormi agētem occulte educi curauit. eāqꝫ natu grādiorez qꝫ q̄ filios ꝓcuratura videret̄ dispēsatione aplica illi in matrimoniū collocauit. Reddidit vo heinricus impator primā oīm vrbem thusculam pontifici celestino. cuius ⁊ romane ecclesie iuris erat. Isqꝫ p̄ter hec vna in re ꝯsiderantissimus ro. po. ꝑmisit. a quo nullo adhibita aut pietate aut mora funditus est excisa. et vt omnis in futuꝝ instaurationis spes adimeret̄ ruinaꝝ illius saxa romam sunt delata. que in cliuo huius temporis capitolino ad memoriā conseruant̄. Ingressi regnū cum exercitu rex heinricus ⁊ regina primo imperij anno neapolim obsederunt. sed cum pestilētia exercitum inuasisset re infecta abeūtes in alemāniaꝫ accesserunt. Postea iterato a celestino pontifice romano vocatus magnū in ytaliam exercitum duxerat. veneratqꝫ secum Constātia vxor fridericū filiū afferens primū (quē p̄ter omniū opiniones nimis annosa pepererat) Isqꝫ secūdus fridericus postea vir factus ecclesiam ꝑsecutus est. paruoqꝫ negotio primo neapolis. post quicquid in ytalia sicilie regni vocabulo censet̄. ⁊ ipa subinde sicilia in eoꝝ potestatē sunt facta. Cōstans vo tūc fama fuit heinricū panormi agentez thesaurū ingentē a normānis regibus tanto prius tempore. tantaqꝫ successoꝝ ꝓsperitate cumulatum clam expilatum in germaniā transmisisse. Is a pontifice accersitus vxore ⁊ filio panormi relictis ro. se cōtulit cū eoqꝫ pontifex celesti. multa egit vt recupande hierosolime curam susciperet. Quod quidē munus cū ꝑ se noluerit per legatos exequi spopondit. priusqꝫ ro. et italia decederet nauigiū ex omni sicilie regno ⁊ imponendas vere ꝓximo copias parari curauit. paritèrqꝫ alpes transgressus archiepm maguntinū ⁊ saxonū ducem legatos declarās onus illis iniūxit copias ex oī germania cōtrahendi. qua tempestate sarraceni affricam mauritaniam incolentes ingēti classe in hispaniā vlteriorē delati cōgressum p̄lio castelle regē supatumqꝫ ceperūt. ⁊ plurima tūc ea gens barbara de hispanis subegit. quoꝝ partē bethicā olim. nūc granatam vsqꝫ in hec tpa Anno. 1493. tenuerūt. Tandem cū in regnum heinricus redijsset Messane in sicilia agēs cū grauiter egrotaret ad Innocētium pōtificem ro. mittens vxorē sibi ⁊ fridericū filiū pueꝝ ꝯmendauit. Philippū vo sibi germanū fratrē. cuius totius ethrurie dominiū sub ducat⁹ titulo cōcesserat. q̄tū in se fuit ro. imperij ⁊ simul gubernationē regni sicilie quousqꝫ filius adoleuisset administrationē retinere quesiuit. cōfectoqꝫ testamento panormi diē obijt. ea igit̄ mors et rem in asia xpianā ⁊ simul omnē germaniā maximis inuoluit motibus. fuit eñ in agēdis rebus strenuus. in hostes acer. in largiendo munificus. facūdus eloquio. facie decora. statura mediocris. ingenio prudens. in ecclesia panormitana magnifice sepultus.

Helynādus monach⁹



Helinādus in territorio belluacensi frigidi montis monachus his tēporibus religione facundia ac doctrina clarus effulsit. qui cū esset vir doctissim⁹ ac disertissimus. diligenti cura de omnibus rebus gestis chronicā ꝑ pulcrā ab initio mundi vsqꝫ ad hec tempora composuit ac in maxio volumīe digessit. At hoc op⁹ ita dissipatū ⁊ dispersū ēvt nusqꝫ totū reperiat̄. scripsit ⁊ alia opuscula ⁊ sermōes

Apias natione longobardus in latina ⁊ greca lingua egregie doctus ꝑ hec tempora floruit ⁊ multa composuit. ⁊ inter cetera p̄ter latina vocabula. que diligenter in ordinē redegit. ⁊ de ordine dicēdi optime scripsit. atqꝫ plures eplas elegantes doctasqꝫ composuit.

Azo doctor interpres



Azonem p̄terea patria bononiensem viꝝ vtiqꝫ celeberrimum atqꝫ insignem ⁊ in iure ciuili cōsultissimum. Johannis bosiani (qui summā breuē super pādectis composuit) auditorem cū p̄dictis floruisse constat q̄ cum esset diuini ingenij vir in legibus optimos cōfecit apparatus ac summam celebrem edidit. que apud omnes etiam nr̄o euo magno habetur in p̄cio. Insuper additiones plurimis summis addidit. quem baldus legum fontem ⁊ electionis vas velut alter paulus appellat.

Martinus similiter bosianus ⁊ cremonensis eius doctrine ⁊ professionis doctor. de quo in glosis ꝑsepe fit mentio eo tpe floruit. quem angelus de perusio iuris lucernam ⁊ mundi speculum appellat.

Linea summoꝝ pontificū
Innocentius tercius



Anno mundi. 6403. Anno christi. 1204.

Innocentius tercius papa natione campanus patria anagninus patre trasimūdo e familia comitum. vir certe in omni genere vite ꝓbatissimꝰ atqꝫ doctissimus. q̄ a primeua etate parisius lr̄is operā dedit. Is an̄ pōtificatū doctrina et moribus insignis. a celestino in numero cardinaliū refert. quo mortuo in eiꝰ locū oīm consensu pōtifex sufficit. q̄ztū autem fuerit gloriosus pōtifex opa eius ostētant. q̄ si omnia scribenda forent ingens volumē efficerent. q̄ cū exosaz haberet venalitatē edicto statuit vt nullus curie officialis quicq̄ꝫ ab alieno exigeret preter scriptores ac bullatores. q̄bus modū p̄fixit. hostiarios quoqꝫ a notariorum cameris amouit vt liber esset aditus. statim quoqꝫ vbi magistratū inijt bello asiatico animū adijciēs germanos ꝓpter Heinrici mortē in asia tumultuātes retinere in officio lr̄is. nuncijs. premijs. pollicitationibꝰ conatꝰ ē. verum id frustra tentauit. at vbi videret sarracenoꝝ potētiam in asia concrescere apud lateranum maximum conciliū celebrat. cui interfuere plures viri p̄stātissimi. Postmodū multa libroꝝ volumia composuit. inter que extat liber de miseria cōditionis humane. ⁊ libros de sacramēto eucharistie. de sacrameto baptismi. habuit item sermones temporibus ⁊ solennibus diebus accomodatos. Decretales quoqꝫ antiquas composuit quas obseruari mandauit. Vir doctissimus ⁊ omi ornatissimus virtute. eo pontificatu sese dignū breui ostendit. nam inter ceteras decretales quas extantes reliquit tres eo pōtificatus sui initio edidit. Primā q̄ de inducijs habet. Quotiēs orbis p̄nceps alter in alterū delinqueret correctionē ad pōtificem romanum spectare. Et venerādos esse principibꝰ q̄ztūuis maximus sacerdotes secundam. Terciā que extra de electiōe habet singularis fuit. Iuuere huiꝰ pōtificis virtutē ⁊ doctrinā beati Dn̄ici ⁊ Francisci assisiatis sanctitas. Improbauit p̄terea abbatis Joachim libellum quēdam nō sanam doctrinam p̄ se ferētem. Damnauit ⁊ errores almerici heretici qui postea parisiꝰ cū sectatoribus suis exustus est. qui affirmabat ydeas que sunt in mente diuina ⁊ creare ⁊ creari. cū in eo nil nisi eternū ⁊ incommutabile sit. dixerat p̄terea in charitate constituto nullū peccatū imputari. Nec Innocencius opera pietatis in tanto pontificatu p̄termisit. Extant etiam rome duo huius pontificis opa situ. vtilitate ⁊ vsu longe distantia. hospitale sanctispūs in Saxia a longobardis ⁊ Saxonibꝰ ibi solitis habitare appellatum. quod in vaticani suburbio celebre ⁊ ditissimū hospitalitati amplissime deseruit vnū. Et alteꝝ turris appellata comitis vrsani operis. que muro oīm totius vrbis rarissimo sublimitate surgit eximia. Estq̄ꝫ ad forū olim nerue ad veteris subure principiū que ꝑ etatē nostrā ⁊ diu ante inhabitata nulli omnino vsui est aut fuit. indeq̄ꝫ basilicam sancti sixti que extat in auentino celebris tūc dirutam instaurauit. Verū dū Perusij tollende discordie causa (que inter Genuenses ⁊ pisanos vigebat) ꝓfectus fuisset morit. pontificatus sui anno decimooctauo mense septimo die. xvi. Cuius vita adeo ꝓbata fuit vt post eius mortē nil earum rerum que in vita egerit laudauerit improbaueritq̄ꝫ immutatū sit. hic quoqꝫ primū ordinē diui Augustini heremiticum sub tutela apostolica suscepit.

Sinodus maxima hoc anno apud lateranum ab Innocētio pōtifice p̄dicto ꝓ recuperanda iherosolima celebrat. cui interfuere mille ⁊ trecenti p̄lati cum iherusolimitano ⁊ constātinopolitano patriarcha. Metropoli septuaginta. Episcopi quadringenti duodeciꝫ. Abbates. priores. cōuentuales octingēti. Greci ⁊ romani imperij legati. Reguꝫ vo iherusalem. francie. hispanie. anglie ⁊ cipri oratores. Venere multa tum quidem in cōsultationem nec decerni tamen quicq̄ꝫ aperte potuit. q̄ꝛ ⁊ pisani ⁊ genuēses maritimo ⁊ cisalpini terrestri bello inter se certabant. verum decreta ibi ꝓlata fuere quibus tam laicorum q̄ꝫ clericorum mores componerentur.

Iohānes bonꝰ ordinis heremitaꝝ diui augustini instaurator natiōe Mantuanus his temporibꝰ i flaminia ⁊ vmbria vitam religiosissimam ac sanctissimaꝫ duxit. multa monasteria ibi erexit. Inde fratres ꝫābonite vulgo appellati sunt. Tandem cum vir sanctus. 50. ānis in flaminia ꝯmoratꝰ fuisset i patriā reuersus plenꝰ dieꝝ ⁊ opibꝰ bōis. āno a natiuitate dn̄i 1222. migrauit ad dn̄m. Cuius corpꝰ translatuꝫ in mōasterium ordinis sub titulo sancte agnetis fabrefactū summo seruetur honore vbi indies fiunt miracula.

Concilium lateranense





Linea imperatorum
Philippus

Otto quartus

Philippꝰ sueuie pꝛínceps ⁊ ethrurie dux heinrici imperatoꝝ frater. quē idē heinricus moꝛiens filij friderici reliquerat tutoꝛem regnū accepit. verū heinrico moꝛtuo maxima inter electoꝛes oꝛta est dissensio. in germania eñ electoꝝ pars othonem ducis saxonie qui in asia fuerat germanū fratrem delegit. pars philippum qui ab heinrico institutus erat censuit cōseruandū. ⁊ res bello dissidijsq̄ diutissime acta ꝙ philippo rex francie othoni rex anglie fauebat. ꝓpter hanc dissēsionem impatoris deligendi ytali neq̄ philippū neq̄ othonē ad imperiū admittunt. p̄ter id tantū tpis quod inter coronationem ⁊ depositionē othonis interfuit. Per reliquū vero eoꝛundē impatoꝝ tempus vacasse imperiū scribunt. Philippus aūt anno M.cc. alsaciam bello deuastans argentinā obsedit ⁊ in suaȝ potestatem accepit. sequenti anno similia in thuringia ꝑegit. lantgrauiū deuictum ī graciā sumpsit. Innocentius vo pontifex quia cōstabat heinricū ⁊ fridericū patrem ꝯ romanā egisse ecciam othonem impatoꝛem ꝓnūciauit. Philippꝰ ira succensus arma parat ac ꝯtra othonē philippo rege francoꝝ fauente in expeditionē pꝛodit. Otho q̄ȝ composito exercitu vna cū ioanne angloꝝ rege pugnandi copiam facit. fiuntq̄ singularia certamina p̄cipue apud coloniam. Ad annū q̄ȝ pontificatꝰ innocentij octauū otto ille quē ro. regē impatoꝛēq̄ instituerat a philippo vbiq̄ succubuerat agrippina Colonia germanie vrbs peclara othonem pulsuȝ postremū oīm cōseruauerat quā vrbem philippus arta pressit obsidiōe. othoq̄ facta eruptione cōgressus sup̄atusq̄ a coloniensibꝰ est expulsus. qui tempoꝛi cedentes philippo impatoꝛi debitā obedientiā p̄stiterūt. Tandem principis diuturnis defatigati bellis pace confecta philippus romanoꝝ impatoꝛ declaratꝰ. ac sic nouem annis nō sine molestia hanc dignitatem retinuit. nec tamen diuturna fuit philippo in adepto vbiq̄ ꝑ arma impio quies. quem lantgrauiꝰ thuringie pꝛinceps multis in suam sententiam tractis circūueniēs. vel vt alij scribunt otto comes palentinus de witilspach bamberge interfecit. x. kalenđ iulij. coꝛpus babenberge inde spire iussu friderici sepultū. Fuit aūt benignus ac largus. debilis coꝛpe attñ virilis. facie venusta. capillo flauo. statura mediocri decoꝛus.

Otto dux saxonie huius nōis quartus anno a natiuitate dñi M.cc.ix. cū philippus impatoꝛ a comite palatino interceptus fuisset. impatoꝛ a germanis suis delectus impauit annis tribus. qui statim romam ꝓficiscens ab innocentio tercio sequenti anno in basilica sancti petri coꝛonatus est. verū post acceptum ab ipso pontifice diadema iurisiurandi quo se de moꝛe obligauerat religione post habita terram eccie hostiliter inuasit. nā radicophanum montē faliscū siue vt coꝛrupte appellant flasconem ⁊ totā pene romandiolaȝ ꝑ diuersas legiones diuersosq̄ legatos occupauit. ⁊ ad regni neapolitani regiones cōuersus vt eas q̄ȝ caperet est adnixus. Friderico secū do quē romani pōtificis auctoꝛitas ⁊ ꝓmissa ꝓtectio secuꝝ redderet. nihil tantī motibus suspicante. eos vo motus pontifex innocentius iniquo ferens animo ad othonē misit. qui eū suadendo. hoꝛtando. admonendo ꝑuincere conarent vt capta de eccie terra feudatario redderet. q̄ peioꝛa indies moliebať. vnde pontifex eū anathemate primū ꝑcussit. deinde ꝑseuerantem ⁊ vias omnes romanas latrocinijs infestantē imperio ⁊ alemanie regno priuatū depositūq̄ ꝓnunciauit. Secutos eū p̄latos ⁊ ꝓceres ac oēs alios imperij ac regni populos eatenus sacramenti religione qua illi obligabanť absoluens vt nō magis possent q̄ deberent ab eius imperio reuerentia ⁊ obedientia se subtrahere. Q̄obrē rex bohemie. langrauiꝰ thuringie ac archiepi Maguntinꝰ Treuerensisq̄ dux austrie ⁊ ex militibus p̄stantioꝛes quiq̄ eū deseruerť. Cū etiam germani electoꝛes imperij philippo suadente francoꝝ rege q̄ primū de priuatione othonis certioꝛes facti sunt fridericū secundum sicilie regem vigesimū agentē annū in romanoꝝ rehē declarauerūt. Philippꝰ eñ francie rex othonē ioannis regis anglie ex soroꝛe nepotē debilitari ac potentatu deijci exoptabat. quibꝰ tandē deterritus malis atq̄ periculis otho in alemāniā se recepit ⁊ quecūq̄ de ytalia ceperat in romani pōtificis fridericiq̄ sicilie regis potestatē rediere. vbi postea a philippo francoꝝ rege apud toꝛnatum sup̄atus. Tandem anno M.cc.xviij. otto impatoꝛ mestus languensq̄ aīo breui obijt. Veneti aūt rebellantem cretaȝ in fide armis cōtinentes anno salutis M.cc.xiiij. eandē in colonie foꝛmā redigere. missis eo ciuibus qui cretenses in officio continerent.

Rainaldus archieps coloniensis post destructam mediolanū a friderico impatoꝛe coꝛpa triū regū ad Coloniam traduxit post gloꝛiosam vitam in dño quieuit.

Richardus quoq̄ puer parisius a iudeis martiriū passus multis claruit miraculis. Q̄ obrem philippus rex francie intelligens iudeos ꝑ plura quotannis mala ꝑegisse in vituperium xp̄ianoꝝ priuatis bonis omnes e regno francie expulit.

Ordo cruciferorum



Cruciferorū ordo in sinodo lateranēsi diu inchoatus sed aliqn̄ intermissus ab ipo Innocentio tercio pōtifice anno pontificatus sui. xviij. restituit. et confirmat ac multis fauoribus cōmendat. Id qꝫ maxie factū ē eo ꝙ quedā albanensium pestifera heresis surrexerat. que tantā in populo romano clero qꝫ seditionē excitauerat qꝫtā vnqꝫ antea. Qꝫ obrē causaȝ pōtifex ipe multos cruce signatos impulit ꝯ eos arma suscipere. quibus deuictis cruciferorū ordinē iaȝ sopitū ⁊ oblitteratū instaurans multis priuilegijs ⁊ gratijs mirabiliter auxit. eidē aūt ordini postmodū innocentius quartus deuotiōe affectus apud lugdunū existens regulā cōposuit ⁊ dedit in quo ꝓcepit ipsis religiosis semꝑ crucē in manibus portare. ipsius aūt ordinis auctorē et ducē Quiriacū epm ⁊ martirē tpe constantini magni Helene matris primū fuisse tradunt. qui etiam cuȝ Juliano apostata cū multis christianis passus fuit. sed idem ordo ad nihilum fermevsqȝ in presens redactus.



Tartarorum regni principium

David quidam persa ex ignobili familia intereos natus tartarorū gentis rex vir quidē magnanimus ꝑ hec tpa ex indie montibus vna cū oib⁹ sue gētis viri ac mulierib⁹ hostili aīo egressus ꝑ vicinas quasqȝ vrbes spolia multa exegit ⁊ populū suū h̄ mō allexit. quibus spolijs allectus inde parthos venit ⁊ pari terrore mediam, assiriam. persiam. armeniam et sarmatas nō longo tpe ꝑuadens circa meotidis paludis littore concessit vbi ⁊ accolis suis sedes cōstituens in maximā euasit potentiā vt regnū eoꝝ nunc multū creuit in finibus hungarie polonie ⁊ iuxta mare ponticum ⁊ in aquilone. ⁊ hi nūc vsonē cassanū habent principē. Sunt autē tartari hoīes turpes oculos grossos ꝓminentes habent latas facies et frontes nasosqꝫ latos mediocres. ⁊ statura tante arrogantie vt dn̄m suū cham filiū dei appellent. pluraqꝫ de eoꝝ moribus historici scribunt.

Ordo carmelitaꝝ ꝑ hoc tp̄s in syria apud carmelū montē ab Alberto iherosolimitano patriarcha excitat ⁊ multis priuilegijs ab eo sublimat. atqȝ eidem regulā suo iure cōfectā obseruandā primo obtulit ⁊ confirmauit. in qua pro habitu fratribus eiusdē ordinis capā superiorē ex syrico cū quibusdaȝ largis virgis scȝ albis ⁊ griseis circulatā more helye ꝓphete (vt tradūt) assignauit ⁊ deferendā ꝯstituit. Iscꝫ ordo cū in orbē diffunderet ac locis ⁊ viris ꝓstantissimis indies multiplicaret multas impugnationes ꝑ multos annos ab emulatorib⁹ ꝑtulit. sed postmodū Honorius pontifex eius noīs tercius cernens ipam sanctam religionē ⁊ ordinē a multis impugnatū ⁊ aliqn̄ ꝑsecutū cū nō satis probatū cōspiceret deuotione motus primo pōtificatus sui anno mutatis prius circulatis clamidibus ob honorē beate virginis marie in albas sub titulo virginis marie de monte carmelo approbauit ⁊ cōfirmauit. aiūt em̄ ordinē istū dū in siria cū habitu illo procederet maxima in reuerētia ⁊ deuotiōe apud soldanū egypti extitisse ⁊ multas illi elemosinas ⁊ beneficia cōtulisse. sed eo habito mutato eū e finibus ⁊ regno suo eiecisse. Qꝫ obrē necesse fuit illuȝ i europā traijcere vbi mirū immodū excrescēs clarissimos ⁊ sanctitate ⁊ scientia viros ꝓtulit. Quoꝝ de numero ꝓcipui fuere Angelus declamator ardētissimus Albertus siculus Cirillus grecus vir doctissimus. q̄ ꝓter libros multos a se editos spū ꝓphetie claruit. Et alij clarissimi.

Ordo carmelitarum



DOminicus hispanus vir sanctitate ⁊ doctrina plurimū decoratus. p̄dicatoꝝ dux ⁊ pater inclitus. ac xp̄iane religionis q̄si matutinū sydus emicuit p̄ hoc tp̄s. Is ī calogura al' calaroga pago exoniensis diocesis nat⁹. Cui⁹ pr̄ felix appellatus. mater ioanna q̄ tres filios habuerūt q̄ postea lr̄is edocti sacerdotiū acceptarūt. Tercius beatus dn̄icus cui⁹ mater p̄uidit in somnis se gestare catulū accēsam ore faculā baiulantē. Qui egressus ex vtero totū mundū incēdere videbat̄. p̄figurans ex ea p̄dicatorē eximiū nascituꝝ. fuit em̄ vicioꝝ mirabilis obiurgator. oppugnator heresum. fideliū diligentissimus exhortator. ab infantia quoq̧ cū eo miseratio creuerat. ex canonico aūt regulari a deo vocatus cū fr̄ibus socijs p̄dicatoꝝ ordinē incredibili feruore fundauit. q̄ diuinitus instituto ab gloriosa dei genitrice maria religionis habitū assumpsit. Et cū in tholosana albiensiq̧ galliaꝝ regione heresis pullulasset. ac late ⁊ longe cepisset serpere. btūs dn̄icus tunc primū fama nosci ceptus ad eas extirpandas se cōtulit. Erāt vō q̄ armis eā sectam tueri adniterent̄. Qua comes tolosanus notabat̄ infamia. Quare datus est ab innocentio pontifice ⁊ a francoꝝ rege symon de mōte forti btō dominico adiutor. q̄ cū cohorte ab hierosolime expeditione reducta: a sancto viro aduersantiū arma conatusq̧ retudit. tantisq̧ ea heresis defixa erat radicibus vt q̄ septimo inchoauerat vix tādem vltimo pontificat⁹ innocētij anno potuerit extirpari. pater aūt religionis existens. postea ab honorio q̄ scismaticos apud tholosā domitos audiuit. ordinis confirmatōem obtinere meruit q̄ ꝯfirmato cū plura monasteria erexisset. Et multis signis ac miraculis claruisset. ac varias regiones docendo ⁊ p̄dicando lustrasset. Tandē anno salutis tercio vicesimo ⁊ duodecies centeno apud bononiā ytalie ciuitatē. nonis augusti migrauit ad dn̄m. quē postea gregorius nonus audit eius miraculis ⁊ vita preclara in sanctoꝝ numero aggregauit.

S. Dominicus



S. Franciscus



FRanciscus seraphicus natione ytalus ex assisio vmbroꝝ ciuitate ortus. vir vtiq̧ diuinus. ac primus institutor ordinis fratrū minoꝝ. ⁊ fundator mirificus. Circa annos dn̄i. M. ccviij. primo negociator hūanus ⁊ affabalis ac p̄digus vsq̧ ad annū. xxv. Inde terrena oīa despiciēs xp̄m in om̄i vita secut⁹ est. Et cū aliquādiu pedibus calciat⁹ ⁊ corrigia cinct⁹ incessisset. Sentētie dn̄ice memor dicētis. Qui venit ad me ⁊ nō renūciat oībus. non potest meus esse discipulus. Abiectis oībus tunica incultam ⁊ cōtemptibilem fune p̄cinctam induens nouuꝫ mox ordinē constituit. cum quo velut sol ī orbe radiās xp̄ianā religionē plurimū illuminauit. Tantū aūt in seipo rigorē austeritatis exercuit. vt in tēptatione carnis. in pruinali tp̄e niue vel glacie operiret̄. pauptatē quoq̧ dn̄am suam semper vocabat. Mallebat potius de se vituperia q̄ꝫ laudes audire. om̄iq̧ studio precauebat ne pauptatis metas trāsiliens ad sup̄flua difflueret. ardentissimoq̧ martyrij desiderio feruebat. Ideo sexto cōuersionis sue anno syriā petijt: ac ad soldanū accessit. qui eum om̄i honore suscepit. Duobus aūt annis an̄ obitū eius vidit in visione seraphin vnū in aere sex alas habentē cruci manibus extensis pedibusq̧ coniūctis affixū. alaꝝ vō duas sup̄ caput erectas. ⁊ duas ad volandū extēsas habebat. Porro duabus totū corp⁹ tegebat̄. Cumq̧ diutius cogitaret apparebant in manib⁹ ei⁹ quasi fixure clauoꝝ. latusq̧ ip̄ius dextrū veluti lancea perforatum. Interea cū fr̄ibus suis sic ab eo institutis nouā dedisset regulā. ⁊ xp̄i stigmatib⁹ insignitus fuisset. ⁊ nomē suū in orbē diffudisset. Cū nullā carni sue requiē dederat a ꝯuersione sua. xviij. anno ⁊ multis languoribus p̄teritū tp̄s effluxisset. duobus seq̄ntib⁹ grauioribus purgeri cepit. Tandē plen⁹ bonis op̄ib⁹. apud assisiū vrbem suam. Anno salutis nr̄e. 1227. nonas octobris ī dn̄o feliciter obdormiuit Quem ⁊ biennio post gregorius nonus auditis eius crebris miraculis magna prius ob eam rem cōuentu habito. in numeꝝ sanctoꝝ statim retulit. Nicolaus aūt tercius papa anno. M. cclxxx. litteras de stigmatib⁹ ei⁹. xp̄i fidelibus misit



TErremotus atq̧ portēta multa hijs annis vbiq̧ ferme fuere ita vt antiochia ⁊ tripolis atq̧ damascus magna ex p̄te corruerint. Cathina etiā sicilie insula contra aquarum naturaꝫ pelagus retrocessit. ⁊ hoīm ferme milia absorbuit. In ytalia insup̄ grandines ouis anserum grossiores cecidere.

VIsum est quoq̧ signū mirabile in occidente post occasum solis in stella posita in austro declinans in occidentem indirecto syderis quod astrologi coronam adriagne appellant. Visusq̧ radius quasi trabes magna per multos dies ascēdes in altitudinem firmamenti. Predicatores hijs temporibus multa alia signa contigisse asserebant.

Anno mundi. 6413. Anno xp̄i. 1214.


Linea summoꝝ pontificū
Honorius tercius

HOnorius tercius papa. p̄ria romanus. p̄re almerico ciue romano genit⁹ tercio suffectus innocētio. ⁊ ip̄m eius noīs terciū. perusie cardinales ī romanū pontificem creauerūt. Qua in creatione ad sextū p̄decessoris diem obitus facta. maior solito adhibita ē festināncia ꝙ perusini ciues difficultatē hierosolim e rex. ⁊ belloꝝ ytalie sedandoꝝ necessitates ꝑpenderūt. Et coacto in conclaui collegio penuria cibi per dies singulos maiore facta vt ꝓperarēt. vim honestissimā attulerīt. ꝯsecratusqꝫ pōtifex destinatū a p̄decessore pac| in ytalia cōstituende tractatū ꝑ oratores legatosqꝫ cōtinuauit. Ipse romā intra primū creationis mensem ꝑ sabinos se cōtulit. Sollicitabat em̄ eū petrus antisidorēsis imꝑator cōstantinopolitanus. quē paulo post ⁊ iolem simul vxorē idē pontifex in basilica sancti laurētij. q̃ via tyburtina extra muros insignis visitur. imperiali diademate decorauit. Et rebus xp̄ianoꝝ in romana ꝯsulturus q̃ hierosolimis ꝓfuture viderent̃ ioannē de colūna cardinalem romanuꝫ portuensem ep̄m apostolice sedis legatū declarauit. impialesqꝫ titulos honorius friderico secūdo cōtulit. Quē post iuribus ecclesiasticis sibi vsurpatis anathemate notatū dignitate priuauit. Ordinē heremitaꝝ prout innocentius fecerat ꝓtegendū cū suscepisset. Etiā ordines predicatoꝝ ⁊ minoꝝ cōfirmare voluit. hierosolimoꝝ regē ex asia ad se romā venientē benignissime suscepit. Extant vo honorij pontificis decretales multe. tū rome opa sancti laurentij extra muros vrbis reparata cū cenobio basilica. tum sanctasanctoꝝ ad lateranēseꝫ eccclesiā instaurata celebris sanctimonie oratoriū. Vn̄ aūt ac beate vitā ducēs vt bonū pastorem decebat. anno pontificatus sui decimo. mēse septimo. die. xiij. morit̃. Sepeliturqꝫ in basilica sancte marie maioris ad presepe.


Gregorius nonus

GRegorius nonus papa natione hernicus. p̄ria anagnin⁹ e familia comitum innocentij tercij nepos. Qui ⁊ laterano vbi creatus fuerat ananiam ꝑ estati caumata se contulit. Vn̄ fridericū monuit vt expeditionē in terrā sanctam cui⁹ voto pridez cruce signatus se obligauerat. tandē iniret. forte cōminaret vt nisi breui exequeret̃ excōicationis priuationisqꝫ sententias ab honorio p̄decessore in illū ꝓmulgatas. ꝯfirmatas etiā atqꝫ etiā aggrauaret. Promisitqꝫ fridericus sese vouerat. dictūqꝫ ē veris tp̄us ad ꝯueniendū brundusij. venerat eo magna multitudo p̄cipue vero ex germania lantgrauius hassie. q̃ brundusij vna cū magna pte militū moritur. dū fridericus egritudinē simulās in sicilia se continet. Hec fraus ita cōprehensa est. cognita em̄ lantgrauij morte celerrime eo adnauigasse omnēqꝫ eius suppellectilem diripuisse. Cognita igitur fraude friderici honorij tercij sententiā in fridericū latam ꝯfirmauit. Inde perusij pontifex assisiū petiturus. vt q̃ de francisco viro sanctissimo miracula audierat p̄ns cognosceret re comperta vt audierat. in sanctoꝝ numeꝝ statim retulit. Ceperant iterim romani senatores qn̄qꝫ vnū. qn̄qꝫ binos creare. Hanibalqꝫ ex hanibalda gente romana nobilis senator heresi ꝯsentiebat. in quā multi inciderant sacerdotes. Hiqꝫ pontificis reditū formidantes tumultū concitauerāt ꝫ diuina vltio cōpescuit. Tyberis em̄ eā in alluuionē excrescens. multa dāna mortalibus intulit. Et tanta peste laboratū est vt decimus quisqꝫ vix superfuerit. Pontifex mira clemētia vsus publice oēs priuatimqꝫ etiā distributa pecunia ꝯsolatus ē. veteres cloacas purgari nouasqꝫ plurimas construi curauit. Vrbis dignitati ⁊ valitudini vno tempore consulens. accessit post ad vrbem reatinā pontifex curiā in ea aeris salubritate conseruaturus. qua in vrbe beatum dominicum in sanctorū numerum retulit. Spoletum postea estate cum diuertisset beatum anthoniū cognomento paduanū ob innumera miracula sanctoꝝ confessoꝝ collegio congregauit. Qui tandem multis quassatis erūnis a friderico suadentibus francie ⁊ anglie regibus cōuocauit omnes orbis xp̄iani ad cōciliū. Verū fridericus terram mariqꝫ vias p̄clusit. Cardinales pisana classis intercepit ad amalphiā vrbē ducti. in custodiam postmodum tenti. Dum aūt eo tardatus captoꝝ cardinaliū ⁊ prelatoꝝ impedimento. desistit a concilio pontifex. mense augusto. Et primo quadragesimo salutis anno supra duodecies centeno obijt. pontificatus sui anno quartodecimo. mense tercio.


Celestinus quartus

CElestinus quartus patria mediolanensis ⁊ ganfredus ex castillonea gente. sabinensis episcopus vita ⁊ doctrina insignis senex admodum ⁊ valitudinarius in locum gregorij suffectus. ad fridericum mittens obsidionem fauentie continuantem multis illum de futura pace pollicitationibus delinire conatus est. Sed priusqꝫ fridericus respondere potuerit. Celestinus ip̄e duo deuicesimo pontificatus die defunctus ē. Cui vt successor daretur vno ⁊ vicesimo mense laboratum ē. Causam diuturne vacatōnis apostolice scribūt tentos in malphitano carcere cardinales. ne ip̄is absentibus electio fieret protestatus fuisse. Quibus ⁊ collegas assensisse. videntes omnē ytaliam friderici motibus quassatam esse. ⁊ imminere per singulos dies periculum ne vrbē romam caperet.

Linea impatoꝝ
Fridericus secūdus



Fridericus eius nominis secūdus impatoꝛ. anno dñi. 1212. ottone p̄dicto imperij titulis priuato. ab electorib⁹ eius loco surrogatus. Et ab honorio pōtifice cōfirmatus ⁊ coronatus. impauit annis. 33. Nat⁹ ex heinrico sexto ⁊ cōstantia soroꝛe regis sicilie. q̄ cum antiqua esset sub papilione panormi in medio platee. vt tolleret omis suspitio ⁊ mulieres liberū haberēt aditū in lucē editus Is sub gubernatione ecclesie ⁊ innocētij orbato p̄re enutritus. Deinde potentissim⁹ impatoꝛ ytalie. sicilie. sardinie. ihrlm ⁊ sueuie. dñs quo nullus magnificentioꝛ romanū imperiū tenuit. Fuit em̄ armoꝝ strēnuus linguaꝝ. s. latina ⁊ vulgari. greca. gallica ⁊ sarracenica pit⁹. vigorosus liberalis ⁊ magnific⁹. Verꝫ vicijs nō caruit luxuriosus nihil curās nisi tpale. cū mltis pōtificib⁹ romane eccl̄ie bella gessit. Fecit tñ magnifica edificia p̱ omnes ciuitates regni apulie ⁊ sicilie. Validissimā arcē capuana dicta in neapoli castꝝ pratense ⁊ arcē sancti miniatis Habuit ex prima vxore heinricū ⁊ cōradū. quos ꝯsortes regni fecit. Ex secūda filia ioannis regis hierosolimitani iordanē ex ꝯcubina fridericū regē antiochie manfredū principē tarenti postea regē sicilie. Et Rentzium quē fecit regē sardinie. Fridericus itaqꝫ p̄mo post habitā magūtie regū alemānoꝝ coronā. In sueuia gentilitatis sue regione desederat. Is audita clade qua otto afflictus erat. Aquisgranū impatoriā vrbē obsidione pressam recepit. vbi tercij innocētij romani pōtificis auctoritate regiā iterꝫ de more coronā accepit. Et vt aliquā erga deū ostenderet gratitudinē cruce insignitus. voto se tunc publice obligauit subsidij xp̄ianis in asia agētibus afferēdi. ne etiaꝫ pontifici quoqꝫ romano ingrat⁹ esse videret. comitatū de regno sicilie p̱misit fundani p̱petuo ei⁹ donationis iure a romana eccl̄ia peculialiter possidendū. inde in romanoꝝ regē electus ottone defuncto romā redijt. Quem honorius impiali diademate insigniuit. Obierat paulo prius cōstantia eius mater prestantissima mulier. nō magis annorū qua prudentie plena. q̄ viso filiū adolescentiā supergredi incipienteꝫ. Qui duos de triginta ageret annos. ad eam diē in vtutū via cōtinuisse. ꝙ ea de medio sublata. mores vsqꝫqꝫ mutauit In pontificē em̄ spreta iureiurādi religione anno coronationis primo mlta ⁊ quidē enormia ē aggressus quē vt a flagitijs a rebellione temparet. admonētem magis magisqꝫ indies spreuit. Unde eū duxit pontifex anathemate nisi resipisceret ⁊ ablata redderet deterrendū. sub ipm fridericus impio priuatus. vt reb⁹ ꝯsuleret alemanie. Quib⁹ ob noui impatoris subrogationē timebat. heinricū filiū decēnem illi in regem dedit. Tribus ab inde annis supuixit honorius. Promisit postea fridericus qd̄ vouerat. ⁊ quod pontifex gregorius volebat. Tandē ad terciū ydus augusti cū omni classe brundusio soluit. sed ceteri ad destinatuꝫ in accone cursum velis ardentissime remisqꝫ cōtendūt. Fridericus noctu cū trireme dilapsus brundusium ē reuersus. At gregorius pontifex cū intellexit fridericū in ytaliā reuertisse. q̄ntis potuit maledictionibus ꝓsecutus ē. Inde nauigationē ingressus de qua cypri substitit. Senescallo mlitie sue mg̅ro cū copijs ptolomaidā p̄misso. q̄ soldani conat⁹ inspiceret. fridericus ab illo accersitus ptolomaidam adnauigauit. Nec mora oratores in romā dimittens. absolutionē a pontifice implorauit pontifex q̄ oīa restitisset repulsam dedit. quāobrē fridericus cōsulcius sibi duxit in ytaliā nauigare. Et a tarentino portu quē primū de nauigatione attigit. neapolim anxius aduolauit iuerat ptolomaidaꝫ magister militie theutonice prutenorū. q̄ cū ipo friderico in ytaliā redijt. fauentia deinde anno obsidionis ꝓpe in friderici potestatē pactione ē facta. Inde in bononiā, ducens studio eā priuauit. qd̄ tunc primū paduā ē translatū. inde in mutinēses ac reginos duxit. sola agroꝝ vastitate ꝯtentus fuit. Continuatū postea ē duos ferme annos belluꝫ atrox variūqꝫ ⁊ longobardie ac om̄i ytalie p̱niciosissimū om̄ibus quos p̱ ytaliā partiū gibelline ⁊ guelfe labes infecerat auxilio nō magis militū q̄ꝫ pecuniaꝝ odio partiū vtrūqꝫ cōtribuentibus. Tandē quartus innocentius pōtifex excōicationis depositionis priuationisqꝫ sententiā in fridericū ꝓnūciauit. om̄ibus iuramento absolutis. Et potestate electoribus attributa nouū quē vellent principē deligendi. ꝓut in sexto de iudicijs nūc habetur. Et cum tanta pontifex lugduni inde rex francie in egipto cum gloria ⁊ dignitate reipub. xp̄iane gererent. xp̄ianos ipe in longobardia crudelitate ꝓsequitur. Inde apud parmā prelio supatus. postremo in ciuitate firenciola in finibus abrucij infirmat⁹ manfredi filij ausu veneno vel suffocatione interijt. Cui hoc epigrāma affixit. Si probitas sensus virtutum gratia census. Nobilitas orti possent resistere morti. Non foret extinctus fridericus qui iacet intus.



Eclipsis solis anno. M. ccxxxviij. totius. circa horā nonā die. vi. Junij facta est. ⁊ tanta obscuritas aeris fuit. vt noctē adesse crederēt. causaꝫ ignorantes ad penitentiam redierunt. Designabat s̄m iudicium (quod fallax vt plurimū censetur) morrem gregorij noni ⁊ oppressionem ecclesie per fridericum.

Terre etiam motus maximi repente exorti. ⁊ adeo grandes vt in montibus saluijs ad quinqꝫ hominū milia perisse dicantur. Quo quidē anno frisia regio a maritimis fluctibus pene tota submersa fuit. Ubi ad centum hoīm milia demersa referuntur.

Ordo predicatorum



ORdo predicatoꝝ hĩs tp̄ib⁹. veluti nouū sydus a btō dn̄ico diuinitus excitatus. Et sub regula diui augustini institut⁹. Dū em̄ ad lateranēse ꝯciliuꝫ cū fulcone tholosano ep̄o. ⁊ ad innocentiū adijsset. petens cōfirmationē. cū pre nouitate rei se difficilē exiberet. Nocte in somnis videns lateraneñ. ecc̄iam suis cōpagibus resolutā graue minās ruinam. Cui occurrebat vir dei dn̄icus humeris suis casuraꝫ fabricā sustentare videbat̄. q̄ visione mot⁹. petitionē attēte acceptauit. hortans vt cū frībus regulam eligant. reuersus ad. xvi. fratres tholose regulaꝫ p̄dicatoꝝ ordinarūt. Interea innocētio mortuo ab honorio ista p̄scripto pontifice ip̄o p̄re dn̄ico instante auctoritate ap̄lica tandē approbat̄ ⁊ ꝯfirmat̄. Ordo hic īter ceteros ordines ꝯ̄ hereticos q̄ꝫ maxime extinguēdos sp̄ impetuosissim⁹ ē habit⁹. Et ne p̄dicationis officiū impediretur. proposuerūt terrenas possessiones ⁊ redditus annuales ꝓrsus abijcere. qd̄ postea in cap̄lo generali bononie executioni mandatū fuit. Confirmatōem itaq̄ꝫ ordinis sb̄ regula augustini ⁊ cōstitutōib⁹ additis ab honorio accepit. Ip̄m ordinē postea raymūd⁹ dominici successor. ac reliq̄ vita ⁊ doctrina atq̄ꝫ ordinatōnib⁹ mirūimmodū auxere. Quorū de numero p̄cipui fuere Petrus martyr veronēsis. Thomas de aq̄no. ⁊ Vincētius inter sanctos relati. Reliq̄ q̄ꝫ vt petrus de Tarantasia Innocēti⁹ quint⁹ appellat⁹. ⁊ Bn̄dictus xi. papa. Hugo cardinalis biblie postillator. Albert⁹ magn⁹ Petrus de palude. Jacobus de voragine. Antonin⁹ archiep̄s florētin⁹. Et alij innumerabiles doctores ⁊ sanctissimi cōfessores. q̄ illū ꝓ virib⁹ auxere. Rogeri⁹ ⁊ Albert⁹ brixiēsis Ugo de argētina Thomas anglicus. Vincētius burgūdus theologus ⁊ historicus. atq̄ꝫ alij historici plurimi q̄ sua doctrina moribus ⁊ exemplis ordinem protexere ⁊ in fide decorarunt.

Ordo minorum



ORdinē etiā minoꝝ hac tēpestate tercio kal. decēbris honori⁹ pōtifex (⁊ vt ferūt difficilime) confirmauit. Nouerat em̄ antiquus hostis hūc ordinē in eccl̄ia dei admodū ꝓfuturꝝ. ideo obstitit. vt ad nih ilū redigeret̄. Hunc itaq̄ꝫ ordinē diuus franciscus tanq̄ꝫ voluptatis ac pauꝑtatis ortū mlt̄o labore plantauit. in q̄ vt quietius ⁊ securi⁹ a mūdi fluctib⁹ elongat⁹ soli deo vacare posset. Ip̄e franciscus btīssimus p̄mo introiuit. vt reliquos sp̄ualib⁹ ⁊ doctrine grē aquis irrigaret. ibidē ergo constitut⁹ diuino afflante spiritu. post suā ad deū ꝑfectā cōuersionē. cernens accrescere fratrū ⁊ filiorū suorū nūerū. vite normā ⁊ regulā cōposuit atq̄ꝫ descripsit interpositis in ea sacri euangelij v̾bis. ad eius ꝑfectōem feruētissime anhelabat. huandamq̄ꝫ ꝯfratres suos v̾bo ꝑiter ⁊ exēplo edocuit. Regula aūt ⁊ vita fratrū minorū vt ipse ait. hec ē dn̄i nostri ih̄u xp̄i sctm̄ euāgeliū obƀuare. viuēdo in obediētia. sine proprio. ⁊ in castitate vsq̄ꝫ ad mortē. Et cū innumerabiles ex hoc ortulo emerserint viri q̄ ip̄um signis ⁊ doctrinis illustrarūt. inter p̄cipuos nūerat̄ ludouicus ep̄us. antoni⁹ vlixbonēsis. bonauētura cardinalis. Et bernardin⁹ senēsis. in cathalogo sctōꝝ relati. Sꝫ ⁊ Nicolaū ei⁹ nois q̄rtū. Alexandrū q̄ntū. ⁊ Sixtū q̄rtū pōtifices maximos. de q̄b⁹ ⁊ alijs latius infra dicit̄. Inter doctores etiā solēnes sacri ordinis annūerat̄ alexander de ales. Richard⁹ de media villa. ⁊ innumerabiles alij.

ANno salut[is] p̄mo vicesimo. duodeciesq̄ꝫ cēteno. tartari gēs cithica georgianā armeniāq̄ꝫ maiorē direptas vastatasq̄ꝫ suo sb̄iecerūt imperio. inde ripheis mōtib⁹ trāsmissis ad eas delati vastissimas regiones. Que transsiluanam ꝯtingūt. in poloniā ⁊ post ī hūgariā penetrarūt q̄s xp̄ianas regiones populationibus incendijsq̄ꝫ late cōmissis magno affecerunt incōmodo.

HIerusalē citas q̄ꝫ a cordirio magni saladini filio obsidētib⁹ damiatā xp̄ianis. q̄nta vice fundit⁹ euertit̄. tēplo dn̄i tantūmō ītegro relicto. ⁊ cū sepulcrū dn̄i nostri ihesu christi violare etiā statuisset precibus christianorum pulsatus ab scelere destitit.

S. Clara



Clara ṽgo admirabilis ⁊ sanctissima. de ciuitate assisij. claro satis genere traxit originē. Cuius pr̄ miles. mr̄ ortulana dicta diui francisci discipulis ⁊ exemplis in diuino ope plurimū erudita. Hijs tpib⁹ apud assisiū vrbē ṽtute scītate ⁊ gra in pcio habita. q̄ ad ecciam sancti damiani cōmigrans collegiū sanctū pauperū minarū ordinē inchoauit. in hoc arto reclusorio p. xlij. ānos mirāda carnis sue maceratōe ⁊ i opib⁹ virtutū claruit. diuersa q̄z miracula signo crucis pegit. Cū sub imperatore friderico quassata eēt eccia. Et in assisiū hostilis furor irrueret. Et sarracenorū gens apud damianū sctm̄. intra claustrū ṽginū influerēt. Clara infirma ad hostiū agmen se duci iubet. Et an̄ hostes poni pcedēte ea capsula argentea in qua erat sacramētum eucharistie. ⁊ i orōne cū lacrimis ait placet mi dn̄e inermes ancillas tuas manib⁹ tradi paganorum: Custodi famulas tuas illico ad aures eius intonuit. Ego vos semp custodiā. Et mox q̄ muros ascēderāt. obsidionē derelinquūt. In religioso eius transitu innocētius q̄rtus cū cardinalib⁹ eam visitās. ab eo remissionē oim̄ peccatorū obtinuit. in dn̄o confortata. xvij. dieb⁹ nullū cibū sumpsit. Tandē ait ad aiam suā. vade secura. q̄z bonū itineris habes cōductorē. in crastino igit̄ beati laurētij egredit̄ aīa eius sanctissima. Et ad sanctū georiū. vbi corpus. b. francisci pmo cōditū fuerat deportat̄. Agnes aūt soror ei⁹ ad agni nuptias euocata interiectis dieb⁹ subsecuta est. Et cum sanctissime vsq̄z ad vite exitū vixisset. ⁊ dominus ad gloriā eius plura miracula fecisset. anno. M. cclv. alexander quartus in sanctaruz cathalogo eā aggregauit. Et eius diei festum pridie ydus augusti celebrari mandauit.

S. Anthoni⁹ de padua



Antonius pria hispanus. vlixbona ciuitate oriūdus. ordinisq̄z minorū frater Uir vtiq̄z sanctus. ⁊ multis ṽtutib⁹ adornat⁹. Is in baptismo ferdinandus appellatus. primo canonicorū regulariū habitū suscepit. cūq̄z audisset frēs minorū apud marrochiū p xp̄o necatos. p eis habitū minorū accepit. vbi nocturnis vigilijs corp⁹ mira abstinētia macerauit. Hic gloriosus pr̄ cognomine de padua dictus Cū ibi predicans diu regeuit. Et rome de mandato summi pōtificis pegrinis plurimis pdicaret. linguaz sic mouit vt tam greci latini francigene teutonici q̄z anglici omes q̄ audiebant clare intelligerēt. Et cū inter religiosos nō solū sue etatis. s; priorū seculorū oibus lr̄is ornatissim⁹ haberet̄. Sacrarū lr̄arū archa cognominari meruit. Et cū tholose bononie. ac patauij diu theologiaz egregie docuisset. Hac tēpestate patauij infinit⁹ clarus miraculis moritur. Et a gregorio nono pōtifice eas obres statim in sanctorū cōfessorū consortiū refert̄. anno. M. ccxxxij. Inuenta est postea in translatōe corpis positi de loco vno ad aliū. lingua ei⁹ in ore adeo recens rubicūda q̄ p plures annos cū corpe sub terra iacuerat ac si tūc decessisset. quaz beat⁹ bonauentura. affatus ē. O lingua bn̄dicta q̄ semp deū benedixisti. nūc apparet quanti meriti fuisti. anno deinde dn̄i. M. cclxiij. cū eius meritis patauina vrbs de manu etzelini tyranni liberata esset ciues ecciam pgrandem atq̄z pulcerrimam ad eius honorem extruxerunt.




Ordo fratrū theutonicorū in prussia p hec tpa ortū habuit. Cū prutenī barbara gens ⁊ ydolorū cultrix. vsq̄z ad fridericū impatorē eius nois secūduz fuit. Sub eius vo īperio cū amisissent xp̄iani ptolomaidē sirie ciuitatē. fratres theutones sancte marie appellati. Inde fugati in germaniam rediere. Uiri nobiles ⁊ rei militaris periti. qui ne per otium marcerent. fridericū accedentes prussiam germanie cōterminā xp̄i cultū spernere dixerūt. Sepe illius gentis homines in saxones ceterosq̄z vicinos excurrere ab oriente eīn massonite poloniq̄z rura colūt. Occidentem saxones occupant. aquilonē balthei maris excipit littus. Ingentem igit̄ vim pecorum atq̄z hominū abigere. esse igitur in animo sibi compescere barbaram gētem. annuat tantū imperator prouinciam. quod fratribus perpetuo iure possidendā tradat. si eam armis acquirant. conradus quoq̄z dux mosauie ⁊ Cuyame q̄ sec⁹ terre domini affirmabat. Ius suum in terra colman vocata fratribus cesserat. Grata oblatio friderico fuit. Qui litteras sub aurea bulla concessit. Illi sumptis armis breui tempore omnē prussiam subiecerunt: frumenti ferax regio est. aquis irrigua. ⁊ plena colonis. multa ambitiosa oppida. multi maris sinuosi reflexus amenam efficiunt. pecorum ingens vis. multa venatio. piscatio diues. Ex illo tempore lingua theutonica introducta est. Et cultus xp̄i gentibus imperat⁹. Ecclesie postea pontificales erecte transsilulam pomezamēsis. colmēsis. warmiensis ⁊ Sambiēsis. Arcē item nobilem ⁊ amplissimam marieburgū vocant. hic sedes magni magistri. Et cum theutones hui⁹ religionis inuentores fuere. Nemo ad eam recipit̄ nisi theutonicus. nobilis ortus parentibus. Ob eam rem vestimētis albis vtuntur. nigra cruce insuta. vt aduersus inimicos crucis pugnare velint. barbas omnes nutriunt. exceptis qui sacris altaribus seruiunt. pro canonicis horis dominicam orationem vsurpant. Neq̄z litteras discunt. magne hijs opes fuere. nec minor potentia q̄z regibus. Sepe cum polonis contendere.

De damiata ꝛ eius expugnatione.

PRincipes xp̄iani. quos olim tercij innocentij diligentia ꝛ lateranēsis ꝯcilij decreta ad hierosolime liberationē inflāmauerāt. in magnū coierāt exercitū. qui ꝑtim terrā. partim mari cōstantinopolim. Et inde cardinale colūna sedis apostolice legato deducente. acconē se ꝯtulerant. Fuerūtq; primarij inter eos ꝓceres andreas hūgarie rex. venetoꝝ nauigio fretus. qđ libēter dederāt. q꞉ ius eis cōcessit ꝙ in omni dalmacia regnū hūgarie ad eā diē habuerat. Et dux austrie. heinricusq; niuernensis comes. Et gualterius regis francie camerarius q̄bus ioannes hierosolime regi cōiunctis. in cōcilio actū est. damiatam egipti vrbem nilo cōtiguā vt primā oīm caperent adnitendū. Ea em̄ in ꝑtāte facta apparebat cayrū ꝛ babilonē cōtiguas vrbes amplissimas ꝛ cōmode occideri posse. Et interclusas cōmeatu facilime expugnari. Quo soldanoꝝ gentis sarracene principū domicilio in xp̄ianoꝝ ꝑtātem facto futuꝝ ꝯfidebant. vt oīs ea barbaries sarracena nō solū hierosolima ꝛ terra sancta. ꝫ orbe ipo terraꝝ exterminaret̄. Itum ē itaq; nō magis cupientissimis q̄ cōfidentibꝯ ꝓceꝝ militūq; animis. Et mense maio anni salutis duo devigesimi ꝛ duodecies cēteni. damiate obsidio īchoata. Ea cītas olim eriopol' a ꝑtinace elio ꝯditore appellata. Triplici muroꝝ lateritio dēsisissimoꝝ munimēto cingit̄. Quā nili amnis ꝑticula. ad romani tiberis magnitudinē ambit. vt insulā ꝫ oblōgā arctamq; efficiat. A babilone q̄z noua itur ad damiatā v̄sus oriētē. distās ab ea dietis tribus. Itur quoq; ad alexandriā occidentem v̄sus distans a babilone diebus tribus ꝑ terrā. sex per aquaz. Porro vsq; ad damiatam septem diete sunt a monte sinay. Sita ē aūt damiata inter mare ꝛ flumē nili. decoratur aūt in. xxviij. turribus altis. Minoꝝ turriū incertus numerus. Turris quoq; erat pharea nō q̄dez crassitudine ꝛ celsitudine illi similis. quā ad pharon ꝛ nilū stante romano impio fuisse legimus. ꝫ q̄ suburbiū ꝛ mercatoꝝ appothecas ac publica horrea a pyratis nocturnisq; p̄donibus tutaret̄. quāobrē sub nostri exercitus accessum addidit soldanus suburbio vtriq; p̄sidia ꝛ munitiones vndiq; instaurauit. Eas dū nostri appugnāt munitiones turrimq; vndiqz machinis quatiūt. multi ꝑ dies singulos cecidere. cuz tn̄ ea maior in barbarie accisio cōmitteret̄. Euicitq; fortissimoꝝ ex omī ꝓuincia alternis pugnātiū nostrorū virtus. At post quintū mensem quā gallici in soldanū male pugnauerant pauci milites exploraturi custodes altū sopitos esse aut ꝑ errorē ab esse ꝑcipiēs socios aduocant. scalas cōportant. portam securibus malleisqz refringūt. Accurrētes q̄ ex sarracenis strepitū exaudiuerant confossi. Christianiqz interim patente ingressi porta. vrbe potiti sunt. Anno tādem dimidio atqz integro postq̄ fuerat obsessa. portis vbiqz munitionibusqz xp̄iano militi ad custodiam attributus. Prima v̄o omī machonaria vrbis primaria in gloriose virginis dei genitricis ecclesiam instaurata. ac in episcopiū dedicata est. Habuit per id tempis damiata amplissime opulentissimeqz ciuitatis speciem. repertamqz in ea rerum oīm copiam auri argētiqz ꝛ ditissime suppellectilis vim maximā. legatus regesqz ꝛ duces exercitus militi xp̄iano equa distributione largiti sunt. Quin etiam de agrorum diuisione ī tempore facienda actum est.

Damiata



Apud dam i atam interea res xp̄iana ꝑ singulos dies. magis magisq̄ floruerat. cardinalis de colūna legatus apostolicus. ⁊ andreas rex hūgarie. ⁊ ceteri ꝓceres in bonā venerāt spem. fore vt soldanū sarracenosq̄ꝫ breui cōficerēt. Tandē placuit omibus in cayrū babiloneq̄ꝫ ducendū ad quas vrbes soldanus omes prope sarracenoꝝ copias cōtraxerat. Postq̄ꝫ igit̄ xp̄iani duces in castris populationibusq̄ꝫ iocia ti occasio soldano obuenit. nili in summas ripas solito citius tunc facti. Qua fretus occasione catharactas vbiq̄ꝫ defodi curauit iumētis sublata in primis pascendi facultas. Et qđ in castris paratuꝫ erat destructū ē stramen tū nec aliquid fuit saluū quo mortales potuerint triduo sustentari. In eam adducti rerū difficultatē. Alia quoq̄ꝫ angebant̄ maiore. q̄ṗ reddituri damiatā alicui depressis in locis aquas incidere verebant̄. Itaq̄ꝫ missis oratoribus pacē xp̄iani his cōditionibus impetrauere. vt damiata cū rebus i ea repertis soldano dimissa. ꝑtemq̄ꝫ ligni crucis quā ille haberet redderet. Et captiuis vicissim liberatis xp̄iani aconē thyrūq̄ꝫ redirent. Quibus vrbibus ⁊ eaꝝ oppidis pax octo annis esset cū turco sarracenoq̄ꝫ seruanda. Que igit̄ in gloriose v̄ginis purificatione habitari cepta ē damiata. Ad eiusdē natiuitatis diem reddita barbaroꝝ spurcicie inquināda. Is annꝰ salutis erat primus vicesimꝰ duodeciesq̄ꝫ centenus.

S. Elizabeth



Elizabeth filia regis hungarie. vxor lantgrauij thuringie circa annos dn̄i. M. ccxxx. in alemania claruit. ab adolescentia sua religioni studuit. actōes suas in deū dirigens. vicioꝝ extirpatrix. exemplū patientie. speculū innocentie. facta nubilis mltas ꝑsecutōes passa a ꝯsiliarijs sp̄osi. ⁊ a ꝓximis suis contēpta. Sed cū dn̄m exorasset sponsum. occultū consolatorē sensit q̄ cū circa tempalia suorū principatuū intenderet. beate elizabeth ad oīa exercenda q̄ ad opus dei spectant liberā facultatē cōcessit. Totis igitur viribus pietatis operibus se contulit In quibus optime vsq̄ꝫ ad mortē ꝑseuerans delectabilia ori proprio subtrahēs paupibus ministrabat. eosq̄ꝫ balneabat. ⁊ lectos eoꝝ sternebat. eosq̄ꝫ tegebat. fila trahebat. vasa coq̄naria mūdabat. hospitale paupeꝝ ꝯstruxit. Que bonis v̄tutibꝰ erudita. tot opeꝝ bonoꝝ manipulos ꝓtulit. xp̄o copulari desiderās. terreni sponsi consortiū declinauit ⁊ mūdane glorie. depositis vestimētis de manu magistri conradi de marpurck griseam tunicā induit. cōtempta diuitiaꝝ ipsiꝰ iactātia. se mūdo prorsus fecit ignobilem. Tandē. xiiij. kal. decēbris ad dn̄m migrauit. Inter innumera miracula q̄ deus per eaꝫ ostendit. xvj. mortuos potenter suscitauit. cecū natū illuminauit. Quāobrē ⁊ ip̄e gregorius nonus ip̄am in sanctaꝝ numero asscribi ⁊ aggregari voluit. Et eiꝰ festū 13. kal. decembris celebrari precepit.

Decretaliū libri q̄nq̄ꝫ ad similitudinē q̄nq̄ꝫ corporis sensus. hac tempestate a Gregorio pontifice nono (raymūdo barchinonense adiuuante. post innocentiū terciū) in ordinem rediguntur. Et in q̄nq̄ꝫ partes diuidūtur. In quaꝝ prima de summa trinitate ⁊ fide catholica. deq̄ꝫ constitutōnibus. de rescriptis. ⁊ ceteris officijs tractat̄. In secūda v̄o de iudicijs ⁊ cooperātibus ad iudicia. In tercia aūt de vita ⁊ honestate clericoꝝ. In quarta q̄ꝫ de sponsalibꝰ ⁊ m̄rimonijs. Demū in q̄nta de crimibꝰ ⁊ penis tractat eoꝝ.

Raymūdus ordinis p̄dicatorum



Accursius legū doctor



Raymūdꝰ Barchinonensis ordinis p̄dicatoꝝ tercius generalis mg̃r post iordanē secundū mg̃rm ordinis vir moꝝ doctrina ac vite sanctitate cōspicuus p hoc ip̄m tēpus Gregorio pontifici in q̄nq̄ꝫ decretaliū libris cōponēti ⁊ laborāti auxilio plurimū fuit. Et eos in formā redegit. bononie q̄ꝫ ius canonicū edocuit. Et summā de casibus ꝓutilē cōfecit. Inde ordinatōnes ⁊ cōstitutiones sub regulari obseruantia extantes ni ordinē redegit. Et in cōuentu barchinonēsi infirmatus i dn̄o q̄euit. ⁊ vt fert̄ miraculis claruit.

Accursiꝰ natione florētinꝰ. ꝯsultissimꝰ vir. supioris azonis doctoris auditor. hac tēpestate vt ip̄emet in autētica ꝯtestat̄ floruit. Qui cū bonaꝝ artiū studijs ornatꝰ esset. ac etiā sap̄ia reipub. gubernāde plurimū insignitꝰ haberet̄. Totuꝫ ciuilis iuris corpꝰ primus glosis ornauit ⁊ explanauit.

Bartholomeus brixianus decretoꝝ doctor



Odefredus doctor



Bartholomeꝰ brixianꝰ clarissimꝰ decretoꝝ doctor istis tp̄ibꝰ clarꝰ ex̄ns additōes ad decreti glosas eo ordine q̄ nūc hn̄tur fecit. Et nonnullas disputationes in decretaliū libris cōposuit. Scripsit p̄terea ep̄laꝝ volumē ac chronicā de ytalie vrbibus ⁊c̄.

Odefredus patria beneuentanus. doctor celeberrimus azonisq̄ꝫ auditor. eo tp̄e cū vtriusq̄ꝫ iuris eruditissimus doctor esset. in eisdem egregiuꝫ ⁊ vtilissimum opus composuit.

Anno mundi. 6443. Anno christi. 1244.

Linea summoꝝ pontificū

Innocētius quartus



Alexander quartus



Innocentius quartus papa synebaldꝰ antea vocatꝰ: pt̃ria genuensis. familia flisca e lauonie comitibus. in lucina presbyter cardinalis pontifex creatur. Quo nūcio fridericus imꝑator nō admoduz delectatꝰ est. Norat em̄ hoīs ṽtutē. ꝛ animi magnitudinē. Is em̄ mētis sue ꝯscius. fertur ex cōposito respōdisse. Bonū se amicū cardinalē in acerrimū hostē romanū pontificem permutasse. Innocētius aūt pontificiū habitū indutus. romam veniens. magno applausu suscipit̃. pactis q̄ de more in coronādis pontificibus fieri cōsueuerunt. de pace cū friderico ineūda mētionē facit. Verū cū paratas sibi a friderico insidias comperisset. Genuensiū nauigio fretus qd̄ apud centūcellas in portu cōsederat. Et nauigās genuā incolumis ꝑuenit: vbi ꝑiculosissimā incidit valitudinem. Ex q̄ cū cōualuisset. ad philippū regē in franciā se contulit. ingressu rhodano amne aduerso francie regnū pōtificē innocentiū rex summa veneratione excipi curauit. deduciqꝫ lugdunū. Quā in vrbē conciliū pontifex cuꝫ celebrare cōstituisset. sue primū ꝯsulit honestati. fridericū admonēs vt lugdunum se cōferret. Et cū morā grauiter pontifex p̃resqꝫ ferebant. Sentētiam ī fridericū excōicationis depositōisqꝫ ꝓnūciauit. Ad eā nūciationē exaudiuit fridericus vt necessarioꝝ pontificis edes parme ꝛ villas speciosissimas funditus euerterit. Innocentiꝰ tandem nono accessus sui anno gallijs ꝛ lugduno vt in ytaliaꝫ rediret mouere cōstituit. Quē gallici om̄es magno honore magnoqꝫ fauore ꝓsecuti sunt. Qui p̄ter acta ī concilio nūc extantia libros doctrina plenos apud lugdunū ꝛ scripsit ꝛ edidit. cōmētarios in vetꝰ testamētū. apparatꝰ nouellasqꝫ ꝛ autēticas decretaliū. Et de iurisdictōne ꝛ auctoritate imperij petro de vineis respōdens apologeticas libros fecit. Et sanctū eadimūdū cantuariensem ī sanctoꝝ numeꝝ retulit. Lugduniqꝫ ab eo pōtifice qd̄ seruatur primū ē cōstitutum vt romane eccl̃ie cardinales ī publicū adeq̄taturi galero rubēte insignirent̃. nō solū quo a ceterꝭ sint īferioribus cōspicui. ꝟ vt ipi admoneant̃ debere. qui illa post pontificalem maiore oīm ornētur dignitate. ad effundendū pro fide catholica ꝛ xp̄iani populi salute sanguinē paratos esse. Cū ṽo perusiam iam peruenisset. petrū veronēsem ordinis predicatoꝝ ab hereticis intercesum in sanctos xp̄i martyres retulit. Ideꝫ fecit de sancto Stanislao cracouiensi ep̄o qui in vita miraculis claruit. accersitꝰ deinde a ꝓceribꝰ regni siculi neapolim ꝓficiscitur. ibiqꝫ moritur. ꝛ sepelitur in ecclesia sancti laurentij. pontificatꝰ sui anno vndecimo. mense secūdo. die duodecimo. Cuiꝰ quoqꝫ decretū fuit vt octaua natiuitatꝭ marie virginis in ecclesia quotannis celebraretur.

Alexander quartꝰ papa cum morte innocentiꝰ ad annū salutꝭ quartum quinquagesimuꝫ duodeciesqꝫ centenum inchoantem mense ianuario prereptꝰ est. alexandrū hunc pontificem eo nomine quartum ex raynaldo cardinale hostiensi natione campano cardinales qui om̄es in expeditionem secuti erant in vrbe neapolitana breui creauerūt. postposita mora vt rebus ecclesie a manfredi violentia ꝓuiderent. Manfredum statim admonet ne quicq̄ꝫ contra dignitatem ecclesie moliatur. Magni certe animi ꝛ cōsilij vir beneficus. maxime ṽo erga paꝑpes xp̄i. ꝛ bn̄ de religione meritus. Unde libellos quosdam contra paupertatem editos a quodam guilhelmo de sancto amore perpetua edicto aboleuit. Interea alexander q̄ꝫ primuꝫ ananie fuit manfredum publica in concione excōmunicauit ꝛ parandis copijs quas Octauiano cardinali mitteret legato suo. operam adhibuit intentissimā. Et eselinū de rumano atq̄ꝫ alios tyrannos persequi vbiq̄ꝫ non timuit. Sed ꝛ inter genuenses ꝛ venetos lites componere non destitit. Et ex visione qua beatū augustinum vidit. vnionē fratrū heremitaꝝ a predecessore inchoatam ip̄e perfecit. Ordineq̄ꝫ ip̄m (relicta heremo) vrbes petere ꝛ incolere coegit. vt ꝛ ipi doctrine verbo pariter ꝛ exemplo. nec non ꝛ confessionis audiende aucti. sicut ꝛ ceteri salutis fructum afferri possent. In eodem quippe statu ordinem ipsum ꝯfirmauit. Quibus etiam vna cum ordinibus predicatorum ꝛ minoꝝ multa priuilegia exemptiones ac indulgētias contulit. quos certe mira beniuolentia summaq̄ꝫ deuotione semper prosequi non destitit. Et earūdem religionū viris doctis admoduꝫ fauit. Et ad cardinalatus episcopatusq̄ꝫ dignitates multos prouexit. Tādem postq̄ꝫ alexander claram virginem pontificatus sui tercio ananie in sanctorum collegiū retulit viterbium ad pacem inter venetos ꝛ genuenses tractandum se contulit. Qua in re diutius vexatus eo loci tedio animi tandem moritur. Et in ecclesia sancti laurentij honorifice sepelitur. Pontificatus sui anno. vij. vacat tum sedes mensibus tribus diebus quatuor. Varia ꝛ maiore parte aduersa tum omni pontificatus tempore. tum maxime extremo anno fortuna vsus qui omne regnum sicilie cōtra que ac sciuerat. Et vrbē florentiam in manfredi hostis ecclesie potestatem venisse. constantinopolim a catholicis amissam bellū inter potentissimos ytalie populos venetos genuensesq̄ꝫ eodem quo obijt anno vidit.



Linea impatoꝝ
Inter regnum
Heinricus septimus

Fridericus cesar diu pōtifices ꝓsecutꝰ cū maxīs calamitatibus romanaꝝ sedem affecisset tandē ab Innocētio in lugdunensi cōcilio damnatus est. et impatoria ac regia potestate depositus. ⁊ regnis sicilie ⁊ apulie priuatꝰ. post cuius depositionē vacauit impīū annis. xxviij. ytali ea tpa inter regnū appellant vsqꝫ ad Gregoriū decimū ⁊ Rudolphuꝫ impatorē.

Heinricus huius noīs septimus rex ro. declaratꝰ. res eīn germanie inquietissime fuerunt eo ꝙ germani electores imperij facte de friderico priuationi ⁊ simul auctoritati ab innocentio pontifice eis attribute innixi lantgrauium thuringie heinricum alemānoꝝ romanoꝝqꝫ regeꝫ designauerant. ⁊ conradus adolescens alemanie rex a Friderico genitore pridem institutus illum regni ingressu ⁊ possessione armis impetijt sed ꝑdicata (iubente pontifice) in cōradū fridericiqꝫ fautores cruce signatis multos in noui regis lantgrauij ꝑsidia fautoresqꝫ cōcurrit. breui tamē mortuus est lantgrauius ꝓfluuio ventris sine herede sepultus in Isnaco.

Wilhelmus comes holandie post obitū lantgrauij contra fridericū ab electoribus in regno suffectus. verū paucis annis regnauit ⁊ a frisonibus ē occisus. ⁊ hij ambo ad pōtificalē benedictionē non peruenerunt.

Guelphoꝝ ⁊ Gibellinoꝝ ortus

Guelphoꝝ ⁊ gibellinoꝝ ꝑniciosissima noia ad tocius italie interitū ꝑ hec tēpora ex duobus alemanis fratribus vt aliqui scribunt tumultuantibꝰ adinuiceꝫ romano pontifice ⁊ friderico impatore pisis inuenta fuisse constat. quo infortunio cū sola caruerit sena ī aliud maiꝰ seipsaꝫ ꝑcipitauit. ī multꝭ eīn ac pene oibus populis eo tunc dementie impietatisqꝫ ꝓcessuꝫ est. vt quem pater filium. frater fratreꝫ videret cōtraria sentientē pelli patri sit passus aut cōfodi repugnantē. factūqꝫ est stupenda celeritate vt studia partiū factionesqꝫ ⁊ populorū sectiones ꝑ omnē ethruriā pene dinoscerentꝰ. cui infectioni a friderico disseminate noia quoqꝫ aut ipse aut ex suis germanis vt ꝑmisimꝰ aliq̄ ididere. verbo eīn quod certe germanicū est studiosos eccīe Guelfos ⁊ impatorie factiōis gibellinos placuit appellari. ⁊ vt ptolomeus lucensis refert qui paulo post ea tpa scripsit. Ea in fausta rebus italie noia primum apud pistoriā fuisse audita. que paulo post omnē italiā ꝑter vnicā vrbē venetā infecere. tantaqꝫ rabie quinquaginta ducentis ⁊ eo amplius annis ad hec vsqꝫ tpa sub infausto eoꝝ nomi titulo seuitus est vt peiora inter seipos scelera qn̄qꝫ itali commiserint. ijs que a barbaris iā cessantibus fuerāt ꝑpessi. vrbs eīn in vrbē populariter. prouincia in prouinciā. populi pars in alterā nulla impellēte alia qꝫ haꝝ partiū causa gessere bella quoꝝ nullus victorie finis. nullus modus nisi in sanguinis effusione et exterminio est petitus. nec vicini inter se cohabitātesqꝫ solū ea debachati sunt insania atꝫ pietate. sed quingentis seiuncti passuū milibus paupes egeni. eq̄ ac diuites ⁊ factiosi cū forte obuij fierent nefaria inuicē cōmiserunt. non modo eīn diuisa sunt insignia in ꝑlijs ꝑferenda. sed colores. terre fructus. vestiū habitus. ipi hois incessus. digitoꝝ cōcrepitus ⁊ oris hiatꝰ suā habuere partium significationem. De huiusmodi peste Baldus iuris cōsultus tractatū edidit.



Wilhelmus

Conradus frederici filius ex Iole Iohannis iherosolimitani regis filius susceptus. quē pater rex oim heredē reliquerat. Cū genitor fridericꝰ apͦ florenziolā graui ⁊ periculoso laborasset morbo. ex quo cū cōualesceret Manfredus filius ex cōcubina nobili muliere susceptus cōpressa iacentis in strato ore eū suffocarit ad conradū legittimo genitū matrimonio regnoꝝ potētatusqꝫ ois successio deuoluebatꝰ. Isqꝫ conradus a wilhelmo rege alemānie quē lantgrauio suffectū ostendimus. cōtinuato prīdē agitatus bello post friderici patris mortē in sueuia gentis sue patrimonio paꝝ ꝑ se cōtinuit. Tandē conradus amicicia fretus ezelini transpadanā italie regionē vniuersaꝫ tyrannide obtinentis veronā se contulit. Ex quo portu paratissimū amplissimūqꝫ exercitū in apuliā transportauit. Erat ꝟo quod rex euentus ⁊ gesta docuere Conradus genitori friderico in clementia. ambitione ⁊ malignitate ꝑqꝫ similis. sed moꝝ elegantia et facilitate quā ille artificio quodā ꝑ se ferebat carens vt prudentia illū vel potius patris astutia destituisse videatꝰ. īde neapolim furēs miarūqꝫ redundās obsedit menia ipius multis ī locis aperuit. Capue vrbis muros euertit ⁊ aquinū nobile oppidū incendit. partiqꝫ in germania desedit. partim recipiendo sicilie regno vsqꝫ ad obitus diē intentus fuit. moriens nō sine suspitiōe veneni procurāte māfredo quod medici pecunia corrupti clisteris oꝑa propinarunt Conradino filio datis tutoribus regni sicilie administrationē arciūqꝫ curā reliquit.



Conradus



Mons quidem maximus in burgundia imꝑiali a mõte dehiscẽs vallesqꝫ coartãs multa agricolarꝫ milia oppressit. ⁊ vt auctor fasciculi tꝑm refert ⁊ cucurrit ꝑ multa miliaria ac qnqꝫ milia hominũ suffocauit. ⁊ tandem ad alios mõtes mirabiliter accessit.

Sanctꝰ cirillꝰ grecus melliflui carmeli prior doctorqꝫ tũ vite sanctitate tũ ꝓphetie spiritu cõspicuꝰ multa posteris seculis ꝑ futura cõscripsit ⁊ copiosis miraculis deo ꝓcurat gloriam mundoqꝫ stuporem.

Grossoni siue grossotini gens arabica eorꝫ deuota supstitiõe soldano babilonis impellente xp̃ianos ĩ asia habentes ꝑ id tꝑis diuersis agitarũt in locis. ꝯgressosqꝫ templarios ⁊ hospitalarios sepenumero male mulctatos represserũt. demũqꝫ iherosolimã delati tũc immunitã. eos ex asiaticis christianis quos a saladini filijs intactos ꝑcepimus esse seruatos. ipi maxima confecerũt occisione. Sepulchrũ vo dñicũ ad ea intactũ tꝑa ꝯuatũ quãta maxĩa fieri potuit ignominia ⁊ simul vastitate fedatuꝫ est.

S. Lodouicus rex frãcie



Lodouicus beatus rex francie defuncto eiꝰ genitore lodouico anno. xiiij. etatis sue coronatus ⁊ inunctus ⁊ francis regnare cepit ⁊ regnauit annis. 4 i. hic cũ xp̃iane religionis ardentissimus emulator esset a blancha regina deuota muliere ab annis puerilibus in omni virtute enutritus. qui nil cogitabat sapiebat vel loquebatur aut oꝑabatur nisi que dei sunt. ideo vigesimo regni sui anno copiosissimũ exercitum cõgregauit. cũ antea lodouicus rex francorꝫ ꝑmittente vel vt videt̃ curante balduino imꝑatore constãtinopolitano pignora reliquit p̃ciosissima venetis ab ip̃o imꝑatore concessa lanceam spongeãqꝫ ⁊ partem ligni crucis dñice passionis. Copijs igit̃ xp̃ianorum in egypti littus ad nili ostia expositis saraceni domiatã incolentes vrbe populariter migrare cõstituerunt. Inerat exercitui sedis apostolice legatꝰ patriarcha iherosolimitanus. Ineraut ⁊ ex gallijs ep̃i ⁊ abbates. ad idus deinde octobris Robertus comes pictauieñ. eius regis germanus frater nouas ex gallijs damiatã copias transportauit. quã lodouicus difficillimo ꝓlio obtinuit eaqꝫ capta cũ saracenis varia ꝓlia gessit. tandẽ ab eis supatus ⁊ captus damiatã ꝓ eius redemptione reddi opus fuit. liberatus cũ eis sepe ꝓspere dimicans. morbo tandeꝫ in exercitu eius p̃ualente vna cũ Joanne filio ⁊ martino patriarcha ⁊ ꝓceribus regni sui interijt. quẽ postmodũ bonifacius octauus audiens eius frequẽtissimis miraculis merito inter sanctos confessores retulit postqꝫ corpus suũ relatũ fuit parisius.

S. Eadimũdus archiep̃s



Eadimundus cantbuariensis archiep̃s anno dñi M.cc.lviij. ab Innocentio quarto summo pontifice numero sanctorꝫ aggregatus. qui nõ multo ante ad dñm migrauit. vir mire sanctitatis ⁊ magne sapientie. Is ex albendonie anglie villa origineꝫ duxit a mundicia nomẽ sortitus. vnde carnẽ suã nulla polluit immundicia ⁊ virginitas incorrupta vsqꝫ ad obitũ ꝑmansit. factus magister artium missas indies audire consueuerat q̃ consuetudo scolaribus suis ꝓfuit. Inde sese ad theologie studiũ transtulit. postea euasit p̃dicator egregius. disputator acutissimus. vacante sede archiep̃ali cantuarie eccl̃e electus magnis virtutibus emicuit. ꝑsecutionẽ deinde passus clam fugiens ab anglia ⁊ mari transito ad potegniacũ monasteriũ ꝑuenit inde solciacũ adijt. post ꝑceptionẽ sacramẽti infirmꝰ existens in lecto sedens caput sup manũ reclinãs obijt. xvi. kal̃n. decẽbris. corpꝰ ad põtigniacũ in eccl̃ia sancti iacobi sepultum miraculis ⁊ virtutibus fulget. deꝰ eñ mirificauit sctm̃ suũ ex oĩ pene genere lãguorꝫ colẽdũqꝫ ꝓbuit vniuersis.

S. Stanislaus ep̃us



Stanislaus ep̃us cracouiensis in polonia vir doctrina ⁊ sanctitate illustris ꝑ hec tꝑa claruit. Is cũ post multa virtutũ opera feliciter quieuit. Innocentius quartus summus pontifex sanctorꝫ numero aggregauit. qui in vita ⁊ post mortem miraculis effulsit.

Sanctus quoqꝫ Albertus de Tarpano carmelita siculus. vir meritis. signis doctrinaqꝫ clarus ⁊ totius perfectionis exemplar.

Lapis grandis in monasteriũ sancti Gabrielis cecidit. habẽs signuꝫ crucis ⁊ imaginẽ christi expressam. ⁊ desuper aureis literis habens scriptuꝫ ihesus nazarenus rex iudeorum. ⁊ cecũ illu minauit.

S. Petrus martyr de or. predicatoꝝ



PEtrus nouus martyr. pria veronēsis ordinis fratꝝ ꝑdicatoꝝ declamator. Et catholice fidei acerrimus defensor. tanqꝫ rosa de spinis ortꝰ. parētes em̄ hereticos habuit. q̄ heresim manicheoꝝ sectabātur. adolescēs factus mūdum parentesqꝫ relinquens ordinē predicatoꝝ ingressus. in eo. xxx. annis laudabilem duxit vitā. feruēs amator fidei. cultor precipuus. ꝓpugnator ardentior. ꝓ hac morte subire cupiens. Cū igit̄ de ciuitate cumana. vbi fratrū suoꝝ ordinis predicatoꝝ ꝓor fuit. ꝓ exeq̄nda inq̄sitione ꝯ heretitos sibi aplica sede cōmissa mediolanū ire vellet. anno dn̄i. M. cclij. pridie kal. maij. ob ipsius catholice fidei defensionē dum a lacu lario siue cumano cū socio mediolanū rediret apud barlasinā oppidū ab arrianis hereticis interceptus. martyrij coronā adeptꝰ est. cultellū em̄ lictor arripuit Et ꝑ latera eius transfixit. Cū vo fidei pugil hereticoꝝ dogma pestiferꝝ in vita sua plurimū eradicauerat. post mortē tn̄ suā eius meritis ꝛ miraculis choruscātibus extirpauit. vt plurimi ad gremiū eccīe redirēt. Ob cuius sanctitatē ꝛ frequētia miracula ipm̄ innocentius pontifex sequēti anno in sanctos xp̄i martyres retulit.

Etzelinus tyrannus



EZelinus alberinusqꝫ fratres de romano. cū ea etate in marchia taruisina familie nobiles ceteris ꝓstantiores erant. apud bassianū carrarienses. ꝛ marchiones estenses verone monticuli. Et in eius agro sctī bonifacij comites. Et cuꝫ ceteri haberēt vetustiorē ꝓsapie originē. etzelinꝰ loco natꝰ erat obscuriore. Cuiꝰ auus eiusdē noīs theutonicus miles gregorius cū ottone tercio venerat in ytaliā Hic vo sub friderico secundo cū esset vita ꝛ moribꝰ ꝑ qꝫ ad similis auctus est opibus adeo magnis. vt tyrannideꝫ sibi ꝯstituerit maiorē ceteris oībus. quas absqꝫ imperij aut regni titulo ytalia raro alias ꝑtulerit. Primaqꝫ vrbs verona in illius ꝑtes etzelini opa est reducta. Composita interim alemanie re fridericus in ytaliaꝫ est reuersus. primi quoqꝫ oīm patauini blandicijs dolosisqꝫ libertatis retinende factis ab etzelino pollicitationibꝰ decepti ꝑtes imꝑatorias sunt secuti. Quibus e vestigio etzelinus frenū seruitutis iugū imposuit. Zobardo viro germano cum theutonica sarracenicaqꝫ coborte ita īmisso vt sarracenis portas alemānisqꝫ pallatiū seruantibus in aptam ꝯuitutē padua sit redacta. Presertim qꝛ carrariensiū odio atqꝫ inuidia axo estēsis marchio friderici vel potius etzelini ꝑtibus adherebat. Multos deinde exilio damnauit. paruulis testiculos ꝛ oculos amputauit ꝛ effodit. vt terrorē oībus incuteret. ac nullis innocētie locū reliquit. Quibꝰ male gestis vincentiā pari errore suo adiecit imperio. Brixianā vrbē obtinuit. in q̄ multa crudelitate deseuit. Verꝫ cum vigesimo sue tyrannidis anno omnē ferme venetiā ꝓuinciam dilacerasset. Mediolanuꝫ sibi subijcere temptasset. Oēs vicine ciuitates cū eis fedus inierūt. Et martinꝰ turrianus in mediolano primarius cū reliquis socijs arma in etzelinū duxit. Et cū pluries dubio marte pugnasset. tandē in fugā conuertit satellitibus eius interfectis. etzelinum turpiter vulnerauit. Et apud sontiū desperatiōe ductꝰ vulnꝰ suū manibꝰ discerpēs vitā euomit miserā. Hicqꝫ finis tyranno fuit. q̄ q̄tuor ꝛ triginta annis ciuitates plures oppressas tenuit.

Hugo Cardinalis



HUgo cardinalis sancte sabine vir vita ꝛ doctrina insignis. cuꝫ innocētius q̄rtus summꝰ pōtifex doctoꝝ viroꝝ familiaritate mirifice delectabat̄. quos etiā ad dignitatis gradū euexit. hūc hugonē cardinalē ꝓmulgauit. Qui ob dignitatē acceptā a priore vita nusquā decessit. Ordinis sancti dn̄ici ꝓus frater habebat̄. Scripsit idem Hugo ꝛ glosas in bibliam. ꝛ concordantias vt istorū vocabulo vtamur.

Manfredus rex



MAnfredus friderici imꝑatoris ex ꝯcubina nobili filius. conrado fratre defuncto. sycilie regnum obtinet. ꝛ. xiij. annis regnat. Hic quāuis ab alexandro pontifice admonitus. ne quicquā cōtra ecclesie ditionē eo in regno moliret̄. monitis pontificis obtemperare recusauit. asserens in demortui fratris legitimū fore heredem. Et cum ab eodem alexandro excōmunicatus fuisset. ꝛ contra eum paratissimū exercitū misisset. Ipse accersitis multis sarracenis. ipsius pontificis copias fusas partim occidit partim cepit. Inde neapolitanos acriꝰ vexare cepit. In etruria quoqꝫ factiones mouet. maxime vo florētie. q̄ mortuo friderico statim in libertatē se vendicauerat. Florētinos itaqꝫ pōtificis ꝑtes defendētes iuxta fluuiū arbiā vt gibellinis vrbē relinq̄re sint coacti. Quāobrē vrbanus quartus statim in frāciā misit. Ec carolū sancti ludouici regis frēm e gallia vocauit. Et eo regni sycilie rege declarato ꝯ manfredū obiecit. Tandeꝫ beneuētū ꝑuenit. facta cū manfredo pugnādi copia m̄ltis vtriqꝫ interfectis. Manfredū deniqꝫ carolus interfecit. Et sic carolus regnū in pace obtinuit.

Linea summoꝝ pontifici[um]

Urbanus quartus



Clemens quartus



Urbanus q̃rtus papa. natione gallus. ex trecensi gallica vrbe oriũdus. pr̃iarcha hierosolimitan⁹. alexandro pontifici sufficit. Hic ⁊ si hũili loco natus. pstanti tñ ⁊ elegãti lingua fuit. q̃ aliq̃n lacessitus. q͛ vili p̃re ort⁹ eẽt. Rñdit nobilẽ virũ nõ nasci. ꝫ fieri. v̄tutis ⁊ nobilitatis ẽ. hic pontificatu suscepto eãdẽ mãfredi tyrãnidẽ q̃ꝫ ⁊ alexãder passus e gallijs statim milites ꝯuocauit. quos mãfredo obijceret. Cui⁹ fuit postea institutũ solennitatem corpis xp̄i cũ ꝓcessionibus ⁊ octauis a cũctis fidelib⁹ celebrari. ꝓ q̃bus indulgẽtias maximas cõcessit. Maiorẽ etiã interea solidioreq̃ꝫ reb⁹ suis eccie opẽ vrban⁹ pontifex afferre cogitauerat. Cui⁹ rei cõficiende spem q̃ꝫ p̃mum ẽ allata. cruce signatos censuit dimittẽdos. Nã oratũ francie regẽ ludouicũ facile i sentẽtiã duxit. vt carolus prouĩcie. ⁊ andegauoꝝ comes ip̄ius ludouici cõsobrinus ac gener iurib⁹ potiret. Carolusq̃ꝫ põtifici ⁊ regi facilẽ se prebẽs oĩa disponere ac parare ceperat. tãte expeditioni. tãto muneri exeq̃ndo necessaria. cũ vrbani põtificis renũciatã mortẽ creditũ est ꝯstitutũ caroli facin⁹ turbaturã. Pontificatus em̃ sui vrbanus morit perusij anno tercio. mense vno. die quarto. ⁊ in cathedrali basilica sepelitur. vacat tum sedes mensib⁹ q̃nq̃ꝫ. hic ordines mẽdicantiũ fauoribũs ⁊ priuilegijs multũ iuuit.


Clemens q̃rtus papa. guido prius fulcodij appellat⁹ est. natione narbonensis. e villa sancti egidij merito ob sanctitatẽ ⁊ doctrinã pontifex creatur. Js em̃ iure cõsultoꝝ totius gallie p̄marius prestãtis q̃ꝫ aduocati causarũ in regũ francie curia laude ornat⁹ esset. vxoreq̃ꝫ ⁊ filios habuit. qua defuncta podiẽsis primo ep̄s. post narbonẽsis archiep̄s. demuz ⁊ cardinalis ⁊ sabinẽs simul ep̄s fuit. Eũ itaq̃ꝫ celebris fame ⁊ magne reꝝ expientie cardinalẽ pontifex vrbanus cõpouẽdis inter heinricũ anglie regẽ ⁊ symonẽ mõtis fortis comitem illius cõsobrinũ ꝯtentionib⁹ legatũ miserat. de q̃ legatione põtificalis eũ addita dignitas reuocauit. Raroq̃ꝫ alias quicq̃ꝫ opportunius accidisse visum est. q̃ꝫ ei⁹ pontificis in ytaliaz aduent⁹. Quẽ manfredi insidias timentem nauigio q̃dam mercatorio religiosi mendicantis habitu terra venisse asserũt. Qd̃ ꝯstat perusiã primo cũ aduenisset accersiti cardinales. eũ deduxerũt viterbiũ. de q̃ vrbe amoliri ⁊ parare cepit. q̃ caroli ꝓpe diẽ affuturi conatibus accomoda iudicauit. Quãq̃ꝫ carolus paulopost massilia soluens cũ. xxx. triremibus i tyberim est delat⁹ romãq̃ꝫ ꝑuenit. Clemẽs aũt doctrina. pietate. religione. hũanitate modestia ⁊ caritate in ꝓximũ ⁊ paupem xp̄i ornatus. Bona eccie ita acute dispensauit. vt plus deo q̃ꝫ affinitati ⁊ cognationi tribuisse videat. Duas habuit filias ex mortua vxore añ pontificatũ susceptas. Quaꝝ altere in monasteriũ collocate. xxx. libras thuronẽsiũ ꝑuoꝝ dedit. Altere aũt q̃ marito sue ꝯditõnis nupserat trecẽtas libras turonẽsiũ dotis noĩe numerari iussit. hac ꝯditõne ne q̃d vnq̃ꝫ amplius peteret. habuit ⁊ nepotẽ clericũ. quẽ vbi cõperit tres p̄bendas (ita em̃ canonicatus vocãt) hr̃e optionez facere cõpulit. vt quã vellet ex his retinere. duas relinq̃ret. Ueꝝ instantibus amicis vt nõ soluz q̃ habebat nepoti dimitteret. ꝫ maiora ⁊ plura tribueret. Rñdit vir sanctissimus se deo nõ aũt carni ⁊ sanguini victuꝝ. Deũ ita velle vt sua in pias causas erogarẽtur. nec esse dignũ petri successorẽ q̃ plus cognatõni q̃ꝫ pietati ⁊ christo tribueret. Dũ aũt viterbij esset hedwigẽ polonie ducissam in sanctas retulit. Delectat⁹ est mirifice doctrina bonauẽture. Reliquũ vite sue tp̄us ieiunijs vigilijs oꝛonibus alijsq̃ꝫ bonis operibus contriuit. hac cõmendatione moriens vir sanctissimus cum sedisset annis. 3. mensibus nouẽ. magno de se apud om̃es relicto desiderio. viterbij sepelitur. hinc contentio inter cardinales orta ẽ. cum dignus clementi successor queritur propter quod vacauit sedes annis duobus.

Bernardus cõpostellanus doctor



Bernardus cõpostellanus sacerdos eruditissim⁹ ⁊ iuris vtriusq̃ꝫ doctor innocẽtij supioris familiaris ⁊ capellan⁹. Cui⁹ pontificis exẽplo ⁊ diligẽtia excitat⁹. libꝝ i p̄mo decretaliũ mẽtiõe dignũ edidit. quẽ ⁊ apparatũ vocauit. Alia etiã quedam composuit.

Cometa insignis



Cometes noua stella in celo ãno dñi. M. cclxiij. in celo apparuit insigni magnitudine supra tres menses surgens ab oriente cum magna luce. Et ad mediũ celi occidentẽ versus radios suos emittebat. Quo prius apparente. vrbanus quartus pontifex infirmari cepit. sed eadem ipsa nocte qua vrbanus obijt, ⁊ ipẽ extinctus est. sic deficit apparitio eius.

IMperij electores. post obitū friderici ⁊ cōradi filij anno. 1256. de impatore deligendo ꝯtendentes bifarie diuidūtur. In q̄ diuisione duos imperatores. plures eligerūt. s. Alfonsum regē castelle. Et Richardū cornubie comitē vel comarchū. frēm regis anglie. Sz neuter cōfirmat⁹ inter regnum adhuc in aliquot annos ꝓrogat̄. vsq3 ad tp̄a gregorij decimi ⁊ rudolphi romanorum regis.


Linea imperatoꝝ Inter regnū
Alphonsus
Richardus

PTolomeus lucensis se q̄cq̄d rex eius tp̄is gestaꝝ scripsit. vidisse ꝓfat⁹ de carolo nude vt alij dixerit. Quosdā adijt cardinales a clemēte pontifice missos carolū in lateranēsi eccl'ia hierl'm ⁊ sicilie regē ⁊ beatricē vxorē reginā declaratos coronasse. Constat q̄z q̄ carolus dictoꝝ regnorūz corona ornādus ꝑ solennē stipulationē cōscriptaq3 q̄ extant ānnos duos de q̄nquaginta mille aureos in feudi pensionē s̄biectionisq3 ⁊ recognitionis romane spopondit eccl'ie. Hisq3 in federibus actū nec successoꝝ cuipiā licere romanū imperiū. si etiā ab electorib⁹ demandatū esset. accipe admīstranduz. Nā ⁊ si terrebat pōtificem friderici primi ⁊ secūdi impatoꝝ memoria. P̄ntis quoq3 tp̄is mot⁹ formidabat. Alfonsus em̄ rex castelle impiū ad qd̄ incōtrouersia electus erat. armis ⁊ largitōe adnitebat̄ accipe. Et comitē cornubie fratrez regis anglie illius aduersariū ꝑuifacientes. Germani electores ī carolū faciliter ꝯsensissent. Nec id eq̄ tulisset aīo alfonsus. quē cōstat in ytaliā ducturū fuisse. Nisi eū distinuisset heinrici friderici fratꝝ suoꝝ suspitio motuū. quos regno pulsos extra hispanias exulare cepit. Heinricus em̄ in gallias. Fridericus in affricā accesserāt vt sarracenos hic. gallos ille ad castelle regni incōmodo cōcitarēt. Et erat heinricus ditissim⁹ ex hispania asportatis. Tandem alfonsus vir prudēs mortuo Richardo intuitu pacis volūtarie corā gregorio decimo omni iure cessit.

MIrabilis ꝑegrinatio ppl'oꝝ q̄ a perusinis incipiēs. non solū ytalie ppl'os. verūetiā exteros adeo cōmouit. vt nō longis agmībus crucē seq̄ntes ad cōuicinas ciuitates misericordiā cōclamātes. ⁊ pacē supplices cōmearent. Pueri quoq3 vsq3 ad. 2000. diabolica machīatione cruce signati sunt. ac ꝑ legiones ad diuersas portus maris peruenientes. multi a piratis capti. pauci ad ꝑpria redierūt.

Albertus magnus



ALbert⁹ magnus natione sueuus ex oppido laugingen in ripis danubij sito oriūdus. Ratisponēsis ep̄s. ⁊ ordinis p̄dicatoꝝ ꝓfessor. His tp̄ib⁹ parisius clarissim⁹ ⁊ oībus p̄ferendus fuit. doctor eccl'ie celeberrim⁹. splendor germanie. vite sc̄titate ⁊ doctrine tante fuit. q̄ nemo ei an̄ponendus ne dū eq̄perandus sit. Quāobrē magni cognomē adept⁹ ē. Anno dn̄i. M. cclxij. ratisponensi eccie ep̄s in ordine. xxviij. ꝑficit̄. Ob amorē tn̄ doctrine relicto ep̄atu. ꝑ multos annos colonie ⁊ parisius publice theologiaz ⁊ ph'iam docuit. Qui ⁊ oīa opera Arestotilis cōmētat⁹ est. Et theologiā xp̄ianam acutissime aperuit. Sup q̄tuor sentētiaꝝ libros scribēs. magnā ꝑtem biblie exposuit. Euāgelia ⁊ ep̄l'as Pauli egregie declarauit. De aīalibus quoq3 librū perpulcrū composuit. Et alia laude digna. Tandē octuagesimūseptimū agēs annū colonie sp̄m deo reddidit. Et in choro ecclesie sancte crucis ante summuz altare in archa saxea assistente Sifrido archiepiscopo coloniensi. summo honore sepultus fuit. Miraculis quoq3 in vita ⁊ post obitum vt fertur claruit.

Bonauētura cardialis



BOnauentura natione thuscus. patria balneo reginus. Joanne fidanza. ⁊ ritella fidelibus cōiugibus ortus. Anno etatis sue circiter secūdo ⁊ vicesimo habitum religionis sancti francisci deuotissime suscepit. docente illum alexandro de ales tantam doctrinaꝝ perfectionem adeptus vt septimo ingressus sui āno delectus librū sentētiarū in parisiensi ciuitate clarissime legerit. Et cathedrā mḡralē accepit. Tredecimo ipius ingressus anno ordinis minoꝝ generalis mīster ⁊ theologus eminentissimus. ac albanensis cardinalis episcopus (preter sanctitatem maximā) etiam ingenij gratia ⁊ auctoritate maxima preditus. Clarissimus in toto orbe habitus est. Qui pre ceteris doctoribus luculentissime ⁊ copiose tum sup quatuor sentētiaꝝ libros scripsit. Postillasq3 super lucam ⁊ alia scripsit de cōtemplatione de sex alis seraphin. Regulam nouitioꝝ. Diui quoq3 francisci historiaz maiorem ⁊ minorem compilauit. atq3 ordinis cōstitutiones. Eas ob res ⁊ ꝓpter eius frequentia miracula cū etiam cor ipsius (incinerato corpore) incorruptuz inuentum fuerit. Sixtus quartus pontifex summus anno domini. 1482. in sanctorum pontificum numero merito ascripsit.

Alexãder de ales doctor irrefragabilis



Alexander de ales parisiensiũ irrefragabilis ⁊ precipuus doctor ⁊ ĩpe hec tp̃a clarissima reddidit. Qui ĩ vltimo vite sue ob eximiã cũ dei sapiaz ac p̃cipuã eius deuotõem. q̃ꝫ habebat ad beatissimã v̄ginẽ mariã minoꝝ habitũ suscipere voluit. Cũ ob eius amorẽ aliq̃d postulãti si possibilitas foret ꝑ virib⁹ adimplere pollicebat̃. Cui frater q̃ per vrbẽ cũ sacco elemosinã petebat ait. Cum diu mũdo buietis cũ magna fama ⁊ religio nr̃a nullũ habeat mgr̃m. Rogo vt dei amore ⁊ v̄ginis matris eius ad vtilitatẽ aĩe vr̃e ⁊ nr̃e religionis honorem habitum assumatis. Is r̃ndit statim te seq̃r ⁊ faciã qđ petisti. seculum deserens ordinẽ minoꝝ ingressus. Qui cũ esset accuratissime doctus ex mandato innocentij pape in theologia summã admodũ copiosissimã ⁊ celeberrimã composuit. quã in partes q̃tuor diuisit. insup ⁊ vniuersum ferme vetus ⁊ nouũ testamẽtũ postillauit. ꝓpter qđ fons vite appellari ꝓmeruit.

Guido bonatus



Guido bonat⁹ astrologus ꝑ idẽ tp̃us in syderalibus disciplinis vniuerso occidenti notissim⁹ ⁊ celeberrim⁹ fuit. Cui adeo ea ĩ facultate aperta fuerũt oĩa. vt nil apud eam illi incognitum fuerit.

Martinus scotus



Martinus scotus cisterciensis ordinis (vt aiũt) frater magne doctrine ⁊ singularis vite vir ꝑ hec tẽpora rome in p̃cio fuit ⁊ historiã breuẽ cõposuit. quaz martinianã appellauit. Hanc tñ laudem predicatores cuidam ordinis sui martino ep̃o tradunt.

Alexander de villa dei



Alexander de villa dei sacraꝝ lr̃aꝝ professor. de ordine sancti bñdicti. quãuis aliq̃ frẽm minoꝝ fuisse scribant. ꝑ id tp̃us etiam in grãmatica librum vulgatissimũ cõposuit. quẽ doctrinale appellari voluit. Et ĩ ꝑtes tres diuisit. Cuius initiũ Scribere clericulis ⁊c̃.

Vincẽti⁹ gall⁹ or. p̄di.



Vincentius gallus p̃ria burgũdus beluacẽsis hystoricus ⁊ theologus ordinis p̄dicatorũ frater ꝑ hoc ip̃m tempus claruit. Et innumerabiles hystorias multis s̄b voluminibus comprehendit. Quatuor em̃ specula edidit de om̃i scibili materia. Doctrinale. Morale. Naturale ⁊ Historiale. qđ vsq̃ꝫ ad annum domini 1254. perduxit. atq̃ꝫ alia multa cõposuit. videlꝫ librũ gratie. librũ de sancto ioanne euãgelista. libꝝ de eruditione pueroꝝ regalium. ⁊ consolatoriũ de morte amici Et quã maxime de laudibus diue ac gloriose virginis marie tractatum celeberrimũ edidit.

Florẽtini mortuo friderico cesare. qui eos plurimũ vexauerat in libertatez sese vendicantes ⁊ guelphos ab ip̃o cesare eiectos in patriam reducentes rempu. reformarũt. Unde ⁊ duodecim antianos creauere. qui gibellinis resisterent. ⁊ ius populo dicerent.

Discordie quoq̃ꝫ ac lites ꝑmaxime inter ianuẽses ⁊ venetos ex quodã asie monasterio initiũ sumpsere Que adeo pestifera contagione cõualuere. vt res ip̃a ciuitatibus ip̃is plurimũ fuerit perniciosa. Et vniuerse xp̃iane religioni in laqueum magnum prouenerit.

Paleologoꝝ imperij principiũ apud ꝯstantinopolim sumpsit. Cũ michael paleologus grecus theodero imꝑatori affinitate coniũctus pulsis e grecia gallis ac venetis. duobusq̃ꝫ theodori filijs paruulis. q̃s eidẽ ex testamẽto cõmendatos reliquerat interfectis. imperiũ sibi desumens. imperauit annis. 45. Ingentis sp̃us vir. Et ita latinoꝝ imperij finis fuit qđ ꝑ annos. 8. ⁊. 50. apud eos durauit. Exinde greci paleologi centum ⁊. 96. annos imperauerũt vsq̃ꝫ ad annũ domini. 1454.

Hostiensis cardinalis



Heinricus cardinalis hostiensis cognomẽto etiã hostiẽsis. vir hũani diuiniq̃ꝫ iuris ꝑitissim⁹. hoc tp̃e eas ob res apud Alexãdꝝ põtificẽ maximo habet̃ in precio. qui ab ip̃o pontifice p̄monitus sup̱ toto decretaliũ titulo lecturas ꝑutiles cõposuit. Sed ⁊ summã admiratione dignã in vtroq̃ꝫ iure cõscripsit. Quam galli vltra montani compendiosam vocant.

Gofredus alter a sup̱iore celeberrim⁹ legũ doctor. His tp̃ib⁹ floruit. ⁊ ea ĩ disciplĩa nõnulla ꝯposuit. ⁊ q̃ꝫ maxĩe sup̱ codice digestoq̃ꝫ toto lecturas accuratissimas.

Aymonem anglicũ ordinis minoꝝ generalẽ ministrũ theologũ sanctissimuz cum suprascriptis floruisse constat. Qui inter cetera ingenij sui monimenta breuiariũ alexandri pape iussu correxit ⁊ rubricauit.

S. Thomas de aquino doctor



THomas de aqno ordinis ꝑdicatoꝝ doctor. alberti magni discipulus ex insigni comitū familia. in cōfinibus apulie ⁊ sicilie originē duxit. Cū motus regni sicilie varij essent. doctrine ac religionis viā traxisse videt. Quo in tpe Cōradus ex gente sueua impator aqnū vastās. Thomā parētes eius genere nobiles. et in oppido primarij pria ꝓfugi. cassinēsis cenobij monachis cōmendatū reliqrūt alendū. vbi lris ac religioni operā dare cepit. Eius eñ pr landulfus noie. mr theodora e neapoli originē habuit. Qui ⁊ in ipis infantie rudimētis dei gr̄a preditus deinde ordinē diui dn̄ici ingressus religiosissimā ac ꝑfectissimā vitā vsq3 in finē exegit. Ubi etiā ꝑter doctrinā maximā ad eā peruenit doctrine excellentiam vt nemini phie ⁊ theologie scia secūdus habeat. Coloniā ei ꝑgens tantū profecit vt post aliq̄s annos apud pisius primū in doctrina locum teneret. Ubi q̄tuor libros in sentētias edidit. inde angelicus doctor appellatus. romā deinde ab vrbano accersitus spretis dignitatibus q̄ vltro offerebantur. totū se lectioni et scriptioni dedit. Et eius rogatu multa cōscripsit. Reliquit post summā theologie i tres ptes diuisam i q̄stiones distinctā. Summā ꝯ gentiles. Cathenā aureā. In q̄tuor euāgelia. Cōmentaria in bibliā. Et Aresto. libros ⁊ plima alia. Totam q3 naturalē philosophiā ac moralē cōmentationibus exposuit. Declarauit ⁊ Iob. Composuit ⁊ officiū de xp̄i corꝑe. Quo i opere plime figure ve. testa. cōtinentur. Qui etiā miraculoꝝ gloria noiatissimus euasit. tandē iterato romā vocatus vt ad ꝯciliū lugdunēse ꝑ Gregoriū. x. celebrandum accederet ꝓperās. cū apud cassinū mōtem fuisset infirmitate correptus Anno domini 1274. sanctissime migrauit ad dn̄m. Nonis marcij. Quē postmodū ioannes. 22. pōtifex. ꝓpter crebra miracula in sanctorum confessorum ⁊ doctorum numero aggregare voluit. Apud auinionē. xv. kal. augusti Anno. M. cccxxiij. a transitu eius ex mūdo quinquagesimo.

Carolus rex



CArolus ludouici regis frācoꝝ frater manfredo rege interfecto a clemēte papa sicilie rex declaratus. regnauit annis. 7. atq3 ita paulopost sicilie ⁊ apulie regna in suā ptātem redegit. In quibus cōpositis rebus euestigio viterbiū cū vniuerso exercitu ad pontificē venit. vbi audiens conradinū adolescentē conradi sueui nepotē in ytalia a gibellinis ꝯ guelphos fuisse vocatū. In etruriam. gibellinos domitos illico venit. ibiq3 magna de hostibus strage edita. cōradinū cepit ⁊ capitali sentētia puniuit. Inde in regno confirmatus pacem cum pisanis inijt. Et cū eis in aphricā i ludouici regis germani subsidiū traiecit. Ibiq3 ludouico fr̄e ex peste mortuo inuēto cū Tunici rege pacē hac lege cōposuit. vt ꝑpetuo annis singulis sibi suisq3 successoribus tributū aliquot pēderet. inde i regnū redijt. vbi petro aragonēsi siciliā se subdidisse reperit. deniq3 ⁊ ipse carolus morit. ⁊ neapoli sepelitur. Huic ideo hierosolimoꝝ regnū declaratum fuit. q2 maria antiochie principis filia cui id regnū debebatur (qd̄ hugo eius nepos occupauerat) illud carolo huic regi deuouerat.



SEcta flagellantiū in ytalia ortum habuit. Et inde in alemāniam ⁊ galliā ꝓgressa bifarie. qui se nodosis flagellis in q̄bus aculei inserti erant flagellabant ad ostētationē. Ex qua secta multi graues errores pullulabant. in plerisq3 locis circa fidem. ⁊ sacramēta eccl̄ie. Que postremo in pte igne ⁊ gladio exterminata fuit.

FErunt theologi hāc orationem a summis viris laudatam hac tempestate. Benedictum sit dulce nomē domini nostri ihesu christi. ⁊ gloriosissime virginis marie matris eius ineternum et vltra amen. Nos cum prole pia benedicat virgo maria amen. Et q̄ hec legerit vel orauerit de singulis iterationibus auctoritate Clementis pape ob petitōnem ludouici sancti regis francie tres annos indulgentiarum habebit.

Philippus rex



Philippus sancti ludouici regis filius patre germano in affrica defunctis. ibidem regiū munus suscipiens regnauit annis quindecim. Uir certe vite sanctimonia patri persimilis. qui vitande contagionis causa ꝑmotus. dimissa aphrica. in ytaliam adnauigauit. pacem inter genuēses ⁊ venetos ad quinquēniū composuit. Multa quoq3 ⁊ laudabilia pro fide christi tum domi tū foris exegit pietatis opera. Et iter cetera memoratu digna beate marie magdalene corpus massilie iam diu a beato maximiano in villa sui nominis cōditum. ornatiore sepulcro. ⁊ maiore sacello exornauit. Eiusq3 caput seorsum in theca argētea recludens. Alia quoq3 consimilia ⁊ multo maiora confecit opera.

Gregorius decim⁹ papa. natione ytalus. p̄ria placētinus e vicecomitū familia mediolano pulsa. theobaldus antea vocat⁹. laudenꝰ archidiacon⁹ in asya exn̄s. Viterbij collegio cardinaliū pontifex creat᷑. Vir certe in om̄i vita clarus prudētia reꝝ gerendaꝝ. fortitudīe animi. q̄ pecunias ꝛ res humanas cōtemnebat. vsus hūanitate. benignitate in paupes xp̄i. ꝛ eos potissimū. q̄ ad gremiū sedis ap̄lice ꝯfugiebāt. Hic pōtificatu suscepto pacis amator. Genuēses ꝛ venetos magnis inter se cladibus afflictos ad cōponendā pacē aīm adiecit. philippi p̄dicti regis francoꝝ vsus prudētia. Eaqꝫ cōfecta florētiā cū carolo sycilie rege accessit. Agentē florentie pōtificē pulcerrimā ꝯtemplatū vrbem. q̄ erat bonitate cōpassio illius ex ciuibus q̄ gentis sueuoꝝ imperatoꝝ operib⁹ ea vrbe extores exulesqꝫ agebant. Et carolo rege in suam p̄ducto sn̄iam illis reducendis operā cum p̄ntibus dare cepit. pugnādi ius interdixit. pfectus inde pōtifex recto itinere lugdunū puenit. p celebrādo generali ꝯcilio. quo ꝛ paleologus impator cōstantinopolitan⁹ pfectus. Et rudolphus in impatorē ab electoribus delect⁹ ē. Re in cōcilio bn̄ gesta pontifex gregori⁹ iter ad ytaliā est ingressus. Cū venisset bellocadoꝝ expectantē ibi alfonsum castelle regē audiuit. Qui multis ē questus nullā vt debuerat rudolphi ad imperiū electionē habuisse rōnem. Cū pontifex multis placauit rōnibus vt p̄tensum ius suū nouo imperatori designato cedere ꝯsenserit. Inde per viennā lusanamqꝫ transmissis alpibus lōgobardia pontifex iter fecit. Cūqꝫ aretiū puenisset sanct⁹ ꝛ summa dignus veneratōne diem obijt. Pontificatus sui anno quarto. mense secūdo die decimo. Ad eius celebre etiam nūc sepulcꝝ sctītas sua quanta fuerat miraculis crebrescentibus est ostensum.

Innocentius q̄ntus papa. natione burgūdus. Petrus tharentasiensis antea vocatus ordinis sancti dn̄ici insignis theologus. sacris lr̄is doctissim⁹ Anno dn̄i. M. cclxxv. aretij pontifex creatur. Sub ip̄mqꝫ tp̄s florentini legatione e solēni romā missa absolutionē ab excōicatione ꝛ interdicti amotionē ab innocētio impetrarūt. genuēses ꝛ venetos dissidētes in suā sn̄iam traxisset. nisi repentina morte p̄occupatus fuisset. Qui secūda die sexti mensis q̄ fuerat designatus in lateranensi palatio defunctus. Qui ante dignitatē apud parisius p̄dicando ꝛ scribendo maximo fuit in p̄cio. Qui cum esset doctissimus in sacris codicib⁹ aliq̄ vtiliter declarauit. ac super sentētiaꝝ libros m̄lta egregie ꝯposuit.

Hadrian⁹ q̄nt⁹ papa. p̄ria genueꝰ. familia flisca othobonus antea vocat⁹ ex flisthea gēte comitū lauanie genuēsi. rome ī atrio lateranēsi ī pōtificē ē assumpt⁹. fuit aūt innocētij q̄rti nepos. sctiqꝫ adriani diacon⁹ cardinalis ab eodē creat⁹. vir certe magni aī. veterbiū stati pficiscit᷑. vt caroli potentiā minueret ad rudolfumqꝫ illico miserat. q̄ ꝯ ac gregorio. x. pmiserat venire ytaliā distulisset. q̄ bello aduersus regē bohemie implicit⁹. impij iura spernē videbat᷑. Tutioremqꝫ ytaliā a carolo ꝛ alijs tyrānis reddidisset. ꝛ ꝯstitutionē de eligēdo pontifice in meliorē formā redegisset nisi mors obstetisset. Que ꝛ alia dūz magno hadrian⁹ molit᷑ aīo. ad q̄nq̄gesimū vl' vt aliq̄ hn̄t q̄dragesimū pōtificat⁹ die viterbij obijt. sepeliturqꝫ in ꝯuētu fratꝝ mioꝝ. vacat tū sedes dies octo ꝛ viginti.



Linea summoꝝ pontificū

Gregorius decimus



Innocentius q̄ntus



Adrianus quintus

Concilium lugdunense



Conciliū seu synodus maxima hoc āno lugduni a gregorio decimo p̄dicto pontifice indicit᷑. vbi attentiore in primis cura atqꝫ diligētia de afferenda hierosolime rebus ope ē actum. Cōtulit vō se ad id conciliū michael paleologus grecoꝝ impator. cū magno comitatu. puectus tercia decima vice in sententiā romane ecclesie grecos totiens deficiētes ptraxit. Et vnioni orīetalis ad occidentalē eccl'iam tridētia tūc eius gentis peioratione ꝯsensit. Secutiqꝫ illū nōnulli tartaree gētis scithie pceres sacro baptismatis caractare pfusi. xp̄ianos se ꝛ catholicos fore pfessi sunt. Sꝫ ꝛ rudulph⁹ ab electorib⁹ germanis ī rōnoꝝ regē imperatorēqꝫ declarat⁹. ea ꝯditiōe a gregorio pōtifice ī ꝯcilio ē accept⁹. vt seq̄nti āno ī ytaliā pacific⁹ veniens romā ad coronā inūctionemqꝫ accipiēdā se conferret. Exinde rebus hierosolime quātū posset maximā opem ferret. Multaqꝫ ibi decreta fuerunt ordinata ad electionem summi pontificis. Et ad christianam religionem pertinentia.

Anno domini.1275.

Linea imperatoꝝ

Rudolphus



Rudolph⁹ comes de habspurg. post lōgā vacationē impꝪ. ⁊ deuastatōem
honoꝝ i reḡ rōnoꝝ elect⁹ ē. cōi voto ꝑncipū. Et rex rōnoꝝ designatus hac
ꝯditiōe. vt seq̄nti āno romā peteret corone accipiēde cā. Cōfirmat⁹ a gregorio
in fauorē terre sctē. Fuit ei vir prudēs i agendis strēnuus i armis iust⁹. deuꝫ ti-
mens. Cui nil ad excellētiā laudis deesse videbaꝛ. Robustissimo q̄dē corpe ac
pulcerrimo aspectu viguit. Cōsilio q̄ꝫ ac magnitudie aīi ac egregia liberalitate
extitit decorat⁹. Hijs ꝯditiōib⁹ cesar fact⁹ impauit ānis.19. implicitus multis
agēdis i reḡ germāie. Alfonsus q̄ꝫ ꝑsuasiōe gregorij pape ius oē suū rudol-
pho ꝯcessit. Cū aūt rudolph⁹ curie mgr̄ othocari regis bohemie olim fuerat. ve-
rū xp̄iane publice ꝑfect⁹ inde nō minus belli q̄ꝫ domi clar⁹. missis ad othocaꝝ
legatis austriā ⁊ carinthiā ceterasq̄ꝫ vicinis ytalie ꝓuīcias tanq̄ꝫ iuris impꝪ repe-
tit. Is ei othocar⁹ q̄ ⁊ ꝑmislaus dicebaꝛ q̄nt⁹ bohemie rex. cū obijsset frideri-
cus dux austrie sine liberis soror ei⁹ margarita hereditatē accepit. hec an⁹ otho-
carū sibi virū acciuit. q̄ nō tam cōiugis etatē q̄ꝫ dotes aīo voluens sterile mr̄imo-
niū ꝯxit. ⁊ ꝑncipatū nobileꝫ cōsecut⁹. Et vlric⁹ q̄ eo tpe carinthioꝝ ꝑncipatū tenebat ⁊ viri sobole careret
accepta pecunia carinthiā othocaro carniolā marchiā sclauonicā ⁊ alia tradidit. Repetijt igiꝛ rudolphus
q̄n nec austria muliebre feudū eēt. nec carinthiā i iussu cesaris vlric⁹ venūdare potuisset. renuit othocar⁹
⁊ impatori q̄ aliq̄n sibi fuuisset impacato r̄ndit aīo. Sꝫ interueniētib⁹ amicis ea lege recōciliati sunt vt au-
stria impatori cederet. Exin datis acceptisq̄ꝫ filiab⁹ affinitas vtrinq̄ꝫ iūgereꝛ ꝓuīcie de q̄b⁹ lis essent do-
tales fierēt. ⁊ othocaꝝ i v̄ba sua iurare more maioꝝ exposcit. Tādē ꝓuocat⁹ v̄bis vxoris othocarus col-
lectis nouis copijs cōueniūt ābo cū exercitib⁹ i campis austrie trāsdanubiū. cōmissum ē atrox p̄liū ipa die
bti ruffi āno sb incarnatōe v̄bi. viij. ⁊. lxx. post. cc. ⁊ mille. diuq̄ꝫ marte dubio pugnatū. Ad extremuꝫ reli-
ctus a suis rex bohemie dū fortiter pugnat occidiꝛ. corp⁹ ei⁹ ꝑmittēte rudolpho i bohemiā trāslatū regio
honore sepultū. Et ventzeslaus fili⁹ regnū deinde obtinuit. viij. ānos nat⁹. marchio brādeburgeñ. tutorio
noīe. v. ānis gubnauit. Nicola⁹ pōtifex nihil ducēs antiquus q̄ꝫ caroli potētiā imminuere. idq̄ꝫ intētatū atq̄ꝫ
ꝑfectū ē. vicariatū ei impꝪ i etruria illi obligatur⁹ rudolphū ipatorē excusatōi sue ꝑtendit quem simulauit
opē hierosolime reb⁹ ex ꝯstituto afferre reqsitū r̄ndisse id a se fieri posse nec debē nisi vsurpatā carolus di-
misisset quā simulatōem vtrinq̄ꝫ pōtifex cōtinuauit. Rodulph⁹ em̄ ꝓpo etrurie a caroli vicariatu liberate
facto delinit⁹ romandiolā ⁊ rauenatū exarchatū pontifici ⁊ ecclie reddidit. Nā post fractas apud forūliuiū
bononiēsiū ⁊ florētinoꝝ copias ōis romādiola imperatorias erat secuta ptes. Et minima q̄ singuli darēt
populi tributa percipiens rudolphus eos priuilegio sb imperio titulo liberos esse dixit. tandeꝫ rudolph⁹
senio ⁊ egritudine ꝯfectus ad quē accessit ventzeslaus cū conthorali gutha filia cesaris in Erffordia diem
obijt ad Spyrā deductus inter romanos imperatores sepelitur. Anno domini. M.ccxci. die. xxij. Julij.

Conradinus



Conradinus friderici sueui impatoris ex filio cōrado nepos. a gibellinis ꝯ
guelphos i ytaliā vocat⁹. cū maxio alemānoꝝ suoꝝ exercitu veronā primo
deinde papiā venit. indeq̄ꝫ ꝑ carrariēsiū oppida ad genuensiū mare transijt. po-
stea maiore ex lōgobardia ⁊ romādiola gibellinoꝝ ꝯpato exercitu adiuuāte gui-
done ferētano comite marstalani regis caroli apud aretiū interfecit. inde romā cō-
cessit. pōtifex viterbij cū trāseūtē adolēscentē videret. dixit ipm tanq̄ꝫ agnū ad ce-
dem ꝑduci. Dū em̄ cū carolo campestri loco pugnauit. Conradin⁹ ⁊ austrie dux
adolescētes etate. sicut ⁊ ifortunio pares signa vbi toto p̄lij tpe fuerāt r̄linq̄ntes
secesserūt agasonis cucullione ꝯtecti ꝑ deuia latitarūt die autē octauo ab accepta
clade recogniti ad Carolū ꝑducti publico illos iudicō interfici iussit. Post hui⁹
conradi mortē ducat⁹ sueuie cū signis suis nobilib⁹ ⁊ armis defecit. Cūq̄ꝫ impiū romanū duces sueuie vs-
q̄ꝫ ꝑ annū.1250. gloriose rexerūt.

S. Hegwidis



Venerat ad pōtificē heinric⁹ adolescēs Richardi regis cornubie olim comitis
tūc defuncti fili⁹ mlta p̄ni olim regna negocia apud sedē aplicā tractatur⁹.
Guido mōtefortis ⁊ ipe adolescēs cū philippo rege frācoꝝ eodē se ꝯtulit. forte ac-
cidit vtrūq̄ꝫ ad rē diuinā scti Laurētij eccliam q̄ viterbij ē celebris. eadē hora pe-
tere. S guido posterior ingressus ꝯspectū liberali ac regia poti⁹ facie adolescentem
caterua famulat⁹ stipatū q̄dā ex suis indicāte richardi filiū eē didicit. a q̄ symō p̄r
in anglia ꝑ dolū fuerat interfect⁹ nullaq̄ꝫ loci tētus reuerētia incautū aggressus in-
terfecit. Equitib⁹ inde suis ⁊ pariter philippi regis deducētibus ad ruffuꝫ etrurie
prefectum incolumis peruenit.

Hegwidis ducissa polonie. vidua mire sctitatis. p̄nū gen⁹ ex bertoldo marchi-
one badēsi. duceq̄ꝫ merauie. m̄rnū ex agneta filia marchiōis orietal⁹ ⁊ comi-
tis de Rochlitz ꝯxit. i oppido kitzing lr̄is edocta heinrico coḡmēto cū barba du-
ci Slesie in vxorē data. tres filios. totidēq̄ꝫ filias genuit. Cuius senior in bello ꝯ tartaros defecit. Nobile
mōsteriū ordis cisterciēsiū i trebnitz haud lōge avratislauia extruxit. cui filiā gerdrudē cū cētū v̄g ib⁹ ꝑfe-
cit. Et post obitū mariti vitā celibē i eo duxit. Inter ymagines quas venerabaꝛ. beate v̄ginis eburneam
miro amore amplexabaꝛ. in manibus gerēs neq̄ꝫ i morte dimisit. Tandē cū i oīi v̄tute ac abstinentia vi-
tam deduxisset longam. felici fine quieuit. quā clemens ob crebra miracula inter sanctas retulit.

Ioannes vicesimus prim⁹. natione hispan⁹ vł portugalensis. p̄ria vlixbonensis. thusculanus ep̄s cardinalis. petrus medicus antea vocatus. pontifex creat. Is vir alioq̄n doctus ⁊ viroꝝ doctrina cultoꝝ amantissim⁹. tn̄ ignoratione reꝝ gerendaꝝ ⁊ moꝝ inequalitate leuis fuisse dr̄. ferunt hūc petrū hyspanū medicū. i vita sua multa scripsisse potissimū canones quosdā ad medicinam ptinentes atq̧ librū quē medici thesauꝝ pauperꝝ vocāt. Et ab eo probleumata ad imitatione Aresto. edita. Primā vō in pontificatu curā suscepit michaelem paleologū ad ꝓmissum ꝯstitutāq̧ in lugdonēsi cōcilio vnionē ita hortari vt nisi eā seruasset. Carolo ipi regi fauorē fuerit ꝓstiturus. ꝑ eiusdē pōtificis tpa veneti anconitanos bello mariq̧ acerrimo ꝓsecuti sunt. Eodē q̧ tp̄e templarij tyrū vrbē ꝓ expeditione xp̄iana admistrantes solitā añ bellū genuēse iurisdictionē ⁊ portorioꝝ exemptionē venetis i ea vrbe reintegrauerūt. Tergiuersatus ē interea verbis paleologus cum ioanne romano pontifice. q̄ pontifex ruina oppressus camere quā edificari curabat. Octauo pōtificat⁹ mense exacto viterbij interijt.

Anno mūdi. 6476. Anno xp̄i. 1277.

Nicolaus terci⁹ papa. p̄ria roman⁹ ex familia vrsina iohānes caietan⁹ antea vocatus. pontifex tandē creatur ꝓtracta in sex mēses electione. Nam cardinales post interitū ioannis illico romā accesserūt nouū in laterano pontificem delecturi. Et carolus rex senatorio functur⁹ munere cōclauis custodie curam babuit. Que rebus eccie multū sibi plurimū obfuit. Dum em̄ apte ptinacitereq̧ gallicū potius q̧ ytalicū creari pontificē cōtendit. Electio sextū ꝑpe mensem cū magno reꝝ orbis xp̄iani damno atq̧ incōmodo est dilata. Et ipe maximū inde nō magis patrū q̧ ꝑploꝝ ytalie odiū incurrit. Subsecuta est et⁹ creatū tam repentina q̧ digna correctio ioanne caietano cardinale. s. nicolai in carcere tulliano in terciū nicolaū pontificē declarato. Is em̄ gente oriūdus vrsina in romanis ꝓstantissima animi dotibus corporisq̧ ornatissimus fuit. vt multa fecerit. plurima intētauerit suā prudētiā ⁊ animi magnitudinē ostēdentia. Nihil tn̄ in pōtificatu duxit antiquius q̧ caroli potentiā iminuere id sua ingenij dexteritate ꝑfectū est bertoldo em̄ vrsino nepote in romādiole comitē declarato cū nūcijs ⁊ lr̄is rudolphi misso omnē romādiolā ꝓ ecclesia recepit. Cui ⁊ bononia tūc pariter fuit dedita. post quē latinus cardinalis alter pontificis nicolai ex sorore nepos i etruriā vicariatu impij liberā sedis ap̄lice legat⁹ accessit. Is ꝓstantissim⁹ ⁊ auūculi pontificis ꝟtuti r̄ndens omī etrurie ad pacē quieteq̧ ꝑducte. Gibellinis florētiā ac i ceteras vrbis reductis eccie ingratus imposuit. a q̄bus etruria q̧diu is pōtifex vixit ꝓ eccia ē retenta. fuit aūt vir magni cōsilij. vt cultor ⁊ amator doctoꝝ viroꝝ diceret. in pcendis dignitatib⁹ cōibus oibus habit⁹. Ideo Albanū ex ordine minoꝝ hostiēsem ⁊ portuensem ex ordine p̄dicatoꝝ delegit. Edificijs p̄terea edes pōtificios exornauit. cinxit menib⁹ pomeriū. s. petri. basilicas petri ⁊ pauli restituit. ac picturis exornauit. Scribunt neminē ante ipm̄ sacrificare religiosius visum cū semp dū solennia ageret lacrimas funderet. Erat religionis obseruantissimus. Nō caruit tn̄ reꝑhensione cū suos nimis amare dr̄. ⁊ multa eis cōdonaret. Opera aūt rome reliquit vt in ea etate cōspicua erecta instaurataq̧ apud scti petri basilicā. apudq̧ lateranū palatia ⁊ surianū i cumino monte oppidi arcē cōmuniuit. In q̄ tercio pontificatus anno ꝑpe exacto apoplexia correptus vitam interrupit multis ꝟtutū opib⁹ si lōgior fuisset vita gl'iosissime decorādā. Vacauit inde mensib⁹ q̄nqз.

Linea summoꝝ pontificū

Ioānes vicesim⁹ p̄m⁹



Nicolaus tercius



Guilhemus placentinus medicus



Guilhelmus placentinus ciuis ⁊ medicus sui temporis celeberrimus tempestate hac verone vbi publico salario legebat floruit. Et ibidē in Cyrugia edidit librum pulcrum ac vniuersam medicinā de egritudinib⁹ vniuersis. postea quatuor libris accuratissime comprehendit. curas vberrimas adiūgens.

erant amedeo sabaudie comiti ꝛ pisanoꝝ genuensiūqꝫ oratoribus ꝑ placētinos genuā se contulit. At hein-
ricus cum mensem terciū genue egisset maris quā expectauerat tranquillitate oblata triremibus quadra-
ginta genuensiū saonensiūqꝫ pisas petiꝭt. Equitatu terra per lucenß premisso. Rome deinde coronat⁹ tres
eū cardinales dicūt historici a clemente romano pontifice legatos romā venisse. Heinricū apostolica au-
ctoritate coronaturo. a cardinali hostiensi ꝛ pratensi coronam accepit. Renitente Roberto rege neapolita-
no. florētiā inde obsidiōe artissima cinxit. Pisas senasqꝫ in p̄tāte habuit. robertum regē priuatū regno ꝓ/
nūciauit. Et hinc classem in illū nauigare iussit. Tandem impator incidit in egritudinē. ex qua vt cōuale-
sceret. medicoꝝ consilio balnea adiꝭt maceratensia. cū autem ea balneoꝝ lotione minus recreari ac conuale-
scere videret. medicis item consulentibus purioris aeris loca petere voluit. Itūqꝫ est boncōuentū qd̄ op-
pidū duodecimo a senis miliario distans. dum obsidione incipit premere diem obiꝭt. Signa veneni in ca-
dauere apparuisse multi scripsere. Ptolomeus v̄o lucensis affirmat veneno euz perisse a p̄dicatoꝝ ordinis
fratre in eucharistia dato. Aliusqꝫ addidit id florentinorum industria factum esse. quicq̄d ei rei veritas ha-
beat. satis supraqꝫ certum est. non magis florentino ꝛ lucensi ac ceteris eius secte etruscis. quā roberto re/
gi salutem in ea morte quesitam esse. Multis v̄o econtra ea mors incomoda perniciemqꝫ attulit. cui⁹ cor-
pus in vetusto ac nobili pisaꝝ templo sublimi loco post aram maiorem amici condiderūt. Fuit aūt animo
magnus. ꝛ non infima (si longiori vita functus fuisset) egisset. imperauit solum annis quinqꝫ ꝛ mensibus
octo. quo mortuo vacauit imperium anno vno.

FEcerat romani imperiꝭ ante hūc heinricum quo ad rem ytalicam vacatio. vt omnes pene vrbes so-
lite imperio parere tyrannis eodem pene capitaneatus titulo appellatis subessent. Nanqꝫ tres ātea
imperatores ab accessu in ytaliam abstinuerant. vt nō ab absurde imperium vacasse ytali dicant. hinc ve/
rona scaligeros. montua passerinos. padua carrarienses habebat. Et marchiones astenses quos anno añ
sexagesimo salinguerra eiecto ferrariam pro ecclesia administrasse ferunt.

Ordinis contemplariorum extinctio



Ea tempestate cum adhuc Clemēs pontifex cū curia morā hr̄et in ciuitate pictauiēsi. rex frācie seductus (vt fertur) ab officialibus suis. pōtificij denūcians mgr̄m templi ⁊ mansionis suosq̧ frēs q̄busdā erroribus infectos. ⁊ scelerib⁹ inuolutos eē. Maiores ei mali fomes tēplarij multis añ ānis in asie bellis q̄ aduersus īfideles gesta sunt cōuicti oīm pniciosissimi. xp̄iani em̄ spernentes blasphemātesq̧ ac penitus deridentes ꝓ q̊ pugnare ꝯsueuerāt. eos turcis ⁊ sarracenis ꝯsensisse. ⁊ nr̄orū expeditionib⁹ fuisse aduersatos ꝯstitit. Vn̄ multis eorū vario affectis supplicio ceteri omes ꝓlijs redditibusq̧ ⁊ bonis q̄ possidebāt amplissimis spoliati sunt. q̄ ptim cōcessa sunt rhodijs hierosolime hospitalarijs. ptim noua attributa religionibus in hispania aduersus sarracenos beticā olim nūc granatā incolētes a pontifice institutis. Quātū aūt ordo templarioꝝ (vt in supioribus p̄missum ē) augebaᷓt tantū nūc minuebaᷓt ⁊ sanctitas. iacobus burgūdus origine ⁊ ex dominis molay genit⁹ ingentis animi ad templariorū militiā se cōtulit. In qua p̄fect⁹ prioratui ditissimo moriēte mgr̄o interuētu principū in magisteriū sublimatus emicuit. Actūq̧ ē vt philippi frācoꝝ regis ei⁹ filiū ex sacro fonte susceperat indignatoēm incurreret. Quo eo ventū ē. vt pmittente clemente pōtifice summo tēplarioꝝ primates omes. vna ⁊ eadem die. philippi iussu. ꝑ omne suū regnū capti detinerenᷓt. vna cū iacobo ordinis tā ingentis mgr̄o. Et inde presidijs regis occupata oppida. thesauri ornatus oēs. cū omi suppellectili ī regiā ptātem redacti. captiuiq̧ deducti parisius. Quibus diu s̄uatis in vinculis cuꝫ varia ⁊ obscena obiecta essent. ⁊ frustra cūcta negātib⁹ Rex iratus magistro cū tribus socijs reſ̄uato. ceteri dānati incēdio. Vez palis alligati ⁊ añ oculos staret ignis ⁊ carnifex. quāto cruciatu paterētur miseri voces ī celos ostēdebant. se veros xp̄ianos aiebāt ⁊ sanctissimā coꝝ fuisse religionē. Jacob⁹ deiñ cū tedio diuturni carceris esset attrit⁹. lugdunū deduct⁹ ⁊ exortationibus varijs suasus. Quedā ex oppositis clemēti summo pōtifici ꝯfessus ē. Ideo retract⁹ ꝑisius dū corā duob⁹ legat̄ ex latē sn̄ia legereᷓt. Ipe cū vno ex socijs q̄ delphini vienēs̄ frater erat. se mori dignū ꝓtestatus. nō q̄ vnq̧ q̄ legebāᷓt ꝑpetrasset. hinc tn̄ in deletoēm tēplarioꝝ sn̄ia ſb̄secuta. Jacobus cū fr̄e delphini ad suppliciū deduct⁹ q̄ ambo rege spectāte intrepide ⁊ ꝯstāter ſb̄ire. nil aliud q̄ꝫ q̄ dudum occubuere testātes.

Trusianus medicus plusq̧ cōmentator



Trusian⁹ medic⁹ florētin⁹ thadei medici auditor. tēpestate hac. q̄ plusq̧ cōmentū sup tegni galieni mira doctrina ꝯscripsit. Hic q̄ꝫ cū in practica artis medicine (vt multi ferūt) infortunatū se ꝯspiceret. religioni se totū dicauit. Et carthusiensiū ordīs hītū accipiēs. corthusin⁹ effect⁹ ē monachus.

Richardū aūt de media villa theologū eruditissimū ordis mioꝝ ijsdem tpibus nōnulli ascribūt. Cui tanta ingenij magnitudo fuit. vt nulla lr̄atura ei in diuinis codicibus latuerit. Qui ⁊ īter multa ingenij sui monimenta. quatuor sn̄iaꝝ libros optīe ⁊ vtilissime explanauit. Extāt q̄ꝫ ⁊ ml̄te ei⁹ postille ⁊ alia ml̄ta

Jacobus de viterbio ordīs heremitaꝝ sancti Augustini sacre pagine celeberrimus ꝓfessor. ⁊ neapolitane ecclesie archiepus dignissimus. ⁊ virtutū oīm decoratus. ꝑ hoc tp̄us in precio exn̄s tractatum de regimine xp̄iano ad Clementem istum pontificem dedit. ac magistrū sētētiarū egregie exposuit. Et quodlibeta quatuor determinauit. Qui cū acri ⁊ torso ingenio habitus esset. speculatiuus doctor appellatus est.

Richard⁹ de media villa



Cometa



Anno millesimo. cccxiiij. Tres sil' lune in celo apparuere. Et fulgor queꝫ dicūt Cometēq̧ aq̄lone v̄sus apparebat q̄si ad finē v̄ginis trib⁹ mēsibus. Et eodē āno eo deficiēte in mēse nouēbri obijt rex francie philipp⁹ q̄ ānis. 29. reḡuit. Cū īvenatōe aper iter crura eq̄ quē rex eq̄tabat se īgessit. ex q̊ de eq̄ cadēs paulo post mortu⁹ ē. Hic fuit pulcerrim⁹ hoīm sui tp̄is. statura magn⁹ optīe ꝯposita hn̄s mēbra. Vez dedit⁹ corporeis oblectamētis precipue venationibus curaꝫ regni suis relinquēs quibus nimiuꝫ credens. ml̄ta in regno incōmoda sunt secuta. Is post se reliquit tres filios scilicet Ludouicum regem nauarre. Philippum co-

nitem pictauien̄. ⁊ carolū comitē marchie. omnes hij tres pauco tp̄e reges francie fuerūt. viri pulcherrimi ⁊ in vxoribus eoꝝ male fortunati. Ludouicus habens vxorē filiā ducis burgundie quā strangulare fecit. Philippus vxorē quā repudiauerat reassumpsit quia multū eā amabat. Carolus vxorē in carcere detinuit. Ad banc infelicitatē pueniſſe opinanť quia in gradibus ꝓhibitis ꝯtraxerunt. vel ob iniuriā genitoris philippi ꝑpetratā in captura bonifacij pape.

Ordo rhodioꝝ militum principum



Rhodus insula cuius descriptionē supra ꝑfecim⁹ Licie opposita hoc anno. 1308. in xp̄ianoꝝ ꝑtātē deueniens religioni btō iohāni dicatis auctoritate pōtificis ꝯmendať. Hij nempe religiosi cū ierosolima omnino deperdita esset ⁊ templarij in magnos errores ꝑlapsi a romano pontifice fuiſſent extincti in eam insulā sese recipientes turchos eius dn̄os eiecerūt. neq̄ vllo pacto turchoꝝ viribus hec insula restitisset. nisi religiosi milites. qui vt dictū est beato iohanni dicati eius insule curā suscepissent. ⁊ vrbē pene dirutā instaurantes: ⁊ desolatā xp̄ianoꝝ suffragijs instaurauerunt. naualiaq̄ ⁊ classes reformātes. nō solū insulam ipam tutati sunt ſ; cipris ⁊ alijs finitimis xp̄m colentibus magno p̄sidio fuerunt. quoꝝ virtute quicq̄d in oriente nostre religionis est xp̄o seruatum fateri licet. Ipsis igiť militibus fide ⁊ gratia ac religione clarissimis xp̄ianam fidē ꝓfessionis voto ingēti virtute tutantibus templarioꝝ bona p pōtifices ⁊ alios orthodoxe fidei principes addita sunt. Postmodū deuotione pmoti etiā regulam beati augustini ꝓfiteri sponte voluerunt. quā ob rem ⁊ a summis pontificib⁹ romanis ⁊ priuilegijs ⁊ beneficijs plurimis ecclasticis honorati sunt. Soldanus egypti dn̄s toto quīēnio armata classe cū eos vexasset maiora ꝑtulit q̄ intulit dāna. Turchi etiā quatuor vicibus diuersis temporib⁹ eorum agros inuaserunt. sed maximam cladem reportauerunt. Nouissime mahumetus turchoꝝ imperator grauiter aggressus. de quo in sequentibus mentio fiet. ferunt rhodios quoddā castellū sancti petri nominatū munitissimū habere quod magno sumptu custodiunt. vbi xp̄iani de manibus turchoꝝ fugientes sepe saluanť. in quo milites canes nutriunt ⁊ noctu extra castra emittunt. de quibus dicitur q̄ christianos odore cognoscant. eosq̄ aduentantibus blandiunť turchos aūt latratu prodant ⁊ morsibus insectentur.

Johannes rex bohemie



Iohannes heinrici impatoris filius. cui genitor elizabeth alteram wentzeslai sororem matrimonio ꝯiunxit. regno bohemie deinde potiri meruit. eoq̄ regno suscepto. 35. annis regnauit. vir certe bonus ⁊ multe beniuolentie insignitus. ⁊ potenti manu regnū gubernauit. ⁊ patre in ytalia agēte apud germanos vicario nomine administrauit imperiū. Patre vo defuncto cū plurime ytalie ciuitates et sese dedissent. penetrauit alpes cū exercitu. easq̄ nō paucis annis tutatus est. Brixia eni bergamo Luca. parma. regio ⁊ mutina atq̄ alijs vrbibus potitus est. quibus in ꝓtectionē susceptis illas ⁊ arcibus ⁊ menibus munire studuit. ⁊ in bergamo arcem munitissimā adhuc extantem edificauit. Post hec egra a iohanne recepta est. ⁊ vratislauiensiū ciuitas quam dux slesie occuparat heinric⁹. ⁊ alie ciuitates slesie ei subijciūť. Gerit ⁊ aduersus australes bellū in quo victor iohannes suos milites preda nō modica ditat. A rege francoꝝ postremo aduersus anglicos in auxiliū vocat⁹ prelioq̄ memorabili se immiscuit in q̄ cū multis militibus cesus interijt. Relicto filio carolo qui tū vnum ⁊. xxx. annos agebat.

Dantes poeta



Dantes aligerius patria florentinus vates ⁊ poeta ꝯspicuus ac theologoꝝ pcipu⁹ tempestate istac claruit. Uir in ciues suos egregia nobilitate venerandus. qui licet ex longo exilio damnatus tenues illi fuiſſent substāti e semper tn̄ phisicis atq̄ theologicis doctrinis imbutus vacauit studijs. vnde cū florētia a factione nigra pulsus fuiſſet parisiēſe gymnasium accessit. ⁊ cum circa poeticam scientiam eruditissimus esset op⁹ inclitū atq̄ diuinum lingua vernacula sub titulo comedie edidit. in q̄ oīm celestiū terrestriūq̄ ac infernoꝝ ꝓfunda cōtēplat⁹ singl'a q̄q̄ historice allegorice tropologice ac anagogice descripsit. Aliō q̄z de monarchia mōi. Hic cū ex gallijs regressus fuiſſet friderico arragonēſi regi et domino cani grandi scaligero adhesit. Deniq̄ mortuo cane principe veronēsi ⁊ ipe apud rauennam Anno dn̄i. 1321. etatis sue quinquagesimo sexto diem obijt.

Gesta ea tempestate in italia

Marchio estensis qui ferrariā p eccl'ia administrauit. mutine ⁊ regio vrbibus post annū iubileū frena i-
posuerat ad tātū deuenerat potētatū vt scōs carol⁹ rex neapolitan⁹ beatricē filiā ex maria regina vxo-
re susceptam Azzoni tunc marchioni dederit in vxorē. Cuius matrimonij honore ⁊ letitia azzo haud q̄q̄z
diu gaudere potuit. Anno eñ quinto a iubileo ⁊ eius matrimonij primo friscus quidā adolescens quē ex
aliena vxore sibi filiū esse dicebat cū dolo captū in carcere mori coegit. ⁊ ferrariensib⁹ nōnullis epoq̄z in p-
nis adnitētib⁹ ferrarie mutine ⁊ regij dominiū obtinuit. Rogatiq̄z veneti copias frisco auxiliares cū naui-
gio immiserunt. castellū eñ thealdū noīe ponti erat impositum quo padus ab vrbe in ripā transmittit vie
cōtinentē bononiā pducenti. quod castellum absq̄z nauigio capi posse friscus diffidebat. Eos motos cum
intellexisset cardinalis cognomīe pelagura quē clemens pontifex bononiā legatū miserat venetis sub a-
nathemathe cōminatione vt a re ferrariensi abstinētes copias inde deducerent. Hij q̄z machinis interea ca-
stello thealdo appulsis ⁊ nauibus ferrariensiū qui pposito de vulgi consuetudine mutato populi ⁊ eccl'ie
dominiū acclamabant vbiq̄z incensis. partē q̄z vrbis ponti contiguā ceperant. nec prius exaudiri inter p-
lij tumultum legati iussa potuerunt q̄z pons a venitis igni ferroq̄z interruptus ⁊ castellū thealdū fuerit oc-
cupatum. Friscus interea populū sibi rebellem domare agressus rinaldo quodā de marcharia equitū du-
ctore opa crudeliter nauante fretus ferrariā pene mediam incendit. sedato parump a venetis tumultu de-
ditionē illis excluso frisco facere consenserunt. Tuncq̄z ferrarienses tanq̄z in subiectionē accepti a motib⁹
temparunt. Pelagura legatus interim cruce signandos propositis auctoritate aplica vite eterne premijs
venetos ferrarienses q̄z bononiā cōuocauerat. ⁊ pontifex clemens q̄ntus venetis publice apud auinionem
excōmunicatis interdixerat sacris. quos vbicūq̄z reperirent capi iussit pro seruisq̄z venundari. quā ob rez
factū est vt apud londonū flandrensesq̄z ⁊ galliorū loca multi valoris venetorū mercimonia in predā a loco-
rū dn̄is fuerunt direpta. Miserat item clemens pontifex romanus pter pelladurā legatū duos q̄z in ethru-
riam cardinales vt eius prouincie motus bellaq̄z cōponerent.

Robertus rex



Robertus caroli secundi sicilie ⁊ apulie regis filius. patre defuncto in regnū
succedens regnauit annis.33. rex certe inclitus ⁊ virtutū omniū singulare
decus. quiq̄z ⁊ a multis tū oratoribus tūq̄z poetis titulis plurimis fuerit decora-
tus. Eo q̄ pter equitatū ⁊ rei militaris disciplinā quibus plurimū valuit. etiam
inter ceteros sui temporis egregius theologus ⁊ phūs. ac singularis medicine
pceptor haberet. ⁊ nō modo his cōtentus ſ etiā cū esset etate grandeuus ⁊ se-
nex etiā in poesi franciscū petrarchā audire voluit. Hic regni titulis a clemente
papa in auinione rite susceptis ex gallijs bononiā ad legatū pelagurā profectus
quē eccl'ie nomini tumultuanti ferrarie pfecit. inde neapolim iturus virū insignē
psidio reliquit. Verū cū iohannē fratrē cōtra heinricū imperatorē romā misisset heinricus ira succensus ro-
bertū maiestatis reū fecit ⁊ regno priuauit. que res a clemente pontifice improbata fuit. Deinde genuen-
sium vrbem in potestatem recepit. Tandē nullo supstite sibi filio moriēs andreā hūgarie regē nepotē suū
post se regnare pcepit. licet ioanna ei⁹ soror regnū semp administrare voluerit.

Canis scaliger



Scaligerorum dominij principium

Canis scaliger qui ex rebus strennue gestis magnus cognomento appellat⁹
est. Alberti scaligeri capitanei filius. Vir vtiq̄z magnus ⁊ rebus bene gestis
clarissimo pconio insignitus. Verone sibi dominiū vendicās regnauit annis fer-
me vigīti. quā certe tāta iustitia sapientiaq̄z ac pietate gubernauit vt etiā picenū
siue romandiolam omnē potius bonitate sua q̄z alijs armis aut missilib⁹ sibi sb-
egerit. Erat nanq̄z multe eloquentie princeps comesq̄z pbuman⁹ necnō ⁊ in om-
nes liberalis atq̄z doctorū virorū tū eccl'iasticorū tūq̄z oratorū ⁊ historicorū ac poetarū
assidua familiaritate coniunctus. Inter quos dantē florentinū poetam ob eius
doctrine pstantiam magnis honoribus sp prosequi voluit. Tandē cū vrbē vero-
nam maximis edificijs illustrasset Anno dn̄i.1329.die.22.iulij sine virili prole
deficiens duobus nepotibus alberto scilicet ⁊ mastino fratribus vrbis dominiū
concessit. Eius corpus cunctis collachrimantibus cū maxima funeris pompa apud templum iuxta vrbis
forū sepultū fuisse constat. vbi supra templi ipsius valuas adhuc pmagnificū extat sepulchrum sua ymagi-
ne ⁊ epigrāmate notatum.

Ludouicus rex



Ludouicus philippi regis francorū filius post patrem regnare cepit ⁊ regna-
uit annis duobus. vir quidem catholicus ⁊ xpiane religionis amator. qui
suscepto regno post annū psentiens sparsos p diuersa gallie oppida diu delituis-
se. eo q̄ in conclaui apud carpenteratum de pontifice deligēdo seditiōe orta duo
ex cardinalibus interfecti fuissent statim eos in vnū coegit. ⁊ vt lugdanū congre-
garent pro futuro pontifice deligendo suasit. cuius sanis consilijs annuentes ia-
cobuz portuensem epm elegerunt. quo quidem anno cū pontifex esset elect⁹ ipse
rex finem vite sue fecit. relicto in regno Johanne filio paruulo. qui puer diebus
tantum viginti regnauit.

Carrariensium regni principium

Marsilius carrariensiuz nobiliū princeps. cū patauij dn̄atū desumpsisset ⁊ in ea nō tirannice ſ paterne pluribus annis regnasset. magni canis scaligeri veeitus potentiā eidem vrbis dn̄atū sponte cessit. sed ⁊ sequenti anno cane ipso defuncto post tridie ab integro vrbem ingressus dominiū reassumēs. x. annis regnauit. vir certe mansuetissimi animi ⁊ regie vrbanitatis insignitus ac multis virtutibus decoratus. qui cū sine virili prole defecisset vbertino patrueli ex testamēto omnem suam hereditatem reliquit.

Marsilius carrariensiuz princeps



Anno dn̄i M.ccc.x. ciuitas ipa veneta tumultū sensit. Cū buiamons rex nouarū cupidus vna cū querinis ⁊ basilijs regnū affectans maximū tumultuz in vrbe excitauit ꝯ petrū grandenigū ducē. ſ eiꝰ ꝓuidentia cito vrbi quies data illi de domo quirinorū cū eorū sequacibꝰ e ciuitate pulsi destructis eorū domibus. hec fuit prima destructio familie facta venetijs ex partialitatibus. Principaliores cū duobus florentinis decapitati sunt. ideo cōsiliū decezvirale in vrbe inchoatū fuit. Deinde cū iohannes sorantius ducatū venetorū rexit iacobus quirinus et marinus barocius viri ꝑpotentes ⁊ domi nobiles rempublicā subuertere tēptassent. ꝓditione coniuncti capitali sn̄ia puniri fecit. quibus cesis ad p̄cauenda in futurū malū sex ꝓcuratores sancti marci ex senatus consilio cōstituti sunt qui rēpublicā diligēter curarēt. Hic dux prudētissimꝰ. et timorate conscientie vir sciens venetos omnes ꝓpter ferrarie occupationē, vt p̄missum est anathemate notatos. dimissa ferraria absolutionis beneficiū sibi ⁊ omnibus impetrauit.

Arnaldꝰ de villa noua



Arnaldus de villa noua ꝓuincialis magnus philozophus. parisius dogma suū exercuit. ⁊ p ꝓphetiam danielis ⁊ sibille erithree ꝓbare nitebat aduētū antixp̄i ⁊ ꝑsecutionē ecc̄ie futurā esse. inter M.ccc. ⁊ M.cccc. dn̄i annū ferme in M.ccc.lxxvi. anno adesse. Sup ea re librū edidit. cuius titulus de speculatione aduentus antixp̄i. Is tn̄ reprobatus ⁊ quasi hereticus reputatus. Cū magros parisienses cōplurimos aduersarios habebat verens ne ad manus inquisitorū deueniret clam auffugit ⁊ ꝓfectus in siciliam. qui tandē missus a friderico rege sicilie ad papam in mari mortuus est. Dixit em̄ xp̄s. Nō est vestrū nosse tp̄a vel momenta que pater posuit in sua potestate. Vn̄ omnes volētes determinatū tēpus in his assignare aduentus scꝫ xp̄i vel finis mundi erronei reperti sunt.

Philippus ludouici francorū regis frater. Iohāne eiusdez ludouici filio defuncto i regnū succedēs regnauit annis qnqꝫ.

Petrꝰ de abano ꝯciliator



Petrus apponus seu de abano paduensis patria patauinꝰ medicus celeberrimus ⁊ philozophus oī etate admirandus ⁊ peripateticus italicorū oīm illustrissimus. parisiensi ciuitate doctor celeberrimus librū ibidem discolias in medicina sedantem. inchoantē. conciliatorē fama cognitū tandē in ꝓpria euganta vrbe feliciter termiauit. Hic anno legis gratie. 1310. ꝓfundissimū illud propleumatū aristotilis cōmentariū edidit. ꝓpter cuius intentū constantinopolitanā vrbem vt grecū disceret ꝑmeauit. quo tandē instructissimꝰ multa galieni volumina nō parū medicis accomoda ex ydeomate greco transtulit in latinū. Hic sub regie vrbis padue cōmuni ꝑplorū regimine floruit. liberaliūqꝫ omniū peritissimus. pater in astronomia. in qua plurimū enituit. Lucidatorē inquā opꝰ grauissimū ꝯpilauit. scripsitqꝫ iohāni pon. ro. librū de venenis pulchrum. Ac mesue librū in medicinis mancū a corde vsqꝫ ad calcē ꝑfecit. ferunt quidē hunc magicum maximū fuisse ⁊ multa p eandem artem ostendisse.

Dynus medicus



Dinus de garbo medicus florentinus his temporibus claruit. qui cū brunū patrem in arte cyrurgie medicum habuisset illum in phisica erudiendum thadeo florentino medico tradidit. qui adeo eruditissimus euasit vt vtilissima in auicennā ediderit ꝯmentaria. Scripsit ⁊ in galienū de malitia complexionis diuerse. Atqꝫ in hypocratem de natura fetus. qn̄ ⁊ in philozophia ac medicina varias ⁊ pulcherrimas questiones.

Gentilis medicus



Gentilis fulginas perusinus ꝑstabilis sapientie medicꝰ hoc ipo tp̄e diui p̄teriti medici nō inferioris ingenij aut fame fuit. qꝫ potissimū eius accuratissimi cōmentarij in auicenne libris testimoniū ꝑhibēt. fuit em̄ subtilissimꝰ rimator verborū auicēne. Hic etiā p̄ter p̄dictos cōmentarios ꝯsilia varia etiā cōtra pestem composuit. ac questiones p̄cipue de ḡdibus medicinarum ac alias subtilissimas disputauit.

Matheum aūt siluaticum medicū mantuanum genere nobilissimum hisdē temporibus floruisse constat. eo qꝫ ad robertum sicilie regem ⁊ medicuz diuinum opꝰ de oībus simplicibus medicinis ⁊ earuz ꝓprietatibus dederit. ac alia quedam edidit.

Linea summoꝝ pontificū

Johānes vigesimsscōs



Benedictus duodecimꝰ



Anno mundi. 6516. Anno xpi. 1316.

Iohannes vigesimus secundus papa. iacobus caturcensis antea vocatus. Ꝑeps portuensis post longā vigintitriū cardinaliū altercationē lugduni in monasterio fratrum predicatorum pontifex creatus. Quo anno salutis decio sexto terdeciesqꝫ centeno ro. eccie cardinales philippi pictauoꝝ comitis lodouici francoꝝ regis germani fratris opera vel potius violentia apud lugdunū inclusi pontificatus vacationi supra duos annos ꝯtinuate finē imposuerūt. et nonis septēbris in eccia cathedrali coronā pontificatus accepit. Inde vō auenionē cū curia profectus octo cardinales in ieiunijs quatuor tpm. aduentus dñi creauit. quoꝝ de numero fuit iacobus caturcensis eius ex sorore nepos. et iabānes caiectani e gente vrsina. qui primo pontificatus anno requisitus lodouicū bauarie ducē in regē electū cōfirmare ideo recusare dixit ꝙ pter admissum in consobrino secū in controuersia electo scelo multa ꝑsumpserat facere et concedere. Impatoris ro. legittime ꝑ gradus oēs instituti excedentia potestatem. Vir vtiqꝫ doctissimꝰ et multa prudentia decoratus et doctoꝝ viroꝝ amātissimus. Ecclesiā tolosanā quā vnice dilexit ad archiepatū transtulit. Cuiꝰ quidem castella sex in ciuitates erexit. Adeo pterea rebus nouis pontifex ipe studuit vt simplices epatus bifariā diuiserit ac diuisos in vnū redegerit. et abbatias in epatus et epatus in abbatiā vicissim trāstulerit. Hac tñ gratitudīe vsus est ꝙ clementinaꝝ editionē confirmauit. Ordinē grandimontensem quorundā improboꝝ factionibus labefactatā in meliorē formā redegit. amputatꝭ his que ordini obessent. additisqꝫ institutionibꝰ quibusdā quibꝰ tanta religio cōstaret. Cesaraugustanā ecclīam cū admodū diligeret in metropolitanā erexit quinqꝫ cathedralibus ecclesijs ex vndecim que tarraconensi subsunt huic assignatꝭ. Instituit et nouū ordinē militū. Et cū multa probe egerat rē ecciasticaꝝ cōcernentia. thomā vnū erphordensem epm. et alterū thomā aqnatē pdicatorū ordinis anno pontificatꝰ septimo in numerū retulit sanctoꝝ xpi dñi confessoꝝ. Eo qui secutus est anno salutis duo de trigesimo terdeciesqꝫ centeno lodouici bauarie ducis electione abrogata in illū tanqꝫ eccie rebellē ac scismaticum censuras exercuit. multos deniqꝫ hereticos damnauit. Et ꝑsertim glosulā quandā fratris petri qui ꝯuentum ad imitandā xpi pauptatē aīauerat. affirmātes xpm eiusqꝫ discipulos nihil priuati vel cōmune habuisse. de quoꝝ numero multi damnati et exusti sunt. Tandē anno etatis sue nonagesimo morit auenīoe pontifitatus decimonono anno mēse qrto. relicta in thesauris tāta vi auri qūtam nullus ante se pontifex.

Anno mundi. 6534. Anno christi. 1335.

Benedictus duodecimus papa patria tholosanus ordinis cisterciensis iacobus antea vocatus sctē prisce cardinalis. Cū iohānes pontifex anno salutis quarto tricesimo terdeciesqꝫ centeno defunctꝰ est ad dieqꝫ abinde sextū decimū in pontificē ē assumptus auenione. Qua celebrata legatione cardinalis vrsinus auinionē applicuit. Benedictusqꝫ in pontificatu nihil duxit antiquius qꝫ pmulgatas a iohāne in ludouicū censuras obrogationēqꝫ repetere ac cōfirmare. Per que tpa principes ppliqꝫ in italia bello socij hinc pōtificꝭ morte audita in vrbis bononie ad suas ptes accessione elati oīa ꝑsumebāt. qre vrbes quatuor qs solas in romane eccie reuerentia iohānes bohemꝰ rex ꝑsidijs cōseruabat. inter se ꝯstitutꝭ federibus sunt partiti vt parma scaligero. regiū gonzage. mutina estensi. luca cederet florentino. At pōtifex veritus ne vacante impio italia ab aliquo externo hoste inuaderet. Luchinū vicecomitē iohannemqꝫ eius frarrē archiepm mediolanensem. mediolani aliarūqꝫ vrbiū quas possidebant vicarios instituit. pariqꝫ forma mastinus scaliger verone et vincencie. Guilhelmꝰ gonzaga mantue et regij. Albertinus carraria padue. Et opizo estensis ferrarie mutine et argente vicariatū auctoritate aplica habuerūt. Et quia porcio estensi data iuriū esset romane eccie censum illi decē milia aureos imposuit annis singulis psoluendū. Semel aūt in toto pontificatus sui tpe sex ꝑsbiteros cardinales creauit. viros egregios nō de sua stirpe. sed vndequaqꝫ ad tantā dignitatē vocatos. Tante pterea constantie fuit vt dimoueri a recto vel vi vel ꝑcario vel pollicitationibus nunqꝫ potuerit. bonos em̄ diligebat et vicissim malos ac sceleratos aperte odio habebat. Componere item pacē inter philippū francie et eduardū anglie regem sepe temptauit ꝑ legatos ac frustra. Pontifex aūt rem sepius temptatā omittens edes pontificias cū turribus et pometis inchoauit ac pfecit. suoqꝫ iussu impensaqꝫ basilice sancti petri tectum restituit. queādmodū epigramma ad eiꝰ statuā i eadē basilica positū idicat. Morit aūt pōtificatꝰ sui āno. vij. mēse. iij. die. xvij. Mltā vi auri nō cognatis suis affinibus sed eccie reliquit. In morte aūt optimi pōtificis et doctissimi omnes vere collachrimarunt. Eius tales fuerunt sententie. Talis esto filius quales gnatos habere cupis. malus mortē bonus aūt magis viciū formidat. Que scis legendo serua. que nescis legēdo disce. Eque turpe est carere amicis et eos sepe mutare. Optime conseruant amici si pces eoꝝ cogitant.

Linea imꝑatoꝝ
Ludouicus bauarus



Fridericus



Ludouicus quartus filius lodouici ducis bauarie. anno dñi M.ccc.xv. a quibusdã electoribus ꝑ cõtentionẽ electus imꝑauit annis.xxxij. Heinrico em̃ mortuo in germania electores aquisgrani ꝯuenientes duos in controuersia ad imperiũ delegerunt inter se consobrinos. Ludouicũ bauarie ⁊ fridericũ austrie duces. Belloq̃ inter eos orto. id durauit annis octo. tandẽ copijs derepente contractis ꝓlio inter muldorff ⁊ ottingen ĩ quodã prato ꝯcurrerũt in quo cedes vtrinq̃ ſ in australibus maior fuit. fridericusq̃ ſuꝑatus ⁊ captus in carcerem est coniectus. Deinde benignitate lodouici dimissus ea cõditione vt decetero nullus ducũ austrie ꝓ adipiscẽdo imperio ꝯtra duces baioarie se opponat. Verũ ꝓmissi ĩmemor a titulo regni nõ abstinuit. Ludouicus quoq̃ ea elatus victoria ꝓ ĩꝑatore illico sese gessit multa disponens concedensq̃ que confirmatũ coronatũq̃ decuit ro.pon.consilio iudicioq̃ ſbijcere. Ardentibus em̃ diffidijs atq̃ bellis italie ciuitatibus faces imperatorie auctoritatis addidit. nulla põ. ro. autoritatis habita ratione. Primũ tamen omniũ ex lombardis matheũ vicecomitẽ galeaciũq̃ marcũ. Luchinũ iohãnẽ ⁊ steffanũ filios ita fouit vt ab vrbis mediolani tirannidẽ tũc primũ ĩpudeci⁹ ceperint aspirare. Romã igiť profectur⁹ vicecomites oĩno sibi beniuolos fecit vt eis adiuuantibus imperij titulos facilius cõsequi posset. At Johannes pontifex vicecomites ⁊ ludouicum imꝑatorem cũ guelphos opprimebant anathematbe notauit. Reuersus ludouicus in germaniam ad exercitũ congregandum poulopost cum maximis copijs denuo ex germania ꝓfectus tridentum venit vbi rursus mediolanũ petijt atq̃ ibidem a guidone petramala epõ corona ferrea coronatus est. Inde cũ in brixianos duxisset ⁊ in graciã susceptos in ethrurã accessit. vbi a castrucio lucensi dño magna humanitate exceptus est. Romam tandem peruenit vbi ingenti exultantiq̃ rome acceptus fauore coronationẽ tã diu distulit. quoad ꝓceres ⁊ vrbium ytalie oratores qui ꝯtinue confluebant oẽs aduenissẽt quoadbuc pompa pridem ad omnia templa basilicasq̃ vrbis destinata. Et ad ei⁹ accessum inchoata laterani die ꝑfixa quiesceret. quo die kalendaꝝ iunij nona nõ quidem sarra colũnensis quod florentinoꝝ habent monimenta. Sed steffanus senior ⁊ sarre tunc pueri genitor iussu cleri ac populi. anno domini.1327. corona illum insigniuit. Urbem em̃ romam duo primarij nobiles ex ijs quos nunc barones appellant sese regis romanoꝝ vicarios dicentes gubernabant. Eratq̃ is annuus magistratus a romano senatu creatus. gessit tamen magistratũ illũ q̃nq̃ vnicus. qui dum abesset alius sustinebat. Ea ornatus imperij corona suasu romanoꝝ aggressus est rem nephariam. Erectũ in antipapam petrũ corbariensem ordinis minorum debita romano pontifici reuerentia adorauit. Jõ romani historici eũ inter ĩperatores nõ numerãt ⁊ cognomĩto bauarũ appellãt. Johannes igiť pontifex a cõmunione eccĩe eum interdixit ⁊ varijs censuris publice condemnauit. Fuit aũt vir prudens ad regnum ydoneus. latinã tamen linguam suo damno nõ intellexit. Ferũt igiť huius discordie inter papam ⁊ imꝑatorem vlricũ de augusta secretariũ suũ extitisse. Js ob diffamatiõẽ nurmberge ꝑ.xv. ꝓlatos se insontem reddens. Jn vindictã lr̃is regis inseruit summũ pontificem bestiam ortam a mari ⁊ alia conuicia eo ignorante scripsit que in vltima etate fatebať. de qua re imꝑator admodum doluit. Tandem in venatione constitutus a ducissa austrie deforma ex vasculo in quo duplex potus erat haustum sumens illico de equo cadens in nemore ꝓpe furstenfelt in sinu cuiusdam rustici obijt. Anno dñi.1347. ipso die gereonis sepultus in ꝓchiali eccĩa virginis marie in vrbe monaco. inde filij sui in landsperg regiones diuiserũt. Senior ludouic⁹ ⁊ ludouic⁹ roman⁹ in roma nat⁹. ⁊ dux otto iunior baioariã cũ omnibus attinencijs obtinuerunt. Sed steffanus wilhelmus ac albertus baioariam inferiorẽ possederunt. Hannoniam. holandiam. selandiam ⁊ frisiam. Habuit quoq̃ ludouicus impepator fratrem rudolffum comitem palatinũ Js elector imperij. in electione friderico duci austrie adhesit. Repulsus deinde a suo dominio in anglia vitã finiuit. relinquens tres filios ruptum. rudolfum ⁊ albertum. quos ludouicus imꝑator summa beniuolentia fouit ⁊ terrã equa portiõe diuisit. Ab his principes palatini ⁊ duces baioarie eoꝝ deinceps originẽ habuerũt



Stella crinita quam cometam vocant vltimo anno ludouici quarti imperatoris duobus mensibus visa est.

Fames quoq̃ ingens ꝑ vniuersam ytaliam. in qua mendicantium turbe vel inhumano quoq̃ cibo vix sustentate fuisse traduntur.

Robertus apulie rex nullo sibi suꝑstite filio moritur ⁊ andream caroli fratris sui atq̃ hungarie regis neptem vxorem dederat post se regnare iubet. qui regnauit annis tribus.

Andreas deinde apulie rex laqueo necatus est consentientibus agnatis eius regno inhiantib⁹. post quem septem annos sub varia ꝑĩcipum contentiõe. id regnum in armis fuit.

Monacum vrbs supioris germanie ad rippam Isare flumīs sita. Inter vrbes principū in germania pcla-
rissima in baioaria noīatissima. Etsi inter nouas esse censeat nobilibus tñ edificijs tū publicis tū pri-
uatis ceteras ciuitates antecellit, habet em̄ edes pulcherrimas. plateas amplas. basilicas ornatissimas. Et
q̄q̄ temporibus ottonis primi impatoris cōditionis sue initiū sumpsit. A ludouico tñ quarto iam pscripto
impatore ampliata ꝛ edificijs ornata fuit. Otto primus cū in germania imperiū anno dñi. 962. assumpsit.
in baioaria partē regionis heinricus brunsuicensis materna hereditate possedit ꝛ in arce vering domiciliū
habuit. Quo tpe publicus transitus sup Isaram in eo loco extitit. Is dux heinricus pontē vltra flumen p-
pe curiam monachoꝝ fieri fecit. in eo loco vbi nunc vrbs monacū sita est. cōmuneq̄ iter ibi fieri ordinauit cū
oppidulo paruo. Super ea re antistes albertus frisingensis querelas apud ottonē cesarem mouit. cū in suis
theolonijs ꝛ immunitatibss dāmnū sentiret. Imperator antiquā consuetudinem itineris obseruandā pro-
pe vering mandauit. Interea obijt dictus heinricus reliquens filiū ernestum nomīe. pauloq̄ post vxor Ot-
tonis odyecia filia regis anglie mortua fuit. Inde otto relictam heinrici ducis baioarie dñam adelbeidē ac-
cepit vxorem. Cuius filius ernestus (ob egregia facinora apud exteros in plerisq̄ locis gesta) ottoni gratissi-
mus euasit. Petijtq̄ impatorem obnixe vt ex oppido vrbem cū publica via facere posset. qui post varios tra-
ctatus consensit ea conditione vt quotannis. 50. lb. dñ. ad frisingam psoluerent. Ea forma hec vrbs initiū
cū regijs priuilegijs ac immunitatibus ortū habuit. Cū itaq̄ hec vrbs p ernestum initiū sumpsit indies au-
gmentū in pplo ac structuris sensit vsq̄ ad tps salutis xpi septuagesimū ducentesimū supra millesimū. dū cō-
radus eps frisingeñ. eccie pfuit diuisa in duas prochias fuit. Cū prius sub vna basilica sancti petri extitit p-
uisa. qui basilicam alterā beate marie virginis cōmuni vtilitati adiunxit. Tandem tpib⁹ ludouici quarti du-
cis baioarie ac romanoꝝ impatoris incremētū ingens habuit. qui p muros suburbiū ꝛ alia edificia pleraq̄
addidit. ꝛ arcem antiquā cū monasterio fratrū minoꝝ ordinis diui francisci. ꝛ cenobiū heremitaꝝ sancti Au-
gustini in vrbe extruxit. ꝛ post obitum in eccia diue virginis marie ante summum altare sepult⁹ fuit. vbi co-
rona imperialis cū suo epitaphio cernit. Condita est igit vrbs monacum in loco ameno prope ripas ysare
vbi trāsit⁹ nōnunq̄ negociatoꝝ ex ytalia ad germaniā frequētat. habetq̄ nūc arcē ornatissimā. ꝛ edē pricipū
amplissimā. in qua aule ꝛ camere splendidissime. q̄s qui viderit nec ornati⁹ aliquid nec munitius in eo loco
vnq̄ fieri potuisse fieri putauerit. Testitudinata loca plura habent. mirari ergo poti⁹ q̄ ꝯmendari possunt.
Cū vo hec inclita vrbs varios successu tpm sortita sit dños. nunc hac tempestate vrbis dñium inclitus prin-

Monacum



ceps albertus gener friderici tercij romanoꝝ imꝑatoris baioarie dux possidet. qui sua magnificentia plu-
res nutrit leones. Et quamquam plinius scribat in europa inter acheloū tantū ⁊ nesum amnes leones esse ꝭ lōge
virib⁹ ꝓstātiores ijs q̊s affrica aut syria gignant. In ea tñ vrbe leenā cattulos parere cōpertum est.

Forestorum nobilium priuilegium

Mapheus bergomensis ex nobili vetustaqꝫ forestoꝝ familia natus nō mō iuriū ciuilis ⁊ pōtificij abū-
de doctus. ꝭ ⁊ elequētia ⁊ reꝝ gerendaꝝ prudētia insignitus tēpestate hac ꝓpter easdē ꝑclarissimas
virtutes apud ludouicū bauarū imꝑatorē maxio in ꝑcio habitus est ꝙ ⁊ indultis ⁊ priuilegijs eisdē gra-
tis concessis optime ꝯtestatus est. Nā eidem successoribusqꝫ suis ob grata forestoꝝ familie obseq̄a in ipm
exhibita. munificentissimū priuilegiū immunitatis ⁊ exemptionis liberalissime concessit. cōstituens eum
successoresqꝫ eius suū palatinum eximens eū ab omnibus oneribus. dans eis libertatem notarios ⁊ ta-
belliones creandi. Illegittimos ve naturales legittimandi. Insuꝑ etiā cōcedit eis iudices ordinarios et-
regios missos legittime posse cōstituere ⁊ ordinare. Id priuilegiū datuꝫ fuit in ciuitate tridentina die. xx.
ianuarij anni. 1330. Approbatumqꝫ habetur per potentatus.

Raynaldus estensis marchio aldromandrini estēsis filius hoc anno post fratrem ferrarie dn̄atum acci-
piens regnauit vna cum nicolao fratre annis quatuor. Mortuo em̄ azone in carceribus a frisco eius
filio captiuato. Atqꝫ inde frisco a cōciuibus pulso ⁊ interfecto. Aldromandinus fratri successit. qui mori-
ens raynaldum hunc ⁊ nicolaum forma elegantes ⁊ strennuos reliquit filios. qui vrbis principatum resū-
mentes statim galloꝝ ꝓsidia eiecerunt. ⁊ vrbem ab eorum faucibus liberauerunt. Urbe itaqꝫ in sua pote-
state redacta regnandi cupiditate allecti vt firmo ꝓsidio stabilirēt argentū rauennatis eccīe oppiduꝫ regno
adiecerunt. Cuncta deinde ꝑ circuitum depopulati sunt. Cum vō carolus ⁊ mamphredus cū beltrando co-
piarum eccīe duce eos hostes adoriunt̄ ⁊ in fugam vertunt. Inde legatus ferrariam obsideri cepit. Ray-
naldus vrbe erupit ⁊ eccīe exercitum dissipauit. Tandem cum bona pace mortem obiens obizonem nico-
lai fratris filium regni reliquit successorem.



Ordo militū Jhesu christi



ORdinem nouū militū ihesu xpi his tpibus Johānes pontifex summus instituit. qui militare sub xpo diceretur. in lusitania (que portugalia dicit) q̄ sarracenis resisterent circūquaqꝫ discurrentibus. ꝛ bethicam atqꝫ afficam incolentib9. Bethica apud antiquos ea pars hispanie dicebat que ad mare mediterraneum vergit nostris temporibus granate nomē obtinēs. cocco (vt arbitror) quo ea pars hispanie maxime abundat Coccū aūt nunc granam vocant vnde lane inficiuntur. Huius aūt ordinis (quē diximus a pontifice cōstitutū) caput in marino syluensis diocesis oppido repositū ē vbi principalē domū constituit. militibusqꝫ omnia bona templariorꝫ annuente rege portugalie concessa sunt. quo liberius militie xpi vacarent. Cuius censor ꝛ moderator est abbas alcobasiani monasterij cisterciēsis ordinis vlixbonensis diocesis. qui ꝛ conscribendi ꝛ exauctorandi militem facultates habet.

Clementinarꝫ codicem etiam his tpibus iohannes pōtifex. xxij. ꝯfirmauit. ꝛ per gynnasia legendum transmisit. mandauitqꝫ doctoribus omnibus publicorum gynnasiorꝫ vt librum ipm publice legerēt. Clemēs eñi p̄decessor apud viennam gallie vrbē trecentorꝫ patrū vt premissum est conciliū celebrauerat. in quo ꝯstitutiones plurimas religiosorꝫ statum concernentes cōstituerat. vt habet eo in libro de statu monachorū ꝛ in agro mendicantiū. quo ad p̄dicationes ꝛ confessiones et sepulturas. vbi dat forma seruanda. Illas igit laudabiles ꝛ sanctas constitutiones approbans iohannes colligere fecit ꝛ in vnum volumen redigens clemētinarū codicem ab ipo auctore clemente appellare voluit. In ipo etiā beati Frācisci regulā ad verbū declaratam conscripsit. vt in. c. Exiui. de paradiso.

Scisma vigesimum primum

PEtrus natione picenus corbariensis reatine diocesis ex corbario oppido natus ordinis minorū professor hoc anno ꝯ iohannē pontificē iubente ludouico impatore vel fauente in antipapam ꝓphanat. ꝛ nicolaus qntus appellat. Hunc rusticum hominē. qui vxorem habens iuuenē renitentemqꝫ pseudo religiosus debita romano pōtifici reuerentia adorauit. ꝛ vt verus xpi vicarius a pluribus salutat. Nec defuerunt flagitiosi ꝛ illi similes apostate damnati capite. ꝛ alia p̄ditorū turba qui ꝛ secuti sunt ydolum ꝛ ab eo adulterinas cardinalat9 presulatusqꝫ ꝛ sacerdotij dignitates acceperint. Qui cornua erigentes iohannē pōtificem publico edicto hereticum dixerunt. ꝛ cū fraticellorum de opinione hic auctor ꝛ fautor existeret eandem scolam sathane ꝓ viribus augere annixus est. Affirmabant eñi hij ad coopimentum sue iniquitatis xpm ꝛ eius discipulos adeo paupes extitisse vt nil priuati aut cōmuniter habuerint. Propter quod ꝛ iohannes pontifex creatis septem cardinalibus viris doctissimis etiā theologorꝫ multorꝫ cū eis synodo ꝯgregata. reqꝫ diligenti disputatione discussa edictū ꝓposuit. quo eos declarauit ptinaces hereticos. qui hoc decetero affirmare temptassent. quā ob rē pontifex tres extrauagantes ꝯposuit ꝛ ad gynnasia publica transmisit. deniqꝫ cū petrus ipe a bonifacio pisano captus ꝛ ad romanū pontificē in auinionē p̄duct9 fuisset venia petita in carcere p trienniū mansit vbi ꝛ mortuus est.

Augustin9 de ancono



Augustinū etiā acbonitanū ordinis heremitarꝫ diui augustini ꝓfessum virū sane ꝛ doctrina ꝛ vite integritate celeberrimū floruisse hac tempestate ꝯstat. qꝛ et ipe librū de ecclastica ptāte ad iohannē pontificē p̄dictū inscripserit. ꝛ vltra cum omnes sue etatis theologos sine ꝯtradictione excesserit a matheo exordiens totū nouū testamentū accuratissime declarauit. Inter que ꝯmentaria in pauli eplas admiratione digna habent. Sꝫ ꝛ sup act9 aplorꝫ sup apocalipsim ꝛ eplas canonicas ad instar beati thome opus edidit aureū. Tractat9 qꝫ sup magnificat composuit.

Albert9 patauin9 or. here.



Albert9 siłr patauin9 eiusdē heremitarꝫ ordinis ꝛ beati egidij romani auditor eruditissimus theologus p h tps in declamationib9 ad papā priceps p̄dicatorꝫ habitus ē. q cū esset doctissim9 coplurimos smōes tū q̄dragesimales tū dñicales festiuos ad clerū pplmqꝫ erudiendū edidit. Sꝫ ꝛ pentatheucū ꝛ pauli eplas sup oēs cōmentatus est. Propter eius doctrine p̄stantiam in palatio patauino honoratus fuit.

Bonauentura patauin9 item ordinis p̄dicti olim generalis prior ꝛ tituli sancte cecilie cardinalis p̄sbiter his temporibus doctrina ꝛ eruditione maximo in p̄cio fuit. qui cum acerrime eccie libertatem contra tirannos tueretur a carrariensi domino tandem sagitta transfixus martirio coronatus est.

S. Rochus



Rochus natione narbonensis confessor xp̄i apud monte pessulanū oppidum narbonensis gallie. agatha olim siue apathopolis appellatū. ex patre iohāne. matre vo libera (eius oppidi dn̄o) originē duxit. qui cū. xij. attigisset annū cibo ꝛ potu parcissimo vti cepit. mortuoqꝫ patre ac matre hereditatē amplaꝫ egenis prorsus distribuere cepit. ꝛ principatu se abdicans patruo suo oppida paterna ꝯmendauit. ꝛ abiectis rebꝰ omnibus breui veste indutus cū pileo ꝛ pera ꝛ baculo ex gallia in ytaliā peregrinꝰ puenit. vbi plures ciuitates ꝛ castella vicꝫ romā aquā pendentē. cesenā ꝛ alia plurima loca truci pestilentia vexatas crucis impressione sanasset. Qui cū omnē vere togatā galliā morbo correptā plustrasset. placētiam trāspadanā vrbem morbo infectā se cōtulit. ꝛ ad quoddā hospitale diuertit ꝛ egrotantes omnes ad vnū videt signat ꝛ sanat. Labore igit̄ somnoqꝫ grauatꝰ a deo p̄monitus ꝙ cruciatus corporis pati debebat. statim acuta febre ꝛ sagitta sinistra coxa transfixus fuit vt eo dolore ardoreqꝫ nullā qui etē inueniret. expulsus ab vrbe ad nemus vrbi vicinū repsit vbi bonā valitudinē a deo consecutus est. Indeqꝫ digressus in galliā longis itineribus delatus est. que armoꝝ strepitu vexabat̄ ac bello. in paterno deniqꝫ oppido quod patruo donauerat existens a lictoribus tanqꝫ explorator ꝯphensus in vincula cōiectꝰ ad principē deducit̄. inde in carcere quinquenij tempus consumpsit. quo exacto cū maxīa patientia ꝛ vite austeritate a patruo incognitus detentus velut alter alexius romanus. Anno dn̄i. 1 3 2 7. sumptis diuinissimis sacramentis anno vite sue. xxxij. migrauit ad dn̄m. prius orando ad dn̄m vt qui deinceps nomē suū innocarent a peste ꝓtegerent̄. Ad latus eius tabella his scriptis inuenta est. Peste laborātes ad rochi patrociniū confugientes contagionē illā truculentissimā euasuros significo. Quod vbi ad patruū principē delatū fuit cognoscens illū suū esse ex fratre nepotē in lachrimis ꝓuolutus sanctissimū corpus summa pompa ad templum deferri fecit. ac templū extruxit vbi ꝑ multos annos signis ꝛ miraculis effulsit. Cuius viri sancti merita dū apud italos latuissent. Tandē anno. 1 4 1 5. ad ipos ad ex germania nomē rochi delatū fuit. eo ꝙ constantiā germanie vrbē vbi conciliū generale celebrabat̄ a peste maxima liberauerit. vbi nūc sacella ꝛ are per vrbes ꝑ vicos ꝛ castella extruunt̄. ad que confugientes eius merita experiunt̄. cuius festū. xvi. kalend. septembris celebrat̄. Eius corpus anno. 1 4 8 5. venetias furtim delatum a senatu ꝛ populo summa gloria exceptum est. ꝛ templū celeberrimū ingenti impensa construere ceperunt.

Johannes andree



Iohannes andree patria bononiensis iuris cōsultus etatis sue celeberrimus ꝛ pōtificij ꝙmaxime vberrimus fons tempestate istac floruit. ꝛ nouellas sup decretales edidit celeberrimas. ac sextum clementinasqꝫ accuratissime glosauit. Atqꝫ in sexto alias nouellas ꝯposuit. Insup ꝛ opus mercuriale. ꝛ in aditionibus speculi aliud pegregiū edidit. ꝛ in laudē diui hieronimi opus hieronimianū appellatū composuit. Ipius aūt clarissima gesta ꝛ alia ad eū ptinētia ex additionibus ipius extra de vita ꝛ ho. cle. in titulo de filijs p̄sbiteroꝝ optime colligunt̄. Obijt aūt anno dn̄i. 1 3 4 8 bononie ex peste. ꝑ vt eius discipulus iohannes calderini meminit in. c. nostra de cohabitatione cle. ꝛ mulierum

Cynus pistoriensis ex nobili simbaldoꝝ familia natꝰ diui auditor ꝛ p̄dicti iohānis andree amicissimus. ciuilis iuris p̄stantissimis sui seculi doctor ꝑ id tempꝰ lecturā putilem sup codice castigata ꝛ accurata doctrina cōscripsit. atꝫ sup primo digesti veteris pte vsqꝫ ad. ti. Si ex noxali cā agit̄. Et in scd̄a pte sup titulo de re. cre. Sup reliquas aūt ptes ꝑ viā additionū cōposuit

Oldradū aūt de laude consistoriale aduocatū diui discipulū ꝛ iohannis andree familiarē doctrina legū et moribus optimis insignē ꝑ ipm̄ tempus floruisse constat. Qui ꝛ ipe in iure ciuili post se multas reliquit lecturas ꝛ consilioꝝ pegregium opus.

Iohannes calderini ciuis bononiensis iohannis andree p̄cipus filius ꝛ discipulus eruditione ꝛ sanctimonia insignis. ꝛ ipe ꝑ idē tempus pontificiū ius tū legendo. disputando atqꝫ scribendo plurimū illustrauit. eo ꝙ ipius in decretalibus plurimi extēt ꝯmentarij ac ꝯsilioꝝ in ea facultate pegregium opus.

Johannes de monte villa



Iohannes mandena qui a ceteris de monte villa appellat̄ nominatissimꝰ doctor medicine fuit. ac miles siue eques armatus natione anglicꝰ. hic magnaꝫ partem orbis terre peregrinando pagrauit. ꝛ maximus orbis circulator mirabilia mundi. p̄cipue asie ꝛ indie varijs linguis ad oblectationes ꝯscripsit. ꝛ ꝑ hec tempora felici fine quieuit.

Franciscus maronus ordinis minoꝝ theologus doctissimus ꝛ ipe eodem tēpore multa opuscula ad xp̄ianā religionē ptinētia edidit. ꝛ ꝙmaxime in sacris codicibus postillas memoratu dignas composuit.

Michael de cesena ordinis minoꝝ generalis minister hisdem temporibus cū sup ezechielem ꝛ sup sententiaꝝ librum ppulchre scripsit. a iohanne pontifice errore quodam notatus generalatus officio ꝓuatus. dixit em̄ xp̄m ac discipulos nil priuatim habuisse. ipe tamen scriptis ꝛ rationibus se innocentem ostendit. ꝛ propterea suis scriptis in iohannem pontificem plurimū inuectus est.

Bellum atrocissimum inter philippum regem francie ⁊ eduardū regem anglie initiū sumpsit. philippꝰ .6. francoꝝ rex triū regum frater scʒ ludouici philippi ⁊ caroli patruelis regnare francis anno.1328. cepit ⁊.xxij.annis regnauit. hic cum eduardo angloꝝ rege sepe pugnauit. a quo etiā sepius victꝰ fuit. et cū multa ꝑdidisset tñ vienensium principatum emit ⁊ regno suo adiecit. Benedictus ꝗʒ.xij.componere itē pacem inter philippū francie ⁊ eduardum anglie regem sepe tentauit ꝑ legatos ac frustra. qui maximis cladibus ꝗʒ sepissime inter se concertarūt. nā eduardi classis supra sclusas nō lōge a portu flandrie tanta vi cū gallis dimicauit ⁊ vicit vt ad trigintatria milia galloꝝ vna pugna interfecta referant. Et vt alij habent tantus effusus est sanguis vt mare flandrense sanguine tinctū videretur.

Franciscus petrarcha



Franciscus petrarcha natione etruscus. Florentinus origine. ex antiqua familia honestisqʒ ꝑntibꝰ fuit. qbꝰ pr̄ia pulsis vt ea ciuitas factiosa arecij i exilio natꝰ est. Anno huiꝰ etatis.1304.die lune ad aurorē kalend. augusti. ingenio vo sublimi ⁊ ad omne bonū ⁊ salubre studiū apto. ꝫ ad moralē ꝓcipue philosophiā et ad poeticam prono. corpus iuueni nō magnaꝝ viriū obtigit ꝫ dextreitatis eximie. forma illi elegans fuit ⁊ maiestas quedā ingenita. statura mediocris aut paulo superior. plena facies. rotundiora membra ⁊ in senectute ad crassitudinē corpꝰ vergens. colore erat viuido inter candidū subnigrū ⁊ visu ꝑlongū tempus acerrimo ita vt ad.lx.annū munitissimas quasqʒ lr̄as sine adminiculo legeret. sanissimū ꝑ omnem vitam corpus habuit ꝓterqʒ in extrema senectute. Is aretij natus ꝓmū vite annum nec integrū ibidem egit. sex sequentes anchise in rure paterno reuocata ab exilio genitrice. octauū pisis. ac deinceps in gallia transalpina ad leuā rhodani in vrbe cui auenio nomen est. ibi puericiam sub parentibus egit. primas litteras aggressus in corpentoras vbi liberales artes didicit. inde studio legū nō sponte addictus quadriennio in monte pessulano. triennio bononie fuit. pater audiens negligenter eū iuris studium sequi. poetas colere ⁊ i eo negotio delectari tandem suo arbitrio eū reddidit. inde poeta insignis ⁊ orator facundissimꝰ euasit. Post hec gallias ⁊ germaniam ꝑagrauit in qua parisius vrbem ⁊ plura regna vidit. inde reuersus Romam a stephano de calumpna in multo honore habitus. vbi in capitolio a senatu approbante roberto sicilie rege laurea corona insignitus ē. Post hec auinionē redijt ⁊ in valle ꝑexigua amena q̄ clausa dr̄ buccolicū carmen scripsit. ⁊ vite solitarie duos libros. Neapolim deinde accedens ad robertū ⁊ verone cuʒ dn̄is de la scala versatꝰ vbiqʒ carꝰ. iacobi de carraria beniuolētiā adeptꝰ. patauinū veniēs ⁊ a venetꝭ cū magnis honoribus accitus. tandem in agro patauino arquade rure montano sedem fixit vbi meditando scribēdo tempꝰ contriuit. Postremo labore confectus anno dn̄i.1374.apopleticus sanctā xp̄o reddidit animam. corpꝰ ibidem in sepulchro marmoreo quatuor columnis sustentato sepultum fuit. Vixit aūt.70.annis vna minus die. vir omnibus seculis admirandus. a quo eloquencie studia excitata sunt. scripsit etiā de remedio vtriusqʒ fortune. de secreto conflictu curaꝝ suarum. de ignorantia sui ⁊ aliorum. epistolaꝝ duo volumina. librum rerum memorandaꝝ. affricā ⁊ materna lingua librū sanctoꝝ ⁊ triūphoꝝ ⁊ pleraqʒ alia.

S. yuo doctor

Yuo natione brito eruditissimus iuris cōsultus ꝑ hec tp̄a ꝓter doctrinā ⁊ singularem eloquentiā quibus egregie insignitus erat mira etiam pietate ac misericordia in pauperes vsus. celeberrimus habitus. angelica eñ floruit continētia ⁊ vitam suam a vino ⁊ a carnium esu penitus alienam reddidit. corpus cilitio operuit. ieiunijs ⁊ orationibus disciplinas vigiliasqʒ admiscebat. nudam ꝓ cubili terram luteam. rigidum saxum ꝓ ceruicali. sacrum biblie volumen quod sibi comitem elegerat capiti adaptabat. suamqʒ omnem cum pauperibus quos ꝓcurando ꝓtegebat conuersationem duxit humilimā. patrimoniū amplū cū haberet spem in deo collocans pauperꝝ ⁊ orphanoꝝ ac viduarum causas ꝓ virili semꝑ tueri voluit. Hic igit̃ almificus yuo aduocatorum oīm lucerna condignam laboris sui mercedem a dn̄o percepit. quo mortuo cū crebris fulgeret miraculis inter sanctos aggregari meruit. vnde eius festū sexto kalend. septembris celebrari iussum fuit. Et de eo scribit̃. yuo pater legum custos ꝓtector ⁊ amplum egregiumqʒ decus cui se debere fatentur. Jura tuo totiens debellata fauore. Aptus eras iustas miseroꝝ sumere causas.



Gonzagorum regni principium

Ludouicus gonzaga vir animo ⁊ virtutibus ꝓstans atqʒ ꝓclarus his annis quadā calliditate atqʒ prudentia mantue vrbis principatum passerino bonacosso ademit ⁊ in se suosqʒ successores vsqʒ in hodiernū diē transtulit. Passerinus ipe ⁊ sui ꝑdecessores ipm̄ pricipatū per annos multos possidere. sed dissensionum factionibus subortis adeo mos inoleuit vt cuiqʒ factioso liceret ciuitatum principatꝰ occupare. Inde pontifices romani ⁊ imꝑatores ꝓpter egregias huius ꝓclari familie virtutes ipam vrbem ⁊ principatū eisdem confirmarunt. Quis quidem scribant gonzagas non factione sed cōmuni populorum delectione vrbis dominatum obtinuisse. qui ex theutonibus fuere ciues qui mantuam incoluerunt.

Ottomannus



Ottomannorum turchorum regni principium

Turchi ottomanni ab ottomanno eorum primo principe nuncupati. ꝗ nostris temporibus totam ferme asiam minorem ⁊ greciam partim armis partim seditionibus sibi subdiderunt. tempestate hac adhuc iohanne pontifice ꝑdicto ꝑsulante ab ottomanno quodam turcho exigui census ⁊ obscuri principia sumpsere. a quo postea Ottomanni turchi appellati sunt. Hic primus turchorum rex. orta inter turchorum principes seditione auctoritatem breui ⁊ nomen adeptus est tempore. vrbes ⁊ oppida nō pauca partim vi partim deditione in suam potestatem recepit. qui moriens orchanes filius successit. qui rem inchoatam a patre longe lateqꝫ ꝓpagauit. quem secutus amurates filius duobus de grecoꝝ imperio discrepantibꝰ ab altero qui superari timebat in auxilium accersitus consulto bellū ꝓtrahens vbi ambo consumptis viribus fractos aīaduertit in eos arma conuertit ⁊ plurimū grecie sibi subiecit. Is vita functus duos reliquit filios solomanū ⁊ pazaitem. solomāno extincto res vniuersa ad pazaitem deducta est. qui priusqꝫ a Tamerlane caperetur res magnas in grecia gessit. dimissus nil dignum egit ⁊ inglorius apud asiaz obijt. cuius filij complures. quoꝝ primus calopinus natu maior quintus rex regnum post patrem obtinuit. cui vita functo Orcani filio tenella etate adolescentulo relicto. Is quorundam principum auxilio ad regnū deuenit. qui paulopost a moise patruo extinctus fuit. ⁊ non multo post ⁊ ipe patruus nullo sup̄stite filio decessit. quem mahumethes frater tercius ex pazaite filius subsecutus. rex sextus regnū obtinens. magnas res in europa gessit turchoꝝ regulos vi atqꝫ armis oppressos regnis exuit. ipoqꝫ mortuo amuratem filium dimisit heredē. qui mustapham patruū sup̄atū ⁊ interemptū victor vniuersum regnum obtinuit. Hic mahumetum habuit filiū virū preclarissimum. qui duo imperia ⁊ duodecim regna acquisita suo adiecit dominio. de quo infra fiet mēcio. hicqꝫ deficiens pazaitem primogenitum imꝑatorem adhuc extantē dimisit. hec ē ottomannoꝝ ꝓgenies et origo. adeo qꝫ turchoꝝ nomen auctum est vt ꝗ olim asia vocabat̄ nūc turchiā vocitēt. a turchis eīn vniuersa possidetur.

Odericus or. minorꝝ



Odericus vir sanctus de ordine minorum in asia ⁊ india euangelizando discurrit miraculis clarus. ⁊ quatuor sanctorum martiruz corpora de ciuitate hormes transtulit ꝑ mare ad superiorem indiam in ciuitatem carram nō sine miraculis. ⁊ descripsit peregrinationem suam.

Bartholomeus natione pisanus ordinis ꝑdicatorum theologꝰ ⁊ insignis decretorum doctor ꝑ hoc ipm tempus pisis floruit ⁊ multa laude digna composuit. Inter que ꝓutile opus ⁊ quasi diuinū ad cōfessorum instructionē edidit qđ sūmā pisanā seu magistruciā appellauit. eā eīn (ipo referēte) ꝑfecit anno dñi. 1338

Albertum brixianū eiusdem ꝓfessionis ⁊ litterature licet maioris sanctimonie virum cum eodem claruisse ⁊ miraculis floruisse tradunt. qui p̄ter sanctitatem maximam ⁊ ipe summā celebrē de casibꝰ cōposuit. cui aliqñ beatū augustinū cum beato tho. aquinate apparuisse tradunt. eiqꝫ dixisse thomas. mihi par est in gloria virginali sed in immundicia cordis prior.

Rudolphꝰ carthusiēsis



Ludolphus alemanus ordinis carthusiensium prior argentinensis vir doctrina et morum sanctitate cōspicuus. hac ipa tempestate ꝑoptime vitam dñi nr̄i ihesu xp̄i egregio volumine. ⁊ quodā celesti artificio. imo pocius diuina reuelatione qꝫ studio fabricauit. in quo certe se ostendit venerabilem virum ⁊ oīm rerum tam diuinarū qꝫ humanarū. ⁊ potissimū ipius ihesu xp̄i vite ꝓut potuit hoī eē possibile plenissimā habuisse notitiā. alia qꝫ laude digna hic deuotꝰ atꝫ venerandus pr̄ edidit.

Thomā de argentina ordinis heremitarū generalē eo tp̄e floruisse ferūt. ꝗ sup̄ quatuor sententiarū libris ⁊ ipe cōmentaria dignissima edidit. quibꝰ scolastici in germania maxime vtunt̄. Cū plurimum aliorum scriptis p̄stare censeantur. etiā cōstitutiones ordinis in formam redegit.

Vbertinus carrariensis



Vbertinꝰ carrariēsis marsilij patruelis hoc anno iure gentiū ex ipius marsilij testamento padue dominatum suscipiens regnauit annis sex. Hunc cum mastinꝰ veronensis princeps magnis affecisset cladibus tandem lacessitus eidem vrbem tradidit. quia venetis ⁊ luchino vicecomite ꝓcurantibus pax cōfecta est ⁊ vbertino ciuitas reddita. quem statim benedictus pōtifex ap̄lica ⁊ imperiali auctoritate ipm in ea cōfirmauit. ⁊ deinceps quo ad vixit ipam in pace possedit. ipo deniqꝫ mortuo cum Marsilius eius filius successisset. eodē anno a iacobo vbertini patruele cōspiratione facta interfectus fuit. ⁊ ipe primatū vrbis suscepit.

Astesanum de ast cisalpine gallie ciuitatem ordinis minoruz omni doctrina excellentissimum ꝓfessum hisdem temporibus celebrem ac p̄clarissimam summam tam in theologia qꝫ in legibus edidisse tradunt.

Anno mundi.6542. Anno xpi.1343.

Linea summoꝝ pontificū

Clemens sextus



Innocentius sextus



Clemens sextus patria lemonicensis. petrus antea vocatus. primo mona-
chus deinde archieps̄ rothomagensis. Postremo nonis maij millesimo
tricentesimo quadragesimo secundo pontifex auenione creatus est. Fuit autem
vir multe doctrine compositeq̃ꝫ eloquentie. liberalis in omnes ⁊ ꝑhumanus.
ꝙ primo anno pōtificatus sui octo p̄sbiteros cardinales creat. diaconos duos.
scꝫ fratrem suum monachum tullensis ꝓfessionis ⁊ gulielmū ex sorore nepotē
Verū cum intelligeret totam italiam in tumults esse solos luchinum ⁊ iohannē
vicecomites vicarios insubrie confirmauit. De reliquis italie principibus nul-
la mentione habita. existimabat em̄ solos vicecomites ludouico bauaro resiste-
re posse in italiā (vt ipe p̄dicabat) descensuro. atqꝫ etiā tridentū vsqꝫ ꝑuenit. qui
vicissim vt par pari pontifici redderet in ditione ecclesiastici multos vicarios im-
periali auctoritate confirmauit. Que quidē versucia malis (vt aiūt) auib⁹ in pō-
tificem relata successores in hanc diem suos multis ac pene ꝑpetuis incomodis
turbinibusqꝫ agitauit. Johannes em̄ de vico vrbis rome p̄fectus nōnulla in vi-
terbiensium finibus paterna possidens hereditate vicarius in viterbio impial'
est factus. Eo deniqꝫ titulo galeotus malatesta ⁊ fratres arimini i romādiola pi-
sauri faniqꝫ in marchia anchonitana. Antonius ferretanus vrbini diolfus ⁊ ita
in alijs plerisqꝫ locis dn̄os confirmauit. Clemens aūt pontifex quosdā cardina-
les ex auinione romam misit qui statum vrbis cōponentes petrū sarā colūnen-
sem ⁊ iohannem vrsi filium senatores declararūt. ⁊ nicolaus rencij public⁹ scri-
ba qui statum vrbis in suam potestatem redegerat. deinde septimo mense muta-
ta veste ad carolum in bohemiā ꝓficiscit̄. quē clemens pontifex ob multaꝝ lin-
guaꝝ periciā in ludouici contumeliam ab electorib⁹ in cesarez designari fecerat
ab eo auinionem missus pontifici dono dat̄. Postremo clemens in omnibus
boni pastoris officio functus Anno dn̄i.1352. pontificatus sui anno decimo.
mense septimo die vigesimooctauo mortuus auenione sepelitur. adhibita ho-
nesta funeris pompa.

Iubileus annus petentibus romanis vt quemadmodū bonifacius octauus olim concesserat vt centesi-
mo q̄ꝫ anno (quod seculū antiqui appellabant vnde ludi seculares appellati sunt) plenam peccatoꝝ om-
nium remissionem visitantibus limina aplo̅ꝝ petri ⁊ pauli quinq̄gesimo q̄ꝫ anno id facere libenter annuit
Cū dicerent etatem hominū iubileum illū centum annoꝝ attingere non posse. Clemens igit̄ sextus ad quin-
quēnariū numerū reduxit. qui est ꝓprie iubilei numerus. Cū aūt annus aduenerat iubile⁹ tantā rome pres-
suram potius q̄ꝫ frequentiā populoꝝ petrarcha qui interfuit fuisse refert vt nihil obfuisse pestem appareat.
sed ex omni europa xp̄ianū ꝓfessa nomen illa ꝯfluebat diebus singulis multitudo.

Eodemqꝫ anno mediolani pestem solito maiori continuasse petrarcha asserit. nam pestis adeo triennio
totam italiam peruagata est vt vix decimus quisqꝫ ex millesimo homine sup̄fuerit. nec id quidem miꝝ
cū ob iubileū contagione hominū ⁊ multitudine vndiqꝫ romā cōmigratū squalore situ pedore oīa inficeret̄

Innocentius sextus papa patria lemonicensis stephanus antea vocatus pontificij ciuilisqꝫ iuris vir con-
sultissimus. ꝓcurator primo. mox eps̄ claramōtanus. deinde cardinalis. pontifex tandem dum erat sa-
lutis ann⁹ a quinquagesimo secundus terdeciesqꝫ centenus. Fuit aūt vir integerrime vite magneqꝫ constā-
tie ⁊ seueritatis. qui ecc̄iastica beneficia nō nisi ꝓbatissimis sacerdotibus tū vita tum doctrina dedit. Post
coronationem illico statuit vt omnes p̄lati omnesqꝫ qui beneficia habebāt ad ecc̄ias suas sub anathematis
pena ꝓficiscerent̄. dicebat em̄ oues pascuas a ꝓprio pastore nō a mercēnario custodiri debere. Impensam
quoqꝫ domesticam que magna erat imminuit. familiam suam ad certum ⁊ honestum redigens numerum.
viroꝝ ꝓbatissimoꝝ. Idem vt facerent cardinales acerrimo edicto mandauit. Auditoribus p̄terea sacri pal-
lacij solaria instituit. ne muneribus corrumpi in decernendis litibus ob inopiam possent. Hic in victu par-
cus est habitus. in sumptu bellico largissimus. dū bello repetit que a tyrannis superioribus temporibus oc-
cupata fuerant. Isqꝫ cum curiā purgasset p̄latis in ea diffidentibus quos ad suas quēqꝫ ecc̄ias ire iussit. ni-
hil duxit antiquius quā legatum in ytaliam mittere. a quo vrbes ⁊ ꝓuincie iuris ecc̄ie tyrannis vi deturba-
tur reciperent̄. Legatusqꝫ fuit egidius de gēte carilla nobili in hispanis sabinoꝝ eps̄ cardinalis vir. quo ad-
vires ⁊ potentatū licuit. Traiano Hadriano ⁊ theodosio virtute equiꝑand⁹. quos principes hispanici ro-
mane reip. potentissimos pridem saluberrimosqꝫ dederat. omnia vere oppida breui recepit que tyranni oc-
cupauerant. Huius pontificis suasione ⁊ prudentia inter genuenses ⁊ venetos deniqꝫ fedus initum est. ac
inter pisanos ⁊ florentinos pacem composuit tumultuante potissimū ciuitate romana in creandis senatori-
bus discordiam optime sedauit. externo senatore ad vrbem misso. Erat aūt maxime intentus abolēdo bel-
lo quod inter anglos ⁊ gallos gerebat̄. parare ⁊ classem contra hostes xp̄iani nominis constituerat. In tā-
tis vero animi ꝑturbationibus afflictatus innocentius pontificatus sui anno nono mense octauo die sexto
morit̄ ⁊ in monasterio diui andree carthusiēsiū ordinis qd̄ ipe extra auinionē ꝓprijs ipensis extruxerat et
dotauerat sepultus est.

Linia imꝑatoꝝ ro.
Carolus quartus



Carolus eius nois quartus iohannis regis bohemie filius ⁊ heinrici impa-
toris nepos anno salutis millesimo tricentesimo q̃dragesimoseptimo. iu-
bente em̄ clemente sexto pontifice in lodouici dedecus ⁊ depꝯsitionem in cesareq̃z
eũ fecerat declarari. ab electoribus imꝑator designatus imꝑauit annis. 32. Uir
multaꝝ linguaꝝ ⁊ lr̃aꝝ peritissimus iustusq̃z ⁊ rectus ac timens deũ. bonos dili-
gens ⁊ malos sceleratosq̃z odio habens. Is ob iusticiam nõnullas leges condi-
dit que adhuc extant ⁊ caroline nuncupant̃. Is viuente patre aduersus tartaros
feliciter dimicauit. Ciuitates lombardie a patre acceptas armis tutat⁹ est. pugna
uit adolescens cũ veronensibus eosq̃z ꝓlio fudit. in ea pugna bis equo deiect⁹ nõ
dubitauit tercio conscendere facinoraq̃z fortissimi militis edere. Nomen huic ca/
rolo in baptismate wenceslaus fuit. quod in confirmatione a carolo francoꝝ rege
mutatũ est. apud quẽ puericie rudimenta peregit. Fuitq̊z carolus vir magnorum
opeꝝ. qui regnũ bohemie tũ religionis cultu tũ legum ac bonoꝝ morum disciplí-
na illustrauit. Nam scola liberaliũ arciũ ab eo in praga erecta ẽ. Noua ciuitas me
nibus cincta. pallaciũ regium magnificentissime exedificatum. monasteria multa
fundata. arces constructe admirabiles. pax toti regno tradita. Adeptus imperiũ
rursus italiam ingressus. Traxerat carolus rex diuturnã mantue moram. cuius ꝑ
sentie timor vicecomites ꝯtra ac illẽ expectauerat ꝯcordes effecerat. quare ad solã
anhelans coronationem socios belli de lombardis cũ vicecomitibus ꝑ inducias
quietos reddidit ⁊ mediolanũ delat⁹ ferrea de more corona insignitus est. Inde
romam petiturus substitit in pisanos receptusq̃z in vrbem facciosos vtriusq̃z ꝑtis
a quibus introduct⁹ erat pari ingratitudĩe depressit. Seneñses illico sese illi absq̃z
vllo federe ꝑmiserunt. pariter volaterani. pariter miniatenses fecere. nec abeẽ po
terat quin florentini iugum fuerint accepturi. Tandẽ ꝑuenit romã carol⁹ ⁊ a du
obus cardinalibus quos ea de causa innocentius papa miserat coronatus est. gi
bellinis qui iampridẽ florentia exulauerant eiectis. guelfos in suũ locum restitu-
it. longobardos in ꝑtãtem accepit. Reliquis ethrurie partibus ꝓ suo arbitrio leges dedit. Coronat⁹ ita/
q̃z rome magnifico apparatu nouatores reꝝ qui aduersus ecc̃iam sentiebant romano pontifici iudicandos
tradidit. Primis igit̃ quatuor innocentij pontificatus annis carolus imꝑator bis (de quibus diximus)
ꝑ ytaliam gestis rebus rome coronatus in ethruriã. inde in lombardiã. moxq̃z in germaniã redijt. Iohan-
ni deinde fratri suo morauiam possidendã concessit. vicegradum nouis muris ac ꝓpugnaculis cõmuniuit
Corpus sancti viti detulit pragam. pontem multauie qui exundationibus corruerat in praga restaurauit.
Ecclesiam pragensem ad metropoliticũ decus erexit. Cũ antea maguntino pontifici subiecta esset. Clarus
profecto imperator nisi vt aliqui scribunt bohemici regni gloriam magis q̃z Romani imperij quesiuis/
set. ⁊ wenceslaũ ex filijs suis natu maiorem imperio sibi successorem adhuc viuens ordinare conatus esset
Idq̃z pecunia. nã cum principes electores haud facile ad eam rem trahi posset. qđ virtute obtinere nõ po-
tuit ꝑcio comparauit. Promissis cuilibet electori centum milibus aureis. quos cũ representare nõ posset
publico illis romane rei p. vectigalia obligauit ꝑpetuũ imperio malum. Nec post hec extollere caput im-
perium potuit. Carolus aũt cũ omnem ferme etatem vltro citroq̃z ex ytalia in germaniã eundo ⁊ redeũdo
consumpsisset. Tandem etate iam grandeuus saluti ꝓprie consulens wenceslaũ filiũ vt ꝓmissum est Anno
dñi. 1370. cesarem faciens imperij successorem sibi delegit. ac sic cũ patre fili⁹ imperauit annis octo. Po-
stremo carolus imꝑator cum pleraq̃z gloriosissime in imperio gessit anno. 1378. hũana funct⁹ vita decessit

Guntherus comes de swartzeburg



Guntherus comes de swartzeburg vir magnanimus fauore quorundaꝫ ele/
ctorum. vel electione principũ carolo quarto romanoꝝ imꝑatori sese oppo-
suit. scribens nominansq̃z se romanoꝝ imꝑatorẽ. qui collectis copijs cũ bella a-
criter contra carolum regem bohemie agitaret. ⁊ nec ꝑce nec terrorib⁹ flecti pos-
set sumpto veneno mortem obijt. In qua re suspectum carolum ꝑ quendã phisi-
cum habuerunt. quo mortuo nullo resistente Carolus
quiete regnum gubernauit.



Cometes anno. 1351. sub septentrione decembrio
mense apparuit. quo extincto statim graues ven-
toꝝ estus subsecuti sunt. ⁊ celestis trabs ꝑore ardente
ꝑte ꝑ celuꝫ labi visa est. Scribũtq̃z ante pontificis In-
nocentij sexti mortem tantam solis defectionem factam esse q̃z tam nunq̃z antea.
visum itaq̃z omnibus est tante mortis planetaꝝ etiam signa aliqua dedisse.

Ingens q̃q̃z vapor magnitudine horribili boreali mouens regione magno
aspicientiũ terrore. ꝑ celum dilapsus est ⁊ bestiolas multiplicato numero in
oriẽte e celo tradidisse ferunt.

Praga caput regni bohemie ciuitas ꝑmaxima. Cuius descriptio ob vetustatem merito dudum posita fuisset. Uerum carolus quartus impatoꝛ tam magnifica in ea peregit vt post gesta sua de ea mentio fiat. Cū ⁊ in ceteris vrbibus tempus antiquitatis ac originis non semꝑ obseruatum fuit. At praga (vt bohemice narrant historie) post tempora abrahe initium habuit. regum pontificumqꝫ honesta sedes. Tres in partes diuisa quibus nomina indiderunt. paruam pragam. veterem ac nouam. parua sinistrum latus multauie fluminis occupat colliqꝫ coniūgit. In quo sita est regia ⁊ sancti viti pontificale augustumqꝫ templū. Uetus praga in plano iacet vniuersa magnificis operibus adornata. Inter que ꝑtoꝛium ⁊ foꝛum ⁊ letā curiā ⁊ collegium imperatoꝛis caroli mirificis efferunt laudib⁹. Jungit aūt minoꝛi prage lapideo ponte quatuoꝛ ⁊ viginti arcuū. Nouā ciuitatē a veteri fossa distinguit ꝓfunda. ⁊ vtrimqꝫ muro munita. Hec quoqꝫ ciuitas ampla ē ad colles vsqꝫ ꝓtendit. quoꝝ alterū sancti caroli. alterū sancte katherine appellant. terciū vicegradū in arcis modū exedificatum. vbi ⁊ collegium est. Est aūt hec ciuitas insignis in ꝓuincia bohemie. que porcio germanie est. aquilonis flatibus tota ferme exposita. Formam eius rotundam tradunt. cuius diametrum triū dieꝝ itinere expedito patet. silua vniuersam claudit. irrigat pluribus fluminibus sed cunctos multauia excedit. que metropolim regni pragam influit. De nomīe ciuitatis cū disceptaretur iussit libussa ex artificiabus qui primo occurrerit rogari quid ageret. ac ex primo eius verbo vocari oppidum. interrogatus faber lignarius quispiam. limen se agere dixit. qđ bohemice ꝓba dicit. indeqꝫ nomen vrbi datū. ꝭ corrupto vocabulo postea pragā dixere. In hac prouincia aliquo tpe amazonice femine regnandi cupidine ducte dominiū habuerunt. Postea duces vsqꝫ ad primū regē vratislaū gubernarunt. qui. vi. ⁊. lxxx. supra mille ab ortu saluatoris xpi apud magūtiū in ꝯcilio principū ab impatore heinrico ei⁹ nois ꝙnto rex declarat⁹ fuit. moraūoꝝ reg° qđ ꝑus extictū fuit in bohemiā trāslato. slesia. lusacia. morauia bohemoꝝ īperio adiecte. Gilbert⁹ treueroꝝ archieꝑs cū eo pragā miss⁹ ꝙ corā ꝓuicialib⁹ regē iungat regalib⁹ qꝫ adornet īsignib⁹. In eodē āno fctm̄ accla



mante populo Uratislao regi salus honor atqz victoria. Is vratislaus indulgente alexandro papa tercio natione senensi collegiū canonicorum regulariū in arce pragensi erexit. in qua dum res agitur diuina non ꝑpositus tantū sed decanus ⁊ sacerdos diaconusqz ⁊ subdiaconus rem diuinam facientes episcopalibus ornamentis vtuntur. Et ꝑpositus quidē cancellarius regni appellatus principis honore defungitur. Post vratislaū primū regē pluribus annis interregnū fuisse ferūt. nō regis noīe ſ ducis tantū vsos. ⁊ vlatislaū vno loco vratislao natū ab imperatore friderico primo sibi ⁊ posteris regiā dignitatem obtinuisse scribunt. qui pontē sup multauiam qua vetus praga minori iungeret magni operis edificauit. quē ratisponensi ꝑferunt in quatuor ⁊ .xx. arcos vt diximus protensum. Deinde vlricus qui carinthiorum principatum tenebat cū virili sobole careret accepta ex othocaro rege bohemie pecuniā carinthiā illi carniolā. marchiā sclauonicam ⁊ portū naonis tradidit. Tempore postremo caroli quarti imperatoris in maxima potentia ⁊ gloria fuit ⁊ augmentū mirabile accepit vt ꝑmissum est. Nullū enim regnū tota europa tā frequentibus. tam augustis. tam ornatis templis dotatum fuisse quā bohemicū reor. Templa in celum erecta longitudīe atqz amplitudine mirabili fornicibus tegebantur lapideis. Altaria in sublime posita auro ⁊ argento quo sanctorum reliquie tegebantur onusta. Sacerdotum vestes margaritis tecte. ornatus omnis diues. ꝓciosissima supellex. fenestre alte atqz amplissime. cōspicuo vitro ⁊ admirabili opere lucē ꝑbebant. neqz hec tantū in oppidis atqz vrbibus ſ in villis quoqz admirari licebat. Fuerat inter cetera monasteriū ayle regie apud rippam multauie qua missa fluuius illi iungitur sitū in quo regū corpa condebantur singularis excellentie. nā ꝑter edem magni ⁊ memorabilis operis amplū dormitoriū. ceterasqz officinas monachorum magnifice constructas quadrata porticus fuit. que nō paruū conclusit ortū. ambitū vocauere. In huius lateribus vetus nouūqz testamentū ab initio genesis vsqz ad apocalipsim Johannis lr̄is maiusculis in tabulis scripcum ꝯtinebatur. notis quo altius irent paulatim crescentibus ita vt asummo vsqz deorsum facilis lectio preberetur. Flos igitur dulcoris Bohemia dicebatur. que olim inter principes atqz reges dulcissimam redolebat suauitatem. Nunc (volente fortuna) apud futuros saporeē fetidū habet. faxit deus vt ꝑori redolentie atqz splendori par fiat. Eius historia ⁊ regum gesta papa pius secundus in historia bohemica disertissime prosequitur.





Calamitosa gens hebreorum in oppido baioarie nomine deckendorff sito in littore danubij anno dn̄i.1337. maiestatē ihesu xp̄i ī diuinissimo sacramēto mirūimmodū ꝯtēpsit ⁊ religionem nostrā illusit. Id pꝰ varias punctiones in fornace ignis posuerūt illesum tn̄ ab igne mãsit. in incude q̄z malleis ꝑcusserūt. Qua re (diuino nutu) cognita prefectus oppidi hartmannꝰ de degēberg cū ciuibus oppidi iudeoꝝ domꝰ inuaserunt. nō sexui. nō etati parcentes veritate cognita debitis penis afflixerūt ⁊ neci dederūt. Sacramētū obseruatū in eccl̄ia sepulchri dn̄i miraculis varijs ī eo oppido honoratur.

Iudei q̄z oēs qui in germania erãt deinde anno dn̄i.1348. seq̄nti videlicet tp̄e ꝯbusti sunt. eo ꝙ omnis regionis puteos intoxicare fuerūt annixi vt multi eoꝝ ꝯfessi sunt. perijsse aliq̄t milia ferunt.



Locuste ac bestiole innumerabiles multiplicato numero ab oriente in occidentem instar dense nubis celū obducentes vastarunt. herbas ⁊ omnes fructꝰ terre. q̄rū corruptione ⁊ fetore execrabilꝭ pestelētia subsecuta ē.

Pestis lugubris ⁊ miseranda hoc anno.1348. incepit ⁊ ꝑ tres annos ꝑ totū pene orbē debaccata est. q̄ p̄mo in asiã apđ indos ob easdē bestiolas incipiens passim ꝑ ꝓuincias irrepens vsq̄z in brittannos. Per mare igit̄ anno sequēti irrepēs regna ytalie. postea francie ⁊ britannie. demū germanie ꝓuincias ⁊ hungarie sua ꝯtagione infecit. adeoq̄z deseuit apud omnes gentes vt vix decimus quisq̄z ex millesimo hoīe supꝑfuerit. In aliq̄bus locis vix tercia ꝑs hoīm remaneret. ⁊ pleraq̄z loca nō ne dū campestria. verū arces. oppida ⁊ vrbes ꝓrsus derelicta sunt ac in solitudinem redacta

Huic calamitati augmentum dedisse iudeos in fontium intoxicatione nonnulli arbitrati sunt.

Gerhardus ordinis heremitarum

Gerhardū senēsem ordis heremitaꝝ diui augustini sacraꝝ l̄raꝝ clarissimū interpretem hac ip̄a tempestate admodū senē obijsse tradūt. virū vtiq̄z ingenij eminētissimū ⁊ bt̄i Egidij ro. imitatorē p̄cipuū. q̄ cū esset in sacra theologia doctus sup ꝑrimū sententiaꝝ accuratissime scripsit. Deinde tractatus de p̄scriptionibus ⁊ de vsucaptionibus ⁊ de vsuris ceterisq̄z ꝯtractibꝰ opuscula edidit. quibꝰ diuꝰ bernhardinꝰ ꝯterraneus suꝰ in tractatu suo restitutionū plurimū vsus ē. Hūc etiam tractatū Jo. an. eiꝰ ꝯtēporaneꝰ multis in locis ⁊ maxīe mercurialibꝰ plurimū ꝯmēdat



Gerhardꝰ itē eiusdē ordis ⁊ doctrine ꝓfessor patria bergomēsis ⁊ sauonēsis ep̄s eo tp̄e in p̄cio existēs pp̄lo suo peste laborãti vt bonū decet ep̄m magis ꝓdesse adnixus ē q̄z p̄esse. q̄ cū pontificij iuris edoctus esset in sextū decretaliū cōmentatus est. ⁊ multa in laudē sue religionis in lucē deduxit. q̄dlibeta duo parisiꝰ disputauit ⁊ multa opuscula edidit. moriens deniq̄z nō sine sanctitatis noīe bergomi iuxta maius altare celebri sepulchro a se constructo sepelitur.

Thomas florētinꝰ medicꝰ dini q̄ndã medici filiꝰ hisdē tp̄ibꝰ nō inferiori ingenio famaue patri subsecutus. etiã de arte medēdi sūmã pulchrã pꝰ se reliquit

Bartolus legū doctor



Bartolus saxoferrateus iuriscōsultoꝝ supꝑioris seculi princeps ⁊ eiusdē ꝓfessionis copiosissimus explanator. Cyni ⁊ iacobi bothigarij doctoꝝ discipulus ⁊ auditor. His q̄z temporibus vniuerso mundo (ea in doctrina) admirabilis fuit. Qui ⁊ p̄ ceteris legū interp̄tibus in digesto nouo ⁊ veteri. ac inforciato necnō et in reliquis legū codicibus p̄clarissima edidit cōmentaria. q̄ꝝ celebritate atq̄z p̄stantia ip̄e vulgatissimus habitꝰ ē. Scripsit ⁊ tyberiadis tractatū. ac alium de guelphis ⁊ gibellinis. Ferunt̄ etiã eiꝰ p̄clara ꝯsilioꝝ volumina. Obijt aūt anno dn̄i.1355. etatis vero quinquagesimosexto.

Franciscus quoq̄z albergotus natione aretinus solidus legum doctor ⁊ explanator bartoli amicissimꝰ et familiaris ac imitator quedam extantia composuit.

Iacobinꝰ carrariēsis q̄ marsiliū interfecit h̄ anno postq̄z q̄tuor annis in patauio sceptra tenuisset. ⁊ ip̄e a guilielmo eius ex pelice filio interficit̄. cuiꝰ parricidij hec cã fuit ꝙ ab eo ꝯtumeliose spuriꝰ appellatus est. mox vt domum regressus est patrē in secreto accersiuit ⁊ gladio impetens eū cōfodit. ⁊ statim in templo diui augustini eum sepeliri fecit. vt nō euacuet̄ verbum xp̄i qui gladio feriet̄ gladio ꝑibit.

Carolus quartus gloriosus imperator vxorem secū habens ⁊ filios venit ad vrbanum pontificem rome agentē. Anno duo de septuagesimo terdecies centeno: fecitq3 padua ⁊ bononia in ethruriā iter. dū pisis ageret lucanos pisanis ⁊ miniate florentinis rebelles in deditionē ꝓ imperio accepit. nōnihilq3 pecuniarū extorsit a populo florentino rebelliones timente. In quas subiecti eis de ethruria populi procliues erant. si modo princeps ꝑstitisset assensum. sed is romā delatus ⁊ paucis ꝓpter que venerat cū pontifice expeditis. intra terciū q3 aduenerat mensem italia excessit. Agente rome vrbanū stimulauit vt aploꝝ petri ⁊ pauli capita ꝑquireret. que dei fauore inuenta locello condidit eminente in lateranensi eccia extante multo argento auroq3 vndiq3 gemmato plurimū exornata. In scolam pragensem aliquando ingressus carolus quartus romanoꝝ imꝑator. cū disputantes liberaliū arcium magistros in horas quatuor audiss3 idq3 purpurati moleste ferrent ac cene tempus adesse dicerent. mihi inquit tempus est. vobis minime. nā3 cena mea hec est. Idem carolus hominem qui sibi necē parasset ad se vocauit eiq3 aureos mille dono dedit quibus nubilem filiā nuptu collocaret illius se vicem misereri dicens que natu grandior domi clausa esset. homo gratias egit regi. ad conspiratores egressus. nesciebam inquit carolus qualis esset. nunc liberalem ⁊ misericordē principē ferire nullo pacto possum. Huius caroli tempore seditio magna orta ē nurmberge ꝑclara superioris germanie vrbe. adherentibus em̄ consiliariis ⁊ optimatibus carolo. plebea cōcio contrariū sensit. Erant autē factionis huius autores quidā de collegio fabroꝝ capribarbe vulgo geyßpert dicti. industria tn̄ caroli sedata est hec factio. depositis em̄ conuenticulis ⁊ collegiis artificū q̄ vulgo zunfft appellāt tāq3 monopoliū seminātib⁹ i meliorē policiā vrbē ꝑfatā reduxit. Macellarioꝝ aūt collegiū q2 carolo ꝯsiliariisq3 adheserat ꝑpetuo q̄dā ludo carnispriuii ꝓuilegiauit

Ordo iniesuatoꝝ fratrum



Ordo Iniesuatorum fratrum Urbano sequenti pontifice ꝑsulante apud senam ethrurie vrbem initium sumpsit. hi nanq3 turmatī3 ꝑ domos seculari habitu induti religiosoꝝ more cū ingenti caritate ⁊ simplici quadā religiositate in sudore ⁊ labore manuū suarum in vnū viuere ⁊ deo seruire ceperunt. quos cum summus idem pontifex ad se romam vocasset eoꝝ quidem viuendi modum plurimū approbauit ⁊ a se laudatos cū tunica alba ⁊ caputio cōtemptibili sibi ꝓ habitu datis abire ꝑmisit. ⁊ ad eorum ꝓtectionem confestim nepotē suū virū grauissimū ⁊ religiosissimū in ꝓtectorē assignauit. q̄ ⁊ ip̄e mox ad honestādū religionis habitū auctoritate sibi concessa griseam clamidē desuꝑ deferendā sine calceamentis contulit. atq3 eos in priuilegiis ⁊ gratiis plurimū cōmuniuit. ⁊ ꝑ priuilegiū speciale illos clericos aplicos nuncupauit. nunc aūt plurimū multiplicati ⁊ per omnes ferme italie ciuitates diffusi boni precii ⁊ optime vite habentur.

Ordo item nouus canonicoꝝ regulariū qui vulgariter scopetini nuncupatus etiā in senēsi agro sancti saluatoris ꝑ hec tempora a venerabilibus religiosis et patribus. stephano videlicet ⁊ iacobo andrea natione senensibus ordinis heremitaꝝ diui augustini initiū sumpsit ⁊ breui magno in ꝓcio euasit. Qui quidē ordo cōgregatio sancti saluatoris appellata fuit. quā quide3 congregationē postea grego. vndecimus huius vrbani successor approbans insigni priuilegio inter canonicos regulares annumerauit. hii plane religiosissimi viri inter ceteros existunt qui ob memoriā reuerentiāq3 sue prime religionis ⁊ pristini habit⁹ semꝑ claustrale signum videlicet habitū albū cum scapulare albo ⁊ asta suꝑ camiseam lineā deferre voluere. ⁊ quecūq3 statuta ⁊ primas ordinationes cōsueuere. ex redditibus em̄ viuunt. nō predicant sed confessiones alioꝝ more audiunt. magni em̄ ꝓcii. maiorisq3 opinionis in dei ecclesia nunc vsq3 habiti sunt. viros em̄ integerrimos tum scientia tumq3 vite sanctitate protulit.

Johānes francoꝝ rex



Johannes francoꝝ rex anno. 1350. philippo patre defuncto francis regnare cepit. ⁊ regnauit annis. xxv. Hic cū eduardo anglorum rege bellum a patre ceptum ꝓsequens sexto regni sui anno in pituriensi agro supatur ⁊ cu3 philippo ei⁹ filio capit. ⁊ in ea quidē clade permaxime gualterus athenaꝝ dux qui apud florētinos tyrannidem exercuit vna cum. xx. milibus gallis interfectus fuit. Uerū tercio ciuitatis sue anno ip̄e eduardus animi magnitudine motus iohannem ipsum cū omnibus captiuis hac conditione liberauit ac dimisit vt nunq3 contra se bellu3 gerere ꝑsumeret. Sȝ nō ita multo post fidefrag⁹. hic pacem rumpēs eduardū ab integro arma capere ⁊ eū vsq3 ad internitionem ꝑsequi impulit. armatis igit̄ centū ⁊ q̄nq̄gīta rostrat[is] nauib⁹ ingentē exercitū ꝯtra iohannē i galliā duxit ⁊ maxia clade vniuersū regnū diu affecit.

Anno mundi. 6562. Anno christi. 1363.

Linea summoꝝ pontificū

Urbanus quintus



Gregorius vndecimus



Urbanus eius nominis quintus papa patria lemonicensis guilhelm⁹ grisant antea vocat⁹ sctī victoris massiliensis abbas. absens etiā. legatione tūc ad vicecomitē fungebat̄ oīm ꝯsensu apō auinionē pō. creat⁹. vocat⁹ itaqꝫ auinionē pon. inīēs. vir singl'aris ꝟtutꝭ. ingētꝭ animi. innocētissime vite. Isqꝫ ꝓ sua prudētia res italie callēs nihil duxit antiqus q̄ꝫ egidiū cardinalē hispanū italie legatum de latere creatum illico transmittere. qui reꝝ ⁊ itinerum italie experientissimus tridentina via ingressus est. inuentūqꝫ verone scaligerum canez deinde accersitos ganzagam ludouicū nicolaū marchionē estensem ⁊ franciscuz carrarium initis federibus in bernabouem ꝯcitauit. vt ꝓlio supatus ⁊ saucius egre aufugerit. inde omnia in pacem redegit. Quibus gestis vrbanus ad quartum sui pontificatus annū in italiā venit componendaꝝ reꝝ causa. ei legatus egidius corneti fit obuiam. romā ꝓficiscit̄. liberatus tāte legationis onere quieturus ob senium. viterbiū rediit vbi ⁊ tercio mense post morit̄. vir singularis virtutis ⁊ ꝓstantie. qui dignitatē ecclesiasticā mirifice tutatus est. Assisiū delat⁹ in ecclesia beati francisci tumulat̄. At cum carolus impator intellexisset vrbanū romam profectū eo ⁊ ipē vt premissuz est aduolans. Urbanus aplꝫoꝝ capita apud sancta sanctoꝝ reperta inde locellis argenteis recondita ad altare mai⁹ basilice lateranensis collocant̄. Dūqꝫ ea rome agit in vrbeveteri ⁊ mōte falisco pallacia construi curauit. Curiales transalpinos quoꝝ in ytaliam ducendoꝝ firmā conceperat sententiam inde consolaturus. qui scirent loca esse parata. ad q̄ romani grauitatem aeris ꝑ estatis caumata declinarent. Breui aūt in galliā reuersurus iohannē haucut egregiū copiaꝝ ducē e carcere missum copiis illis omnibus ꝓfecit. q̄ antea sub egidio militauerāt. sed reuersus in gallias apō massiliā interiit pō. sui āno octauo mēse q̄rto sctītatꝭ vite fama ꝯstāti opiniōe celebratissim⁹


Gregorius vndecimus papa patria lemonicensis. petrus belfortis antea vocatus sancte Marie noue diaconus cardinalis. auinione pontifex omnium consensu creat̄. Hunc eēm adolescentē vix decimūseptimū annū attingētē clemens sextus eius patruus cardinalem creauit. ⁊ ne videret̄ carni ⁊ sanguini magis q̄ꝫ eccie consuluisse Eūdē ad exq̄sitissimos doctores. maxime ꝟo ad baldum qui tum perusii legebat discipline gratia statī misit vbi in quouis genere doctrine ꝓfecit. Fuit ꝓterea tante innocentie ⁊ placabilitatis adeoqꝫ humanus et pius vt ab omnibus vnice diligeret̄. Qui pontificatu inito statim legatos in italiam misit vt res ecclesiasticas recenseret. Inita aūt cum bernaboue vicecomite pace cū omnia in ꝑturbatione fuere. erant eēm inimici omnes (vicecomitibus exceptis) venetis. ob quod multa mala insurrexere. Gregorius interea pontifex cū esset in ytalia conuersatus. qui baldi iure consultissimi vt diximus perusie diu auditor fuerat prudenter cōsiderauit suum in ytaliam reditum pre ceteris posse rem ecciasticam instaurare. ⁊ forte eo sic cogitante episcopus quem de reditu ad suam ecclesiā admonebat familiaritatis confidentia. ⁊ tu inquit pater sancte cur non ad tuam ipē accedis ecclesiam? Quare gregorius instituit ꝓperare. ꝭ cū agnatis ⁊ gallicis id in ꝑmis odiosum fore cernens triremes in rhodano (celatis omnibus causam) parate sunt ⁊ breui post pontifex cū illis qui presto iubenti affuere delapsus est. ꝑpetuaqꝫ nauigatione tempestatibus sepenumero agitata cuz triremibus vna ⁊ viginti genuam primo. post cornetū. inde terā romam ianuario ꝑuenit. Anno salutis sexto septuagesimo terdeciesqꝫ centeno. qui pontificatus sui septimus ⁊ relegationis in gallias romane ecclesie septuagesimus annumerabat̄. Fuit ea dies populo romano letissima. Florētino aūt terribilis. q̄ꝛ omnes existimauerunt pontificem cū britones angliciqꝫ tanto numero militarent. Rez ecclesiasticam breui cū tyrannoꝝ excidio instauraturum. Indigebant aūt omnia aduentu pontificis. nam ⁊menia ⁊ basilice ac priuata edificia vbiqꝫ ruinam minabant̄. que certe magna exparte restituit. vt turris suo iussu edificata ad sanctam Mariā maiorem indicat. Labefacti etiā ita ciuitatis mores erant vt nihil vrbanitatis habere videret̄ vtqꝫ illi mores aliunde petendi essent que totum orbem terrarū quondā ad vrbanitatem redegerat. Collocata itaqꝫ in vrbe sede sua pontifex (vt bonū pastorem decet) omnia circūspicere cepit. Egit tamē principio aduentus sui natura mitis ⁊ optima mente de pace cum florentino populo constituenda. quā illi oberrati magnitudinem non satis tutam fore suspicati artibus declinauere ⁊ ad bernabouem conuersi antiquum hostē Sed cum pontificis in ytaliā reditus esset formidolosus intercessione eius iohannē haucuth pecunia corruptum ad suas partes inclinare fecerunt. qua ex re anathemate notati omnia interdixit papa. Florētini tamen sacerdotes celebrare coegerunt. ideo in eos bellum mouet. sed dum vir sanctus agit omnia que ad pōtificem pertinent intollerabili vesice dolore morit̄ sui pontificatus anno octauo. mēse quinto. quinto kal. aprilis millesimo tricētesimo septuagesimo octauo. sepeliturqꝫ in basilica Marie ī via noua sepulchro marmoreo quod adhuc visit̄ cuz magno gemitu ⁊ lachrimis. lugebāt nō modo ꝓsentē ꝭ etiā futurā calamitatez

Brigitta vidua domina Suecie



Brigida alias birgitta vocitata deuotissima xp̄i mulier natione germana. suecie prouincie princeps ꝛ dn̄a. ex regū ꝓgenie nō solū illustrē duxit originem. verū de nobilibus deuotisq̄ ꝓgenitoribus ortuȝ habuit. Cuius genitor speciali amore sanctū iacobū visitans omni die veneris ob memoriaȝ passionis confessionem pegit. Mater cū brigidam in vtero gestaret passa naufragiū ob ꝓlem saluata fuit. Nata aūt puella tribus annis quasi elinguis obmutuit. inde ꝑfecte loquebat̄. post obitum matris nutrienda matertere sue tradit̄. creuit autem in omni virtute ac deuotione. quā pater cuidam nobili ac prudenti iuueni ī vxorem copulauit cū quo ꝑ annos plurimos in omni honestate ac incredibili abstinētia hūilitate māsuetudīe atȝ labore ꝑmāsit. Post mortē viri oīa bona inter filios ꝛ pauperes diuidens habitum ꝛ vitam mutauit. pannis lineis (nisi in velaminibus capitis) nō vtebat̄. aspero induta cilicio. carneȝ macerabat. Ex ꝓcepto xp̄i romam petijt. cū religioso comite deuotionis causa vrbano pontifici reuelationem ꝓ̄sentauit ne auinionē accederet. Successoriq̄ gregorio vndecimo scripta misit vt curiā ad romam reduceret. Inde iherosolimā accedens ꝑfecta peregrinatione romam remeauit. ꝛ ꝑ annū graui infirmitate detenta. cui xp̄s tempus resolutionis ostendit. Die igit̄ prenunciata audita missa sacramentis perceptis inter manus seruoꝝ dei emisit spiritum. Cuius felix trāsitus gloriosis miraculis ꝛ indicijs ostensus fuit. Anno dn̄i M.ccc.lxxij. decimo kal. augusti. Et anno sequenti translatum est corpus eius post multoꝝ miraculoꝝ choruscationē ab vrbe roma in monasteriū vastēnā. ꝛ a bonifacio nono p⁹ annos. xx. sanctaꝝ cathalago ascripta. Hec libros reuelationū de diuersis misterijs sibi reuelatis composuit.

Ordo sancte Brigide



Ordo sancte Brigide ab hac sācta ꝛ gloriosa muliere initiū sumpsit. que sancti saluatoris etiā appellat̄. hoc anno spiritu diuino impulsa nouā religionem monasterioꝝ dupliciū videlicet viroꝝ ꝛ mulierū excitauit ꝛ instituit. Huiusce tn̄ religionis primū auctorem ꝛ institutorem diuū basiliū in grecia fuisse dicunt. Verū ꝓcessu temporis ad tollendas occasiones malorum ꝛ obstruenda ora male loquentium ecclesia talia monasteria dissoluit vt seorsum remanerent. Brigita vō spiritusancto inspirata hoc modo instaurare et renouare visa est. vt s. viroꝝq̄ edificia ꝯnexa ꝛ cōtigua haberent̄. habitationes tn̄ ita seiuncte vt de vna ad aliā nisi vrgente necessitate (in deferendo sacramēta infirmis cū magna cautela nō facile) transiri posset. Eoꝝ tamen basilicā censuit esse cōmunē. ita vt fratres in inferiori parte seu pauimento. sorores vō seorsum in superiori solario officiū exoluerent. principalem curā abbatisse esse voluit. fratribus tantūmō diuina misteria assignauit. quoꝝ vnus esset qui confessor aut ꝑ̄or appellaret̄. ꝛ alijs ꝑ̄esse deberet. Ea quippe monasteria possessiones ꝛ ꝓuent⁹ habere statuit ad fratruȝ ꝛ soroꝝ sustentationem. Quoꝝ oīm victus ꝛ vestitus ad abbatissam spectare decreuit. Nec huiusmodi frēs aut sorores monasteriū egredi ꝓ̄sumerent nisi magna et euidenti necessitate ac de abbatisse licentia. Eiusmodi etiam fratres ꝛ sorores ꝑ episcopos consecrari iussit. Hij aūt religiosi ꝛ tam femine q̄ȝ mares habitū vti iubent̄. tunicam cum clamide grisea cū rubea cruce desuper ꝛ quodam rotundo albo in eius medio. lineis non vtunt̄ ad carnes. sed carnibus vescunt̄ tribus diebus in ebdomoda extra quadragesimā. ꝛ nihilominus diui augustini regulam profitent̄ additis brigide sancte constitutionibus. ꝛ tā in fratribus q̄ȝ in sororibus certū assignauit numerū scd̄m suas ordinationes. que omnia ipsa sanctissima brigida a deo sibi reuelata ꝛ dictata confessa est. Quaȝ ob rē summi pontifices eandē regulā auctoritatibus ap̄licis speciali priuilegio approbatā ꝛ confirmatā esse voluerūt hec em̄ ꝓphetico dono plurimū claruit. nōnulla de futuris ꝓ̄dixit. de quibusdaȝ regnis consūmandis. que omnia scripto mandauit ꝛ apud multos in ꝓcio habētur. apud ytaliā pauca hui⁹ religiōis monasteria habent̄. in suecia vō ꝛ germania magna quidē ꝛ plurima ac opulētissima esse cernūt̄. Hij religiosi secularium cōfessiōes alioꝝ more audiūt. ꝛ dieb⁹ festiuis ꝓ̄dicāt. ꝯuersos hn̄t q̊s in exterioribus occupāt

Johannes bochacius



Iohannes bochaci⁹ de certaldo natiōe florētin⁹ poeta ꝛ philozophoꝝ atȝ astronimus clarissimus. Anno dn̄i .1375. cū eēt etatis annorū. 42. e vita migrauit. qui cū ameni ingenij esset vir ꝛ in latina patriaq̄ lingua in dicendo celeberrimus haberet̄ hos libros reliquit. de genealogia deoꝝ li. 14 de ꝓclaris mulieribus. de viris illustribus. de montibus. fontibus. fluminibus stagnis ꝛc̄. belloꝝ egregium opus. gesta imꝑatorū ꝛ pontificū edocens. ꝛ scismatum in ytalia. de tartaroꝝ victoria. de heresibus bohemorū ꝛ plura alia. vernacula quoq̄ lingua eius extant libri vt liber centū nouorum ꝛ alij

Anno mūdi.6577. Anno xp̄i.1378.



Urbanus sextus papa. natione neapolitanus. hoc anno gregorio pōtifici.ex barensi archiepiscopo pōtifex suffectꝰ. Uir certe callidus ⁊ iniuriarū memor.ac vindex malebat videri ⁊ metui.potius q̄ȝ diligi.q̄ pontificatu suscepto(vt par erat)nō pacē inter xp̄ianos cōponere voluit ꝗ̄ magis cardinaliuȝ ⁊ ioanne regine iniurias vlcisci ꝓ viribus conatus ē. ꝓpter qđ florentinos anathemate notatos.vt ī suā deducēt sentētiā absoluit. Inde cū natura inq̄etꝰ eēt apud nuceriā cardinales creans quosdā ex antiquis in carcerē cōiecit. Inde genuā ꝓfectus vsq̄ȝ ad obitum caroli apulie regis romam reuersus est.ꝯfirmatis ecclesie ciuitatibus cū bonore acceptus ad insidias deuitandas nouem ⁊ viginti cardinales vna die creauit.in quibꝰ maior pars neapolitanoꝝ. tres vͦo fuere romani.quibus supatis paucos supuixit dies. pontificatus sui infeliciter acti anno vndecimo mense octauo.rome morit̄.sepeliturq̄ȝ in beati petri basilica paucis admodū eius mortē(vtpote homini rustici inexorabilis)flentibus.huius sepulchrum adhuc visitur cum epitaphio satis rustico ⁊ inepto.

Scisma vigesimum secundū oīm pessimū ⁊ scandalosissimū quod ꝑ noueȝ ⁊ triginta annos durauit hoc anno initium sumpsit. mortuo em̄ gregorio vndecimo.cardinalibus ad sanctā mariam nouam vt iusta de more gregorio soluerent conuenientibus. romani ciues blande prius exoratis cardinalibus vt romanū aut saltem ytalicū pontificē crearent. Ad eam postea temeritatem imprudentia adducti sunt.eisdem patribus in conclaue clausis pariter est ꝯclamatum nihil tm̄ terribile dictū aut factū vt impressio potuerit appellari. Gallici vͦo numero tredecim vnum ex corpore suo vt haberent pontificem enitebant̄.⁊ inter quatuor italici romaniq̄ȝ generis vnus gente vrsinus papatū ambiebat. Tulit vͦo casus vt bartholomeū neapolitanū creari pontificem vt premissum est in vrbanum sextum sunt assensi. Gallici vͦo penitētia ducti ad varia loca extra vrbem ꝯfugerunt.accepto a populo post in pontificem vrbano ⁊ a cardinalibus qui manserant occulti ex latebris prodierunt.⁊ per tres menses habitus est pontifex. Supuenientibus inde estatis caumatibus optata gallcis occasio est oblata. Oratum nanq̄ȝ pontificē vt mutandi aeris ꝑtextu ananiā eis licuerit se conferri.vnde breui fundos confugerunt. Erant octo cardinales qui viciosam fuisse vrbani electionem causati aliū in pontificem delegerunt gebenensem eiq̄ȝ septimo clementi indita est appellatio.ꝑ orbem lr̄as ꝯdisseminant.clementem verum xp̄i vicariū.hinc scisma magnū in eccīa dei oriri cepit vt duo capita in ea dicerent̄.ytalia em̄ germania ⁊ pannonia vrbano. Clementi vͦo gallia hispania cathelonia ⁊ britannia adhesit.

Clemens vͦo multas acceptasq̄ȝ clades in gallias cum curia sua ꝓfectus est vbi apud auionem vt pontificum moris erat sedem constituens vt verus pontifex a gallis omnibꝰ veneratꝰ ē.⁊ sedit annis.xv

Bonifacius huius nominis nonus papa.patria neapolitanus petrus cognomento tomacellus antea vocatus rome cardinaliū omnium consensu pōtifex creat̄. Anno dn̄i M.ccc.lxxxix. Hic etsi annoꝝ circiter triginta esset dum pontificatum iniȷ̄t.ita tamen deinceps vixit in tam florida etate ⁊ tanta peccandi licentia vt nulla ei voluptas obȷ̄ci posset. Fuit p̄terea tanti animi consiliȷ̄q̄ȝ vt primꝰ populi romani vim omnem in pontificem transtulerit. Creatis suo nutu magistratibus omnibus munita arce sancti angeli ⁊ pontibus.inde decimo pontificatus sui anno ex assisio vbi multis annis cōmoratus fuerat romā regressus iubileum celebrauit. At bonifacius rome vrbis ad eccīe subiectionem reducte gloria ⁊ pecuniȷ̄s iubileo anno perceptis auctus rem aggressus est nouā que pōtifices romanos successores suos nō minus orbis xp̄iani q̄ȝ rome dn̄os reddidit.lege em̄ ꝓmulgata constituit.non licere cuiq̄ȝ sacerdotiȷ̄ ad quod ꝓmoueret̄ beneficiū adipisci.priusq̄ȝ primi illius anni estimationis pecunias pontificali erario dissoluisset.soliq̄ȝ anglici cū legi in cathedralibus paruerint.in minoribus beneficiȷ̄s iussa pontificis contempserunt. Ladislaum preterea adolescentem in paterno regno apulie collocauit. Studiū generale ditionis sue ciuitati rogatu alberti astensis marchionis concessit. Brigidam in sanctoꝝ numerū retulit. Uerū in multa rerū ꝑturbatione diu afflictatus dolore laterū tandē morit̄ pontificatus sui anno quartodecimo mense nono M.cccc.quarto Sepeliturq̄ȝ in basilica petri sepulchro marmoreo vermiculato.

Benedictus eius nominis tredecimus anno.1394.clementi pontifici adulterinus papa apud auinionē in scismate suffectus sedit annis.21.vsq̄ȝ ad conciliū constantiense.cū clemēs antipapa auiniōe obȷ̄sset in eius locum ꝓphanatus petrꝰ hispanus de luna an̄ vocatꝰ vir doctissimus ⁊ vita omni.si ab ea temperasset ambitione p̄stantissimus. Cui benedicto terciodecimo fuit a suis sectatoribꝰ appellatio.de q̄ͦ infra cuȝ de Constantie concilio oportunius dicetur.


Linea imperatoꝝ
wentzeslaus rex

Wentzeslaus caroli imꝑatoris ꝑdicti filius. imꝑator anno. 1379. p̄re defuncto. Cū iam vna cū patre imꝑasset annis. 8. solus post patrē confirmatus. imꝑauit annis. xxij. Quāuis imperij bn̄dictionē a papa nunq; obtinuerit. wentzslaus em̄ etatis sue anno. 2. permittente patre regni bohemici sceptrū est assecutus. Exin. xv. agens annū cū coniuge sua ioanna apud belgas in ciuitate aquensi romani regni coronā accepit. Sexto deinde anno regina decessit. Et altera supducta ē. de domo baioarie. noīe Sophia. longe viro suo prestantior. Fuit aūt patri in oībus dissimilis. voluptatum sequax. ac laboꝝ fugiens. vini prorsus. q̄ regni curiosior. Qui totū tēpus vite sue ī extrema germania in otio ⁊ libidinibus cōsumpsit. Ob q̄ rem captus a baronibus. xvij. ebdomadꝯ in custodia habitus est. Joannes dux lusacie. Et ꝓcopius morauie magno reipub. malo eū libertati reddidere. captus ē. ⁊ secūdo per sygismundū hungarie regem. Et alberto austrie duci in custodiam datus. Custodia eius in egregijs edibus apud viennā habita. quibus exinde cognomē praga datū. ꝙ eas rex pragensiū incoluisset. Sed cū parū diligenter custodiret fugam eripuit. Regnoq; rursus potitus ē. Neq; tn̄ vitā mutauit. ſ; priore consuetudine vino ciboq; marcēs. lucem dormiendo nocti cōiūgēs. Ab electoribus imperij cōprobante romano pontifice imperio deiectus. domi torpens illaudatus egit euū. Rupertus em̄ palatinus rheni animaduertēs imperij dignitatē ⁊ hoīs socordiam zelo cōmotus ⁊ viciorū inimicissimus. illū deponi ꝓcurauit. Et ipe nolens suffectus fuit. Sub hoc vo rege wentzeslao hussitarū insania ortū habuit. hij heretici post varia attemptata cū nicolao quodā nobili in regiam tumultuarie ꝓrumpentes. wentzslaū orauerūt. vt sibi ampliores ecclesias elargiret. qui iam populi huius secte maiorē ꝑtem obtinerent. Rex benigne nicolaum pro multitudine loquentē. vtq; in posteꝝ diem redirent. iussit ille e cōspectu abiens populares magis ac magis incendit. Rex in arcem vicegradensem vrbi vicinam. ꝑuoq; tanto fluuio disiūctam sese recipit. Et paulopost in castellū nouū qđ ipe cōstruxerat. quinto distans lapide cū paucis abijt. missis ad fratrem sygismūdum oratoribꝯ qui eius auxiliū implorarent. At heretici pridie kal. iulij furentes p̄toriū petiere. cōsules. xi. metu perculsi fuga saluati sunt. Septē q̄ remanserūt ⁊ cum hijs iudex vrbis atq; alij nōnulli ciues raptim intercepti. ex altissimis fenestris in foꝝ precipitati. lanceis ac verubꝯ irati populi excepti. dirū spectaculū dilaniati prebuere. Camerarius regni fuga sibi consuluit. Ea cum regi nūciaretur cūctiq; circūstātes attoniti facinꝯ detestarent. At ego inquit pincerna futura hec p̄scierā. Quem rex indignatꝯ correptum repente inter pedes suos prostrauit. Et arrepto pugione conatꝯ ē interficere. ſ; impeditus a circūstantibꝯ egre illi vitam dimisit. Nec mora paralesi correptus. egrotare cepit. atq; īfra ⁊. viij. dies signatis noībus hereticoꝝ. quos neci destinauerat. fratrem assidue vocitans. ⁊ amicoꝝ auxilia anxius expectans. ante vita excessit. q̄ vocati principes adessent. Cum regnassent in bohemia annis quinq; ⁊ quinq̄ginta. vixisset duobꝯ amplius. Consueuerūt corpa regū apud bohemos anq; sepelirentur. viij. diebꝯ aromatibus cōdita per sacra vrbis circūferri plangiq;. Et sequentibꝯ amicis ⁊ baronibꝯ conclamari in hoc ventzeslao neglectum. non audente regina nouā ingredi ciuitatem. Delatū est cadauer ad eccliam sancti viti in arce. ⁊ inde ad aulam regiā. ibiq; conditū in sepulcro quod ipe sibi delegerat. Sed cum postea monasteriū ipm ab hereticis diripere. Et sepulture regum effringerētur. cadaueraq; abijcerētur. pisticulas quispiam cognomine musca ventzeslao vendere solitꝯ. regem quem amauerat corpꝯ clam collegit. ⁊ in loculo apud se domi cōdidit. Interiecto deinde tempore. rebꝯ in meliorem formam redactis. Cū ventzeslai corpꝯ requireret acceptis. xx. aureis illud reddidit. Inde circūgestatio ex more facta. Et iussū rege funꝯ exibitum. ac recēs obierat ventzeslaus.

Jodocꝯ marchio morauie



Jodocus marchio morauie. viuente adhuc ventzeslao. qui post depositionem se regem romanoꝝ cōuenientibus franckfordie electoribus a Maguntin̄. ac Coloniensi archiepiscopis in regem delectus. Ceteri sygismūdum elegerūt. Sed is breui tempore sine heredibus mortuus. In brūna vrbe morauie sub sceptro regali sepelit. Is cum patruū suū ventzeslaum bohemie romanorūq; regem visitatum venisset. Vocauit eū patruus in penitiorem ediū partem. atq; in hūc modū allocutus est. Et si satis scio nō esse e dignitate mea ꝙ electores imperij me regno romano abdicauerint. Solatio tamen est. ꝙ ex familia nostra hoc decus non excidit. Ego te libens volensq; successorem mihi datum accipio. Cūq; Jodocus his verbis territus. ad regis genua ꝓcubuisset. Et sibi nihil imputandū diceret. Qui earum rerum omnino ignarus esset. Pone metum inquit nepos. nam neq; imperiū inuitus depono. neq; si retinere illud cupiam iura sanguinis violare ausim. Bono itaq; animo esto. Imperiūq; est tibi demandatum. Suscipe viris armis opibus regni mei tanq; tui (vt libet) vtere letumq; ⁊ donatum nepotem a se dimisit. At ille sex tantū mēses postea superuixit. Locumq; ruperto baioario qui imperaret fecit.

Vratislauia. Slesie vrbs illustris ꝛ inclita. apud germanos sarmatasqꝫ gentes nominatissima. Cum amplissima ciuitas ad ripaꝫ odere sita est. Slesia em̄ prouincia germanie odera irrigua existit. Qui fluuius in septētrionem vergens germanicas gentes ripis ambobus alluit. Transoderam tamen polonica lingua preualet. Hec vrbs a sui initio ob conuentionem hominum aucta. priuatis ꝛ publicis edificijs magnifice ornata. habet admodum decoratas basilicas inter q̄s eminet ecclesia cathedralis diuo Joanni dicata. Cuius episcopatum maiores aureum vocauere. hussitarum bella luteum reddidit. Joannes tamē Rott hoc tempore vrbis antistes iuris doctor ac variarum doctrinarum consultissimus. hunc episcopatū gloria ꝛ amplitudine plurimū auxit. Monasteria quoqꝫ habet preclara. heremitarū diui Augustini ad. s. Dorotheam. minorum ad. s. iacobum ꝛ diuū Bernardinū. diuersarum tamen obseruantiarum. predicatorum ad. s. Albertum. Canonicorum regularium in ecclesia beate marie virginis gloriose. premonstratensium ad. s. Vincentium extra menia vrbis. Extatqꝫ in ea ecclesia collegiata ad. s. Crucem inter eas tamen precellunt due parrochie ad. s. Elizabeth ꝛ diuam mariam magdalenam. minoresqꝫ ecclesias habet perpulcras. s. Barbare. s. Cristoferi ꝛ. s. Lazari cum plerisqꝫ alijs. Cū hec vrbs avarijs principibus mutationem dominij sensit. Dum egra a ioanne patre caroli quarti imperatoris romani ꝛ regis bohemoruꝫ recepta esset. Et hec vratislauiensiū ciuitas q̄ꝫ dux Slesie occuparat heinricus. Legniciū quoqꝫ. ꝛ q̄ꝫ plures alie Slesie ciuitates ei subijciūtur in eo bello. In hac deinde vrbe regnante hac tempestate apud bohemos ventzeslao rege. orta seditione. Consules quarum prima potestas est. per fenestras ex pretorio in forum precipitati. gladijs ac lanceis irati plebis excepti. dirum spectaculuꝫ prebuere. Cuius rei auctores Sigismundus imperator paucis post annis securi percussit. Sigismundus em̄ cesar postea imperans ob hereticam prauitatem delendam. cum ad festum natiuitatis dominice brunnā (quod est morauie oppidū)



petijt. ibiqꝫ pragensibus veniam petētibus. Ea lege pepercit. vt cathenas ⁊ repagula tota vrbe deponerent. suosqꝫ magistratus acciperent. Paruit praga attonita ciuitas. Cum regni primores eleuatis in celū manibus aduentu noui regis gratulabundi exposcerent. Cuiusqꝫ rectores sine cōtrouersia relique vrbes admitterent. Nec dubium videbatur quin tota bohemia labe hussitarum excessisset. si ex brūna sigismundus recta via se pragam contulisset. Sed diuertit ille. vt fortasse fati sui erat. Uratislauiamqꝫ Slesie caput accessit quo in loco populus vrbanus non diu antea consulatum vt premissum est a ventzeslao fratre suo constitutum per seditionem obtrūcauerat. Cuius sceleris auctores securi percusset. Quod vbi prage renūciatum est. diffisi de venia ciues exemplum vratislauiensiū veriti. manifesto defecerunt. Et allecto p̄missis cenchone qui arci pragensi preerat in totum regnum litteras dedere. Ne quispiam sygismundo aditum preberet. Qui dalmacie lingue hostis esset. Nec alia cura teneretur ꝙ regni perdendi. qui antiquas pruthenorum ciuitatem ordini iure pignoris obligasset. Brandeburgenses autē a corona bohemica alienasset. Hec igitur ciuitas sub imperio bohemorum constituta. deinde post varia bella ob perfidiam bohemorum mathie hungarie regi subiecta fuit. Post cuius obitum iterum regno bohemie (cum inclitus vladislaus rex hungarie ⁊ bohemie regnis nunc preest) imperata facere pollicita est. muro autem admirabili cincta est. Et in parte ꝙ odera nō alluit. fossa ꝓfunda manu facta. Et muro lateritio munita existit ea crassitudine vt nō facile effringi machinis queat. Turres in menibus crebre. ⁊ ꝓpugnacula locis oportunis constructa. Platee ac publice vie in ea ample existunt. ad decorem ornate in modum crucis. vt omī splēdore cum equatione domorum sese aspectui prebeant. in foro amplissimo pretorium cum turri excelsa positū est. Ubi hora cibacion. tibicines sua preludia exercent.



Wentzeslaum bohemie regem. inter purpuratos suos crebro sermone vsurpare solitum ferūt. Ego si me diripiendis vrbibus ytalie sors p̄ntem dederit. Ceterarū rerū predā militibus impartiar. Vini tantūmodo apud me spolia reseruabo. Si quis aūt cellam vinariā in iussu meo fuerit ingressus gladio ferietur. Hūc principes electores velut inertem atq̄ socordē vt premissum ē imperio deiecerūt. Ruperto baioario in locū eius suffecto. Ad quem ciuitates theutonie omnes defecere. demptis Nurembergensibus. qui ventzeslao iurassent. Hij cū hinc iurisiurandi religionē vererētur. inde vim baioarij timerēt. Legatos ad ventzeslaū mittunt. Qui se iuramento solui petant. Ac si necesse sit. Auri viginti milia nūmū in eam rē offerant. Rex auditis legatis. liberos Nurembergenses dicit. Si currus q̄tuor tradant. onustas vino qḋ furstenberg baccareacense vocant. id est inter renēsia vina vt putant optimū.

Joannes de rupecissa ordinis minorum



Joannes de rupecissa de ordine minorꝝ insignis theologus. ac in naturalibus doctus. tempestate hac. preter ea q̄ in sententiaꝝ libros accurate docte q̄ scripserat. multa p̄dixit mox futura. in carcerē trusus multa de futuris tāq̄ ꝓpheta scribere voluit. videlꝫ de duobꝰ antixp̄is. ⁊ de eccl'ie cōculcatione ⁊ desolatione terraꝝ. Et de cōuersione oīm gentiū ad fidē xp̄i. ⁊ alia multa. q̄ in ianuis adesse affirmabat. Et hec a dn̄o ih̄u xp̄o sibi reuelata fuisse contestabatur. Que nō mō euenere. ſ oppositū in oīnibus fuisse cōstat. hmōi aūt ꝓnosticatores m'ti ab initio de his archanis decepti fuere. Quibꝰ satiꝰ fuisset silere q̄ talia temere loqui. Que pater posuit in sua potestate. Quāobrem fides hijs pronosticationibꝰ adhibenda nō est.

Simon de Cassia



Simon de cassia ordinis heremitarū diui Augustini theologꝰ ⁊ egregiꝰ predicator. ꝑ id tempꝰ tāq̄ medicinalem cassiam languenti anime ad vite integritatem refrigerio traditus affuit. Qui vtverus euāgelistarū interpres. ⁊ ihesu christi imitator verus. oīa ipius saluatoris gesta in ordinē colligēs. in q̄ndecim subdiuisit libros. Quos de xp̄iana religione intitulauit. Sed ⁊ aliū librū de doctrina xp̄iana. de patiētia. de simboli expositione. de speculo crucis. de disciplina sp̄ualiū. opuscula autē hec miro ⁊ quasi diuino ordine collegit. Ep̄l'as quoq̄ edidit plurimas documentis plurimis repletas. hic florentie q̄ maxime sp̄ū ꝓphetie floruit. ⁊ multo in precio fuit. Ubi etiam monasteriū sui ordinis monialiū a solo edificauit. Et nobiliū matronarum ac virginū illud repleuit.

Festum visitationis gloriose v̄ginis Marie. ab Urbano sexto ꝑ octauas celebrandū ad formā festiuitatis corpis xp̄i instituit. ob impetrādā vnionē eccl'ie in scismate meritis semꝑ virginis marie.

Frācīscꝰ carrariensiū dn̄s



Franciscus Carrariēsis senior vnicus dn̄i iacobini ex vxore gnatus. fr̄e eiꝰ guilielmo ex pelice interfecto. in regnū p̄rnū succedens. regnauit annis. xi. Vir q̄dem splendidus ⁊ multis virtutibus ornatus ac plurima laude dignus. q̄ patauinā vrbē menibus castellis turribus. ac splēdidissimis edificijs ⁊ edibꝰ tū priuatis tū publicis mirifice exornauit. Nec nō ⁊ p̄clara ac memoratu multo digna in prelijs gessit facinora. ꝓ quibus regno suo multa p̄stitit incremēta. Uerū cū bernabouem vicecomitē sororiū a galeatio maria detentū defenderet. liberare statuisset. nō mō eū liberauit. ſ ⁊ regnū oīne ac deniq̄ vitā ꝓpriā ꝑdidit. Quia ab eodē tandē galeatio supatꝰ ⁊ captiuꝰ abductꝰ in modoecio furno seu carceribꝰ eū interire ꝑmisit. Deniq̄ de octobrio mēse anni. 1393. cū vita excessisset. Cuiꝰ filius franciscus ab duce corpꝰ impetrauit. ⁊ aromatibꝰ cōditū patauiū cū maximo apparatu deferri fecit. Et regijs exequijs ī maiori ecclesia sepulcro marmoreo sepeliri fecit.

S. katherina de senis



Catherina ytalica senaꝝ vrbis ethrurie oriūda. Cuiꝰ historiā fr̄ Raymundꝰ de capua generalis ordīs p̄dicatorꝝ ꝑscripsit. Ex p̄re iacobo pānorū tinctore ⁊ lapa m̄re ꝓgenita. Cū ānū. xij. attigisset spreto ꝯiugio p̄dicatorꝝ tercij ordīs ꝓfessa innumerabiliū v̄tutū p̄clarissima in mira austeritate ⁊ abstinētia vixit. ⁊ mirabiles victorias ī abstinētia habuit atq̄ visiones. quā xp̄s desp̄ōsauit anulo habēte q̄tuor margaritas ⁊ adamātē ī summitate. dn̄s q̄ꝫ cor eiꝰ abstulit tribuensq̄ suū. ī latē cicatrix māsit. dono ꝓphetie admodū īsignita. Tādē āno etat̄ sue trigesimo. m'tis patrat̄ miracl'is rome deuotōis cā exn̄s. vite sue finē fecit. atꝫ ibidem eiꝰ sctissimū corpꝰ in basilica de minerua ordīs p̄dicatorꝝ maxīa cū pp'lorꝝ freq̄ntia delatū. cū celebri deuotione ⁊ reuerentia sepelit. Quā sanctissimā virginem postmodum pius secundus papa eius conterraneus anno salutis nostre. 1460. kal'. Maij in sanctaꝝ v̄ginū numero merito aggregauit. Que quante sanctitatis q̄terq̄ virtutis fuerit idem pontifex memorabili relatu prosecutus est.

Johannes galeacı⁹ pri mꝰ dux mediolanensiū



Iohannes galeacius vicecomes galeacij marie filius primus mediolanensiū dux. patre iā trib⁹ annis defuncto diuisa primū inter se ꝛ bernabouē patruū dñatione. quē insidiose intercepit ꝛ captum ad mortē custodiri precepit. filijs ol bus fugatis mediolanense regnū obtinuit ꝛ decē annis regnauit. inde ab eo scaliger superatus in deditionē venit ꝛ veronā ac vincentiā suo regno adiecit. pauloq̃ post francis cū pataulna vrbe cōprehēdit. bononia quoq̃ senenses perusini sese sue potestati tradidere. fuerat hic clarissimus princeps statura procerus. eleganti aspectu. litteris edoctus ꝛ celebri eloquencia clarus. ingenio callens ac in agendis astutus ꝛ sagax. duas vxores duxit. elizabeth boheme regis filiā. ex qua valentinā solā filiam genuit. quā carolo francorū regi matrimonio copulauit. Alias katherinā consobrinā suā bernabouis filiā. ex qua iohannē. mariā. angelum et philippū mariā duces suscepit. Hic quippe cū ingentis animi ꝛ potentie vir esset postq̃. 30. annis sub titulo comitatus virtutū imperasset anno. 1395. septembri mēse archiepō mediolanensi oratore misso ducatus titulū a wentzeslao imperatore cētū milibus florenis obtinuit. ꝛ ꝑ man⁹ ipsius archiepi oratoris eodē mēse ingēti pompa ducatus biretū ꝛ alia insignia recepit. vixitq̃ ea in dignitate annis. 7. Tanta quippe erat eius animi magnitudo vt ad imperiū aspiraret. ꝛ nisi iā cito morte preuentus fuisset ad id forte peruenisset. Hic in papiensi vrbe inter cetera castellū siue regiā domū incredibili pulchritudine extruxit. in quo tantā librorū copiā contraxit q̃ntā alibi pauci viderūt. leporariūq̃ cōtiguū muris cinctū iuxta illud constituit. in quo monasteriū superbissimū ordini carthusiensiū toto orbe celeberrimū construxit atq̃ dotauit. vbi ꝛ corpus suū tumulandū ex testamento legauit.

Eclipsim solis per ea tempora fuisse scribunt que ferme ꝑ horas duas durauit.

Ladislaus apulie vngarie rex



Ladislaus caroli regis filius qui ex hungaria ab vrbano sexto in italiā vocatus contra iohannā reginā quā in neapoli cū toto regno obtinuit. Uerū cū et in hungaria coronā accepit anno. 1385. regine dolo interfectus est. Ladisla⁹ igit filius in apulie regno succedens regnauit annis. 29. cū adoleuisset hūgarie regnū suscepit. sed cū ibi res parū prospere ei succederent expeditione nō pauca suscepta ꝛ iadera de regno occupata venetis vendidit cū pecunijs in ytaliam veniens apulie regnū obtinuit. ꝛ cū magnanimitatis ꝛ prudentie esset vir atq̃ oīm regū potentia ꝛ rerū ꝓsperitate omnibus ꝑ circuitū formidabilior euasisset etiā romano pontifici suspectus esse cepit. varia quoq̃ fortuna inter pontifices sequentes ꝛ regē semp fuit. sed dū florentinos subdere statuisset ex veneno procuratione eorū sublatus est. Sigismundus aūt qui postea augustus ꝛ imperator fuit ladislao ꝑdicto ex hungaria armis pulso ad ipm hungarie regnū vocatus id suscepit. ꝛ vsq̃ ad imperij susceptionem. 25. annis regnauit. vir certe bellator ꝛ reipu. xp̄iane acerrim⁹ ꝓpugnator ac defensor.

Religio dealbatorum



Beghardi ac secta flagellantiū qui se nodosis flagellis cruciarunt in germania ac ceteris regionibus graues errores induxerunt. de quibus supra facta est mentio. mirabilis quoq̃ populorū motus hoc anno. 1399. in tota italia factus ē. Ità omnis fere multitudo in cisalpina gallia vno motu vestes albas ꝛ lineas ad pedes vsq̃ protensas cū capucijs instar religiosorū cappar quibus facies velabāt induit. qua commotione ꝛ nobiliores femine simul ꝛ viri ꝛ principes epi clericiq̃ ac religiosi cuiuscūq̃ ordinis ducti incredibili deuotionis ardore in simili habitu incedere tentauerunt. Horū siquidē dealbatorū longa agmina ad vicinas vrbes cōmeabāt. ꝛ ꝓcessionaliter bini ꝛ bini ꝑgētes pacē ꝛ misericordias supplici clamore sepe ꝛ sepius clamabant. hymnos cantabant. q̃maxime sequentiā a beato gregorio editam Stabat mater dolorosa ꝛc. Durauitq̃ huiusmodi motus menses fere tres. vnde initiū habuerit incertū. primi in italia lucenses fuere. vtriusq̃ sexus induti albis ad tria milia. Huius tamen religionis auctor quidā sacerdos fuit qui tantā modestiā vultu ac verbis pre se ferebat vt ab omnibus sanctus haberetur. Ipm tamē bonifaci⁹ pōtifex apud viterbiū vrbē tandē ꝯphendere fecit. ꝛ tanq̃ supsticiosū ad se ꝑductū igni exuri fec. horū āt crucifixi imaginē q̃ an̄ se deferri faciebāt adhuc lucēses cū maxīa veneratiōe ꝯseruant.

Iubilei annus hoc anno. 1400. rome iussu bonifacij pontificis celebrat. quo fere innumera hoīm multitudo ꝯuenit. ꝛ eo anno ob ipsius iubilei ꝛ maximā dealbatorū frequentiā tantā pestilentiā vbiq̃ fuisse tradunt vt apud florentiā vrbē ad triginta hoīm milia absumpta fuisse referat. Quarto quoq̃ anno wēceslai regis pestis seuissima populata est bohemiam. In praga vero in quatuor mensibus in vna tantum sancti Stephani parrochia tria milia funerū ꝛ. l. fuere. Pragenses inter hec populari tumultu excitati atq̃ in furorē acti iudeorum domos inuadunt bona eorū diripiunt. domos incendunt. atq̃ intra duas horas non sexui non etati parcentes infelicem gentē gladio cedunt. perisse aliquot milia ferunt. seruati cōplurimi infantes misericordia bonorū ciuiū baptismi gracia accipere.

Linea summoꝝ pontificũ

Innocentius septimus



Gregorius duodecimus



Alexander quintus



Anno mundi. 6603. Anno xpi. 1404.

Innocentius septimus papa patria sulmonensis. cosmatus antea vocatus.
sancte crucis p̄sbiter cardinalis. bonifacio suffectus rome pontifex creatur
qui iureiurando collegio spopondit ꝗ̃ primũ esset ꝓ vnione requisitus ponti-
ficatu renunciare. vir quidem grandeuus ⁊ multaꝝ magnarumq̃ reꝝ experien-
tia instructus. qui pontificatu suscepto in quibus vrbani ⁊ bonifacij vestigia se-
cutus est. quos priuatus carpebat. non modo quod tantoꝑe laudabat effecit.
verũ etiã iniquo animo ferebat si quis apud se ea de re verbũ vllum fecisset. p̄-
terea adeo tumultuose omnia gubernabat. vt cuꝫ romani instarent quod scisma
de ecclesia tolleret ip̄os ad ludouicum nepotē tanq̃ ad carnificem misit. qui sta-
tim vndecim ex ipsis (e fenestris deiecti) necari fecit. Qua seuitia permotus pō-
tifex romanus accito ladislao rege arma aduersus pontificem cepit. qui statim
cum ludouico nepote viterbium fugit. inde po. ro. aulicos eius interfecit. Ve-
rum capitolio ⁊ ponte miluio occupatis ac cedibus ꝑactis ira declinante roma-
ni pontificem in gratiam receperunt. qui cum romam venisset nonnullos cardi-
nales delegit. quoꝝ de numero angelus cornarius venetus. postea gregorius
duodecimus appellatus. ⁊ petrus philargi cretensis alexander quintus pon-
tifex postea creatus. tercius otto columna martinus post vocatus creauit. ⁊ lu-
douicum p̄dictum agri piceni marchionem ꝯstituit. ip̄e vō non diu post rome
moritur pontificatus sui anno secundo. sepeliturq̃ in basilica petri ĩ sacello ꝗ
olim pontificibus dedicatum erat. quodq̃ vetustate ⁊ situ corruens Nicolaus
quintus postea restituit.

Anno mundi. 6605. Anno xpi. 1406.

Gregorius eius nominis duodecimus natione venetus angelus corarius
seu cornarius antea vocatus tituli sancti marci presbiter cardinalis pon-
tifex creatus anno dñi M.cccc. vi. pridie kal. nouembris. pontifex siquidem
maxime seueritatis ⁊ sanctimonie p̄cipue reuerendus. qui pontificatu suscepto
facta iterato ad deponendũ pontificatum se scripto adhibitis notarijs ⁊ testi-
bus obligauit. si benedictus qui alterum pontificatũ in gallia tenebat se quoq̃
abdicaret. Cohortantes igitur in principio sese predicti pontifices ⁊ ad mutuaꝫ
abdicationem offerentes. Cum vō de eligendo loco quo sine discrimine vterq̃
venire posset mentio haberetur. neq̃ de ea re satis inter eos conueniret. colluso-
res ⁊ fidefragi ab vtroq̃ cardinalium conuentu sunt habiti maiorē diuisioneꝫ
concitauerunt. Quapropter cōcilium pisis celebratũ est in quo ambo de collu-
sione accusati ambo pontificatu priuati sunt ⁊ alexander eligitur. dũ gregorius
abesset armis omnia rome circũsonabant. gregorius quasi ꝓfugus de concilio
ariminũ ꝓfectus a carolo malatesta ꝑbenigne ⁊ splendide est habitus. Bene-
dictus aũt post habitum in perpiniano cōciliũ quo tutior esset ad castellũ pani-
schole locum munitissimũ confugit vbi diutius immoratus. vterq̃ aũt licet in
pisano concilio exauctorati essent tanq̃ veri pontifices cardinales crearũt. ma-
xime vō gregorius. qui dum luce esset de consensu cardinaliũ qui nondũ ab eo
discesserant gabrielem candelinarium cardinalem creat. qui postea in pontificem electus eugenius quartus ap-
pellatus est. Hic tandē ad constantie conciliũ carolo malatesta oratore misso pontificatu se libere abdicauit
ꝓ q̃ libera abdicatione ꝯuētus oīs eũ agri piceni legatũ creauit s̄ nō multo post recanati aĩ dolore defecit vbi ⁊
honorifice conditus est.

Anno mundi. 6608. Anno xpi. 1409.

Alexander eius nominis quintus papa natione cretensis petrus cãdianus antea vocatus ordinis mi-
noꝝ frater ⁊ doctor archiep̄s mediolanensis. vir doctrina ⁊ sanctitate vite p̄clarus hoc anno in concil-
lio pisano gregorio ⁊ benedicto abrogatis oīm cardinaliũ consensu qui tũ in cōcilio pisano erant pontifex
creatur. qui in omni vita ⁊ etate p̄stans. ab adolescentia ordinē minoꝝ ingressus adeo parisius liberalibus
studijs theologiceq̃ disciplneq̃ vacauit vt breui ⁊ publicã scolam habuerit. ⁊ in libros sententiaꝝ docte et
acute scripserit. magnus quoq̃ orator. magnus p̄dicator est habitus. ideo a iohãne galeatio duce mediola-
nensi accitus primũ locũ in cōsultationibus suis habuit. Creatur deinde rogatu galeacij vicētinus ep̄s. postea
nouariēsis mutato loco. postremo p̄sul mediolanensis factus. ab innocentio septimo cardinalis basilice du-
odecim aploꝝ creatur. quo quidē gradu pontificeã dignitatem adeptus. Adeo aũt munificus erat in pauꝑes
et viros sua benignitate dignus vt breui nil sibi reliquerit. vnde ꝑ iocũ īterdũ dicere solebat se diuitem ep̄m
fuisse. pauperē cardinalē. mendicũ pontificē. In eo defuit illa habendi cupiditas. que vna cũ re ⁊ etate accre-
scit simul. Tanti p̄terea animi fuit vt ladislaũ regem potentissimũ qui ditionem ecclesie vexauerat regno p̄-
uauerit. Soluto concilio bononiã ꝓficiscitur. Tandem cum grauiter egrotare cepisset cardinales ad concor-
diam adhortatur. lacrimantibus omnibus saluatoris verbũ proferens. Pacē meã do vob pacē meã relinquo
vobis. statim moritur pontificatus sui mense octauo. sepeliturq̃ bononie in ecclesia fratrum minorum.



Linea imperatorum
Ruptus rex romanorum

Rupertus bauarie dux ac comes palantinus rheni anno millesimo quadrigentesimo wentzeslao bohemo pdicto impatore tanq̃ inutili (pter ignauiam ꝛ socordiã) imperio priuato ab electoribus impator delectus imperauit annis. x. Colonie ab archiepo coloniẽsi corona decoratus fuit. homo sane xpianissimus. iusticie cultor. in rebus bellicis strennuus ꝛ in defensione oppressorum sollicitus. ꝛ pterea a bonifacio pontifice in imperio confirmatus. Hunc quidem florentini pter ipsius animi magnitudinẽ contra galeaciũ mediolani ducem vltima desperatione ducti auxiliatorẽ ea in italiam conditione accersiuerunt vt non prius pmissam ingentẽ pecuniam acciperet q̃ vicecomitis terraꝝ cũ exercitu attigisset. venitq; extremo autumno impator vt ꝛ benedictionez imperialem a summo pontifice acciperet. ꝛ agrum vt pecunias a florentinis acciperet brixianũ. ad benaci gardelacus oram ingressus est. sed parte pecuniarũ iam pcepta galeacij copijs congressus fractusq; tridentum redijt. Coloniensis presul ꝛ leopoldus austrie dux ab impatore abeuntes cũ maxima copiarũ parte domũ redierunt. vnde venetis vocantibus e tridento profectus taruisiũ paduam est delatus. ad quem florentini oratores sumptuosissimo quidem apparatu. sed copias illius desiderio minores vt bellũ resumeret transmiserunt. Ductoresq; earum copiaꝝ fuerunt Sfortia attendulus cutignola romãdiole oppido oriundus tunc primũ nosci ceptus. ꝛ baldesar mutinensis. Cũq; pecuniaꝝ quoq; paucitatem addidissent florentini ꝛ in altercatione p mensez psisterent ꝛ solutio pecuniaꝝ negaret indignatione concepta impator abire constituit. equitatu igit per terram ad taruisium pmisso ipe venetias petijt visendiq; causa ciuitatem mirabilem. Susceptus aũt a venetis insigni magnificentia cunctis exhibitis. que ad honorandos principes exhiberi solent. cladem receptam exposuit. tãdem vo cum neq; pontifex romanus neq; veneti in fauorẽ auxiliũq; eius palam descenderent. florentini autem ea postulata que difficilia factu videbant differrent. re infecta mense aprili patauio mouens longis itineribus transalpes in germaniã redijt. Rupertus autem ex vxore elizabeth filia burgrauij nurmbergensis multos heredes reliquit. rupertus ꝛ fridericus ante patrem obierunt. supstites reliquit ludouicũ. stephanũ iohãnẽ ꝛ ottonẽ inclitos duces. Filias quoq; tres. vna duci austrie friderico de athesi. alia comiti cleuie quẽ sigismundus impator ducem fecit. tercia margaretha duci lothringie matrimonio iuncte fuerunt. Genitor aũt cum filijs vsq; ad obitum sub obedientia gregorij pape permansit. Concilium pisanuz nõ rite celebratum educens. Tandem post gloriosa gesta in impio ꝛ in germania. anno dñi M. cccc. x. in oppẽheim mortẽ obijt ꝛ in haidelberga ad sctm̃spm̃ sepultus.

Concilium pisanum



Conciliũ pisanum pvnione ecclesie pisis celebratuz fuit. sublata em̃ spe conueniendi benedictũ et gregorium anno dñi M. cccc. viij. de mense maij cardinales recedentes post longã disputationẽ florẽtie an ob pessimũ scisma ecclesie nociuũ cardiales cõcilium conuocare possent. determinatũ p doctissimos viros id licite fieri posse. vtriusq; pontificis cardinales p celebrando vniuersali concilio ciuitatem pisarum decreuerunt. cui rei cõmunitas florentina cõsensit. vnde significanter gesta p nũcios ꝛ lr̃as vocarũt ad conciliũ omnes epos p̃latos principes ꝛ cõmunitates. conuenitq; tandem in eo loco multitudo magna cunctaꝝ fere nationũ. In eo concilio accusati de collusione pontifices ambo. decretum est vt oratores mitteret ad vtrũq; vt ad locum accederẽt. quoꝝ operam benedictus derisit. gregorius non ad eos pertinere congregare conciliũ ait. Tandez ambo priuati sunt ꝛ alexander natione grecus ad pontificatum assumptus qui pauco tpe sedem petri tenuit. Testatus est per eam mortem quã ante oculos se continuo cernere dicebat nec reformidare cõscientia bene acte vite motus se existimare ꝛ credere que in concilio pisano decreta fuissent recte atq; integre facta esse omnia sine dolo malo fraudeue anno fere postq̃ sedere inceperat mortuus. quo anno laboratũ est fama ac peste. Per hec tempora ludouicus andegaueñ. fili⁹ ei⁹ ludouici qui cum carolo de regno contendit. pisas veniens concessionem regni appulie ab alexandro papa recepit. Naz ladislaus cuncta effecerat quo conciliũ impediret. itaq; cum exercitu contra ladislaum missus Cũq; eo baldazar coxa ex latere legatus. non multum tamen pfecerunt. ꝛ fere circa vrbem romam cõmorãtes nec vltra progresse irrito cepto redierunt.

S. Vincenti⁹ ordinis p̄dicatorum



Vincentius cathelanus ordinis p̄dicatoꝝ declamator ⁊ theologus celeberrimus ex valentia vrbe natus ac nobili familia ferrarioꝝ. Cui⁹ pater notari⁹ publicus qui tres habuit filios. petrū primogenitū laudabilis vite ⁊ vxorem habens. Aliū bonifaciū iuris vtriusq̧ doctorē. qui mortua vxore ordinē carthusiensium ingressus tantū sua prudentia effecit vt generalis prior ordinis fieret. Tercium vincentiū qui in virginitate p̄mansit. ⁊ anno M.cccc. ⁊ vltra nō modo celebri doctrina sed singulari sanctitate insignis fuit. qui cū p̄dicationis dono plurimuꝫ illustratus fuisset quoad vixit ecclesiam dei p̄dicando. docendo ⁊ monendo nonmodo verbis sed ⁊ exemplis adiuuare nō destitit. hoc sanctissimū opus euangelizandi triginta annis continuans. Tandē sedem petri tenente martino quinto anno. 1418. imperante sigismundo ex hoc seculo migrauit. ⁊ cū i morte ⁊ post mortem plurimis claruerit miraculis calixt⁹ tercius pontifex eius compatriota anno deinde dn̄i. 1455. eas ob res in sanctoꝝ confessoꝝ numero eū aggregauit. ⁊ eius festum nonis aprilis celebrari mandauit. Sepultus in senectute bona in ciuitate venetensi in eccl̄ia cathedrali q̄ ordo non habebat ibi conuentū. p̄dicabat aūt i vita sepenumero de finali iudicio ⁊ aduentu antichristi tanto terrore vt omnes in timoreꝫ conuerteret. vt peccatores futuram dei iram abhorrerent.

Franciscus martini ordinis carmelitaꝝ theologus celeberrimus p hoc ip̄m tp̄s in precio existens. cuꝫ multos erudisset discipulos ad agitandum intellectum librū de conceptiōe virginis Marie ꝯposuit.

Gerbardus groet claret sanctitate vite ⁊ scientia. ⁊ incepit ꝯgregationem in dauādria ⁊ plura scripsit

Johannes rußbroch clar⁹ habet. vir ad modū deuot⁹ ⁊ illūiat⁹. etiā m̄lta scripta i theutonico reliq̄t

Heinricus yota sacre theologie professor. Heinricus quoq̧ de hassia etiam doctor theologie. hij duo luminaria ecclesie in vienna pannonie fuerunt.

Baldus iuris doctor



Baldus perusin⁹ p̄cellentissimus legis peritus bartholi saxoferratensis discipulus. ⁊ ip̄e vna cū angelo ⁊ petro germanis hec ip̄a tempora clarissima reddidit. qui cū post magistrū suū in iuribus ciuili ⁊ pontificio obtinereret principatum infinita ꝓpe edidit libroꝝ volumīa. Sup toto em̄ iuris ciuilis corpore p̄egregie cōmentatus est. Insup ⁊ in scd̄o decretoliū ac feudis scripsit. Additiones ad speculum ꝯposuit. atq̧ clarissima consilia post se reliquit. Tandeꝫ ob doctrine p̄stantiam a philippo mediolanēsiū duce publico salario papie vocatus. anno dn̄i. 1423. mense aprili ibidē defunctus apd̄ frēs minores sepelit

Bartholomeus de saliceto iuris consultissimus p hoc tem pus floruit ⁊ in legibus nōnullos cōmentarios composuit. Hic cū apud albertum estensem ferrarie marchionē in p̄cio eēt cū ip̄o egit vt a bonifacio pō. p̄uilegiū ꝯuocādi studiū i ferraria obtineret

Nicola⁹ floretin⁹ medic⁹



Nicolaus eximij nominis medicus natione florentinus p hec tp̄a existens. in omni medicina grande opus componendo relinquens. qd̄ de omni medicina ex veterioꝛib⁹ ⁊ doctis medicis exquisitis accurata lucubratione extraxit Obijt deniq̧ florentie post multas curationes anno dn̄i. 1412.

Marsili⁹ de sctā sophia patauin⁹ medic⁹. ⁊ ip̄e m̄ltarū rerū cognitiōe insignitus cum quedaꝫ edidisset in medicina sup hippocratis libros multos scriptores ingenio ⁊ subtilitate p̄celluit ⁊ suā patriā doctrina ⁊ fama exornauit.

Iohēs rauennat⁹ grāmatic⁹ ⁊ rhetor luculētissim⁹ his tp̄ib⁹ floruit. vir certe maximi ingenij ⁊ singularissime doctrine. qui vt leonardus aretinus ei⁹ discipulus testat primus fuit a q̄ eloquētie studia tantope longo postliminio in ytaliā sunt redacta. Hic cū a francisco petrarcha egregie edoct⁹ fuisset. et ip̄e viros seq̄ntes excellētissimos habuit discipulos.

Crisoloras constantinopolitanus



Hemanuel crisoloras bizantinus patria constātinopolitanus. vir domi nobilis. ne dū litteraꝝ grecaꝝ peritissimus. verū omni doctrina ac virtutib⁹ nobilior atq̧ p̄clarus his temporibus constantinopoli patria a turchis obsessa. venetias mari delatus primo in exaudita eius fama inuitatus benigne ac postulat⁹ et litteras grecas ibi docere cepit que iam septingentis annis conticuerant ⁊ per eū reuiuiscere ceperunt. Hic itaq̧ cū in italiā venisset primo venetias multos adolescentes grecas docuit litteras. indeq̧ a florentinis publico solario vocat⁹ plurimos habuit discipulos. a iohanne rauennato p̄dicto litteris latinis edoctos. Inter quos fuere leonardus aretinus. paulus strotia. petrus paulus vergerius iustinopolitanus. omnibonus vicentinus. guarinus veronensis. carolus aretin⁹ pogius florentin⁹. franciscus barbarus ⁊ franciscus philelphus ⁊ alij. Indeq̧ curiam romanā cum secutus fuisset ⁊ apud constantiā vbi generale conciliū celebraret accessisset ⁊ p̄dicti discipuli dulcedine verborū suorū allecti eū sequi voluerunt. Hic aūt ⁊ si omni sciētia edoct⁹ fuerit nihil tn̄ scripto qd̄ extat reliq̄t. Constantie aūt deficiēs a pogio florētino melliflua orōne cū epigrāmate honestat⁹ ē.

Tamerlanes



TAmerlanes magnꝰ tartaroꝝ seu parthorū rex. incredibilis potētie vir. hoc etiā anno. 1402. vita excessit. Qui primū (vt aiūt) genere parthus humili loco natus. gregorius miles. adeo inter suos corpis agilitate excelluit. vt breui multaꝝ gentiū dux fieret. quibus parthoꝝ imperio potitus scythas. hyberos. albanos. persas. medosqꝫ sibi subegit. mesopotamiā inuasit atqꝫ armeniā. trāsitoqꝫ euphrate cū quadringentis milibus equitū. sexcentis milibus peditū. oēm asiā quā miorē appellamꝰ obtriuit. Regē oīm potētissimū pazaitē thurcoꝝ dnm cū pari equitū numero ⁊ magnis peditū copijs fines suos tutātem. apud armenos ꝑlio supatum ducentis milibus hoīm interfectis viuū cepit. caueaqꝫ ī modū fere inclusum. ꝑ omnē asiā circūtulit egregiū admirandū humanaꝝ rerū spectaculū. Castra eius in vrbis modū ordinata fuere. statuto cuiqꝫ arti loco ad vite vsuꝫ necessaria. summa semꝑ reꝝ copia inueniebaᷓ. cū nullus esset latrocinijs locus. Inde a thanai flumine vsqꝫ ad egiptū vniuersam asiam ꝑcurrens. smyrnas antiochiā. sebastē. tripolim. damascū. multasqꝫ validissimas vrbes vi cepit. diripuit atqꝫ incendit. Soldanū egiptioꝝ principē bello suꝑtum vltra pelusiū repulit. egiptū ingredi parantē. vaste solitudines ⁊ deserta loca auerterūt virū bellicis artibus insignē. Damasco capta cū arcis antique expugnatio difficilior videretur. Constructa e regione altera q̄ antiquā altitudine superaret vi cepit. Capha vrbs genuēsiū tūc colonia in thaurico cheronesso. nō ꝓcul a bosphoro cymerico existit. hāc cū tamerlanes inuadere statuisset. Schythas negociatores ꝑmisit. q̄ preciosissimas aīaliū pelles minori quā ꝯsueuerūt ꝑcio venūdarent. Sciens aurū abscondi posse. pelles subfodi nō posse. Moxqꝫ bello indicto admotis vrbi machinis expugnata vi atqꝫ armis ciuitate. Et auro ⁊ pellibꝰ potitus ē. In obsidionibus vrbiū prima die albo tentorio vtebatur secūda rubeo. tercia nigro. qui sese dabāt in albo sedenti salutē conseq̄banᷓ. rubeus color moriendū indicabat. niger ciuitatis excidiū. ⁊ oīa in cinerē cōuertenda. Fama ē ꝑplos cuiusdā ciuitatis q̄ prima die deditōnem neglexisset. pueros puellasqꝫ oēs in candida veste ramos oliue p̄ se ferētes exiuisse vt principis irā placarēt illū oēs ab equitatu coculcari atqꝫ cōteri iussit. ⁊ vrbē captā incendi. Interrogatus ab homie genuensi q̄ ei familiaris erat. cur tanta crudelitate vtereᷓ. Cōmotū distorta facie ac spirātibus ignē oculis respōdisse. Tu me hoīem eē arbitraris falleris. Ira dei ego sum ⁊ orbis vastitas. caueto ne post hac mihi occurras. Ferebant qui Tamerlanē viderūt eū hanibali simil̄ē. Deletis regibus vastatis pluribus ꝓuincijs onustū de victarū gentiū spolijs exercitū in patriā reduxit. Et ciuitatem marchantē condidit ⁊ hostiuꝫ spolijs exornauit. Vita functus duos filios reliquit regni successores. qui discordia laborātes effecerunt ne parthorum imperium rursus posset emergere.

Paulus venetus



PAulus venetus eremitarū diui Aug. Et ipe theologoꝝ ⁊ phoꝝ princeps. nec nō ⁊ disputator acerrimꝰ. Hoc ipo tpe in vniuersa ytalia nominatissimus habitus est. eo ꝙ cūctos dialeticos phos. ac sue etatis theologos sine cōtrouersia suꝑauerit. ac etiam tanqꝫ alter apollo post se futuros phos sue sapientie lacte nutriuerit. qui nisi matura morte p̄uentus fuisset. oēs antecessores suo ingenio suisqꝫ scriptis suꝑasset. Attn̄ in iuuētute sup libros Aresto. cōmētaria scripsit. Et summā in phia. logicā breuē. Summulā de naturalibus. atqꝫ cōtra cecitatem iudeoꝝ tractatum edidit. Sermones multos ad clerum. Tandem iuuenis satis moriens in sacristia sui ordinis sepulcro marmoreo sepelitur.

BArtholomeꝰ de vrbino ipius eremitarū ordinis diligētissimus doctor. ⁊ vrbinatus epus hoc ipo tpe clarus effulsit. Qui ⁊ si multa ediderit in primis augustini atqꝫ ambrosij singula dicta in alphabetum redegit. Et opꝰ Millelo quiū cōi vocabulo appellauit. Aliud quoqꝫ de spūali bello.

IOrdanis itē alemanus eruditus theologus ob ipiꝰ doctrinā ⁊ multaꝝ antiq̄tatū indagatōnē magno in precio fuit. Qui inter cetera pulcrū quadragesimale edidit. Apocalipsimqꝫ pulcre explanauit.

IAcobus q̊ꝫ ordinis heremitaꝝ theologus natione toletanus hisdē tꝑibus floruit. Et vniuersaꝫ ferme scripturā sacram cōplanauit. ⁊ Sophologiū cōposuit p̄cellentissimū ad diuinā sapientiaꝫ perq̄rendaꝫ suasoriū. Quod quidem volumen quanti facūdum sit multis epigrāmatibus declaratur.

VErona clarissima ac vetustissima ytalie ciuitas. anno. 1405. sexto kal. iulij (a carrariensibꝰ occupata ⁊ pessundata) in venetorum manns concedente ioanne maria vicecomite mediolani duce. ꝑ franciscuꝫ ganzagam. ⁊ iacobum fermē. ⁊ paulum seuellum patriciū romanū deuenit. Et nūc vsqꝫ cū magno augmēto ipsius permansit.

PIse item potentissima ac superbissima etrurie ciuitas florentini populi emula. hoc anno durissima obsidione ⁊ acerrimo bello domita in ipsius populi florentini ditioneꝫ potestatemqꝫ deuenit. Impetu enim facto florentinos vrbe eiecere. ⁊ ipam in libertatem reduxere. Florentini ignominiā non ferentes. bellū pisanis intulerunt implacabile. Et cōmeatibus vndiqꝫ interclusis vrbem acerrime obsiderunt. quam post aliquot menses fama crudelissima laborantem. prodente eam ioanne gambacurta iugum ab integro suscipere coegerunt.

Patauiũ magne potẽtie ac splendoris ciuitas anno dñi. M.cccc.vi. obsidione a venetis oppressa in venetoꝝ manus deuenit. Franciscus eni iunior carrari⁹ frãcisci senioris filius cũ in vicẽtinos exercitũ duxit. Cui statim venetoꝝ dux ⁊ senatus tybicinẽ mittens rogat ne vicẽtinos vectigales bello attingat alioqn senatũ venetũ haberet inimicũ. Sz frãciscus durius crudescere cepit. Indignati veneti cũ frãcisco ganzaga fedus pcutientes generalẽ ducẽ ꝯ eũ constituerũt. primo veronã cepit ꝯcedẽte mediolanensi ducissa. Et capto iacobo carrariensi vinctũ venetias transmisit. Inde in patauiũ exercitũ ducẽs p⁹ aliqs mẽses cũ fama oppssa eẽt. et peste grauissima ⁊ cõtinuis oppugnationibus. galeacius ganzaga francisci frater ignorante carrario p portã sancte crucis sibi a ciuibus apertã copias introduxit. Et casu carrariũ reperiens. vbis cõuenerũt. vt galeazio castri dominio ꝯcesso. ipe carrarius ad senatũ p misericordia impetranda cõmigraret. Et si qȝ volebat impetrasset. Ciuitas ipi⁹ esset. Sin aũt regrediẽs i pristino statu restitueretur. Ideo carrarius cũ francisco tercio filio ad senatũ i veste humili accessit. a q̃ nullã grãm pmeruit. sz obiurgationibus mulctatus. i carcerẽ cũ filio recludi iubet. Et statim missis cõmissarijs ciuitas nomĩe senatus occupata ẽ. Que res galeatio molestissima fuit. Frãciscus postmodũ strangulat⁹. fili⁹ q̃ mortis genere perierit dubiũ. Supfuerãt eius duo filij Obertinus ⁊ Marsili⁹ q̃ añ captiuitatẽ vrbis ad etruscos ꝯfugerãt. At sic eo anno qrto kal. decẽbris veneti patauiũ obtinuere. Et due potentissime ac illustrissime familie. s. Scaligeroꝝ ⁊ Carrariensiũ ꝓpter eoꝝ dissensiones sue diuturnitatis ⁊ potentie. vno q̃si tpe finẽ acceperũt. Qui in verona ⁊ patauio p annos multos maxima cũ gloria imperij sceptra tenuerũt. ac sic veneti plurimas ciuitates obtinuerũt. ⁊ eorum nomen supra modum excreuit.

Ordo monachorum montis oliueti



Ordo monachoꝝ alboꝝ. qui mõtis oliueti ordo nũcupat. Huius scismatis tpibus in senẽsi agro a qbusdam nobilissimus senẽsibus initiũ sumpsit. Multi nãqz clarissimi senenses q̊s scismatũ ⁊ bellicaꝝ tedebat pturbatio. spũssancti grã inspirati. vrbe vno animo egressi. nõ longe in montẽ q̃ oliuetus dictus accressere. vbi i vnũ congregati. Et a curis mũdialibus semoti. tãqz eremite deuotissimi deo in orõnibus ⁊ vigilijs ac crebris ieiunijs deseruire ceperũt. Quoꝝ exemplo multi nobiles ⁊ adolescẽtes permoti. desiderio celestis pñe ad eosdẽ cõfluxere. Quãobrẽ incredibili feruore in dei huitio excrescere ceperũt. Quoꝝ fama cũ ad põtificez puenisset principaliores ad se româ vocauit. Et eoꝝ viuendi ꝓpositũ diligenti examinatõne intelligere voluit. Cognitisqz eoꝝ votis. Exclamauit dicẽs. hãc plantationẽ esse diuinã. nõ humani cõsilij. Exhilaratusqz pontifex illoꝝ vitã ⁊ modũ viuendi. sicut eorum priuilegijs ꝯstare dicit. qz libentissime comprobauit. Et vt id diuinũ opus sceptũ stabilitatẽ susciperet statim albũ habitũ ad diue vginis marie reuerentiã cũ regula beatissimi bñdicti eisdẽ contulit. Quas maximis ꝑuilegijs ⁊ gratijs cõmuniẽs inter mõchos diui bñdicti annũerauit. ⁊ mlta mõsteria icolẽda ꝯcessit.

Ordo nouus mendicãtiũ sub diui hieronimi titulo. ꝑsulante Innocẽtio septimo põtifice nup defuncto ex tercio ordĩe seraphici francisci. a qdã Ordo noĩe mõtis granelli comite apud fesulanã ethrurie vrbẽ primo excitatus ẽ. Ei⁹ aũt coadiutor h̃ in sctõ opere Gualterus marsus fuit. Et hi duo mire sanctitatis ⁊ integritatis viri huiusce regularis obsuãtie ⁊ discipline fundatores ⁊ auctores fuere. Et sanctissimis institutis cũ doctrina atqz exemplo mirũimmodũ erexere. Quẽ qdẽ ordinẽ gregorius. xij. iste priuilegijs approbãs sb regula btissimi pris Aug. quo ad vota principalia aplica auctoritate ꝯfirmauit. Eugenius deinde qrtus vir vtiqz religiosissimus ⁊ ipe eadẽ auctoritate additis alijs priuilegijs mendicantium iteꝝ approbauit ⁊ confirmauit. Eisdem aũt in memoriã pristine tercij ordinis religionis habitũ griseam tunicam cum clamide similiter grisea pro habitu concessit.

Ordo canonicorum sancti Georgij in Alga Venetiarum

Ordo alius canonicus celestini habit⁹ cõgregatõnis sancti georij de alga apud venetias hisdẽ tpib⁹ a religiosissimo viro postea pñarcha laurentio iustiniano atqz alijs religiosis primum incredibili fauore ⁊ qdã austeritate initiũ sumpsit. Quã cõgregationẽ Gregorius pdictus qbusdã cõstitutionibus sibi datis sb prima bti petri regula ꝯfirmauit. Que statim egregijs viris ac doctissimis valde creuit. Quorũ de numero Antonius Corarius Gregorij pontificis nepos. inde hostiensis cardinalis. Et gabriel postea Eugeni⁹ qrt⁹. Qui mõasteriũ a pncipio pña hereditate plimũ ãpliauit ⁊ exornauit. Fuere ⁊ alij ea i ꝯgregatõe successores vita ⁊ morib⁹ pclarissimi. Qui religiõz doctrina atqz optimis exẽplis p virili sua illustrarũt. Marin⁹ quirin⁹ egregius. ⁊ mapha⁹ cõtaren⁹ venet⁹ postea pñarcha ⁊ alij complurimi.

De heresi hussitarum et eius origine

Johannes wicleff



Perfida hussitaꝝ insania que sub rege wentzeslao etatis sue anno q̄nquage-
simo ortū habuit. His temporibus germanos catholicos crudelem ī mo-
dum armis vexare cepit. cuius originem ⁊ ꝓgressum hoc loco ꝓsequi animus
est. q̄m ea pestis cū pene totam germaniā conturbauit neq̃ adhuc extīcta regni
bohemici magnam partē occupat. Rexerant scolaȝ pragenseȝ primo theutones
id molestissimū bohemis fuit hominibus natura ferocibus atȝ indomitꝭ. Ex q̄-
bus vir q̄dā genere nobilꝭ ex domo quā putridistis vocant apud oxoniā anglie
ciuitatem lr̄is instructus. cū iohannis wicleffi libros offendisset quibus de rea-
libus vniuersalibus titulus inscribitꝰ magnope illis oblectabatꝰ exemplaria se-
cum attulit. inter que de ciuili dn̄o. de ecclesia. de diuersis questionibus contra
clerum. pleraq̃ volumina veluti preciosum thesaurū patrie sue intulit. imbutus iam ip̄e wiclefistarū ve-
neno ⁊ ad nocēdū paratꝰ virus in ciues euomuit. Comodauit aūt scripta que attulerat. his potissime qui
theutonicoꝝ odio tenebantꝰ. inter quos iohannes emicuit obscuro loco natus. ex villa hus quod anserē
significat cognomentū mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri ⁊ lingua diserta multūq̃ dialeticis oble-
ctaretꝰ ⁊ peregrinas opiniones amaret auide admodum wiclefistaruȝ doctrinam arripuit eaq̃ theutoni-
cos magistros vexare cepit sperans eo modo confusos theutones scolā relicturos. Quod cū non succede-
ret a rege impetrarunt vt pragense gymnasium ritu parisiensis gubernaretꝰ. Ea res magistratū scole theu-
tonibꝰ abstulit. Quam ob causam cōmoti magistri ac discipuli theutonici generis iureiurādo adacti vno
die supra duo milia pragā reliquere. nec diu post circitꝰ tria milia secuti apud liptzk misne ciuitatē triū die-
rum itinere a praga distantem vniuersale studiū erexere. quod ab alexandro pontifice priuilegijs munitū
ac confirmatum fuit. ⁊ ꝑ illustres duces saxonie dotatū ac structuris exornatum. a quo liptzk in cunctꝭ au-
gmētū sensit. Bohemis scole sue gubernatio libera patuit. q̄ꝝ pn̄ceps habitꝰ est iohannes hus lingua
potens ⁊ mundioris vite clarus. qui vbi satis fidei cōpactum sibi existimauit venenū quod iam pridem
occulte conceperat palam euomuit. multa de libris wicleffi in mediū attulit asserēs in eis omnem veritatē
ꝯtineri. adijciensq̃ crebro inter p̄dicandū se postq̃ ex hac luce migraret in ea loca proficisci cupere ad que
wicleffi anima ꝑuenisset. quem virū fuisse bonum celoq̃ dignū non dubitaret. Verū in lundano quadra-
ginta quatuor articuli in eius libris reperti ab archiep̄o canthuariensi ⁊ alijs ep̄is ⁊ doctis viris condē-
nati. wicleff exhumatus corpus cōbustum fuit. Sequebantꝰ tamen iohannem cleri ferme omnes ere ali-
eno grauati sceleribus insignes ⁊ ab eccl̄ia catholica recedentes ip̄am valdensiū sectā ⁊ insaniaȝ amplexi
sunt. Huius pestifere ac iam pridem damnate factionis dogmata sunt. Romanū presulem reliquis epi-
scopis parem esse. Purgatoriuȝ ignē nullum inueniri. Vanum esse orare pro mortuis ⁊ auaricie sacerdo-
talis inuentuȝ. Dei ac sanctos imagines delendas. Mēdicantiū religiones malos demones inuenisse. Sa-
cerdotes pauperes esse debere sola contentos elemosina. Auricularem cōfessionē nugacem esse. Suffice-
re sua queq̃ deo in cubili suo confiteri peccata. Cymiteriorum inanem vsum. Sacerdotē quocūq̃ loco sa-
cruȝ xp̄i corpus ꝯficere. In canonicis horis frustra tp̄a teri. Jeiunijs ab ecclesia institutis nihil inesse me-
riti. atq̃ alios plerosq̃ errores edixere. Sed attulit nouam pestem petrus dresensis. id est oppidū mis-
ne super albim situm. qui apud ecclesiaȝ sancti michaelis populū predicādo instruebat. iacobellū misneñ.
aggressus mirare ait doctum virū errorem aliū nō animaduertisse. cōmunionis eucharistie in qua sꝫ vna
tm̄ specie dn̄icum corpus ministratur. cū apud iohannē euangelistaȝ ⁊ apostolū xp̄i sub duplici specie pa-
nis ⁊ vini summi debere videatꝰ. Cōmotus his iacobellus in vetustis codicibus dyonisij p̄sertim ⁊ cy-
priani cōmunionē calicis laudatā inuenisset publice cōmouere populū cepit ne cōmunione calicis quo-
quo pacto negligerent. Huic heritici consensere haud modica gescientes leticia quod articulum inuenis-
sent in euangelica lege fundatū. Inde varia attemptata fuerunt vsq̃ ad conciliū constantiense sine fructu
Apud em̄ glatouiam nobile monasterium fratrū predicatoꝝ extra menia oppidi sitū a fundamentis deiici-
unt. eaq̃ prima ecclesiarū ruina in hussitarum nouitate facta. decurritꝰ in ecclesias monasteriaq̃ passim no-
bilissima superis dicata templa. ferro atq̃ igne vastantꝰ. Per idem ferme tempus surrexit ⁊ alius pseu-
do sacerdos apud pragam iohannes quidā ex ordine premonstratensium ip̄ius monachus ⁊ in om̄e sce-
lus audax. cū neq̃ bene sapere viderentꝰ monasteriū carmelitarum inuasit. Sophia interim anxia quo pa-
cto tueretꝰ crebris nuncijs ac litteris sigismundū vocare. vicinorum auxilia petere atq̃ in omnes partes
mentem dirigere. Sigismundum malo vsum consilio in turchos qui se iam prius castris exuerant arma
prius mouere quā bohemiam petere libido incessit. ꝙ si mox exercitum pragam duxisset anteq̃ vires he-
reticorum coaluissent nunq̃ ea incendia germaniam exiuissent. At ille cū turchos lacessere parat bohemi-
am amisit ⁊ hungariā non defendit. Eapropter cū serū esset eius auxilium regina ex thesauro regio copi-
as cōparauit. arcem firmauit. pugnatūq̃ deinde die noctuq̃ quiq̃ diebus seuissimis ausis. multi vtriq̃
cesi. pretoriū incendio deletū ac magnifice domus exuste.

Linea sūmoꝝ pontificum
Johānes vigesimustercı⁹



Martinus quintus



Anno mundi. 6609. Anno xpi. 1410.

Johannes eius nomīs vigesimustercius papa. patria neapolitanus ⁊ nobilis. Baldesar cognomento cossa antea vocatus. sancti eustachij dyaconus cardinalis hoc anno p̄dicto alexandro mortuo bononie pontifex creatus. sedit annis. 4. menses. x. Sunt qui scribant id factū violenter esse. qꝛ ⁊ legatus bononiensis esset ⁊ armatos milites tū in vrbe tū in agris ꝓ statione habuerat. vt si p̄cario id obtinere nō posset minis ⁊ armis tandē consequeretur. Cum multi ꝓducti fuerunt neminē approbare voluit. date inquit mihi petri clamidez ego eam dabo pontifici. ille pallium humeris suis imponens. papa ait ego sum. id q̄zuis patribus displicuisset. vtcūqꝫ est. constat eum pontificem creatū fuisse ad eamqꝫ dignitatē semꝑ aspirasse. Erat aūt hic pontificij ⁊ ciuilis iuriū peritissimus. vir in temporalibus quidē magnus. in spiritualibus nullus omnino atꝫ ineptus. ⁊ reꝝ gerendarū experientia magisqꝫ vite sanctimonia preditus. Qui suscepto pontificatu dies aliquot bononie cōmoratus. ⁊ postmodum romā ꝓfectus est. fuerat em̄ illa prius aliquanto de manibus extorta ladislai. Iter eius per agrum florentinū ⁊ senensem ad inferū mare. inde ꝑ tarquinatem ad vrbez fuit. post hec apparatus facti. misseqꝫ aduersus ladislaum copie: duces militie erant paulus vrsus ⁊ Sfortia. Verū sequenti anno iterato iohannē bello vexare cepit. Ideo pontifex timore correptus florentiā primo. postmodum bononiam venit. ⁊ nō ita multo post mantuā ad Johannem franciscū gonzagam ꝓfectus est. ibidemqꝫ ⁊ laude ⁊ cremone cū sigismundo cesare de pellendo ladislao qui romā ⁊ multa ecclesie oppida occupauerat conuentū habuit. Inde ad conciliuz Johannes omniū nationū consensu citatus ad tollendū scisma duos cardinales in germaniā misit. qui vna cum principibus gallice ⁊ germanice nationis locū ydoneum deligerent. Constantia igit̄ germanie vrbs ydonea est visa Eo ꝓficiscunt̄ omnes. ⁊ iohannes pontifex admonentibus quibusdā ne id faceret. eo tamen profectus. Verū superueniente sigismundo multa crimina pontifici obiecta sunt. quoꝝ causa mutato habitu familiaqꝫ clanculū noctu fugiens. Cū iam amplius quatuor mensibus in concilio fuisset schaffhusen abijt burgundiā petere festinans. iussu friderici ducis ꝑ viam retentus imperatori tradit̄ ⁊ in insula sancti marci in carcerē conijcitur. Causam fuge concilium disquirere tum cepit. ad quadraginta exinde capitula contra eū probata sunt. merito e pontificatu deiectus. ad ludouicū igit̄ bauarie ducem missus in haidelberga triennio asseruatus est. Tandez eo in concilio martinus pontifex surrogatus dū apud florentiā existeret ⁊ a cosma de medicis ciue florentino rogaret̄ iohannē a carceribus liberauit. Cū ad martinū venit sese pedibus martini subijciens eū vt pontificem verū ⁊ vnicū recognouit. Martinus ea hūilitate cōmotus. primus cardinalis efficit̄ tusculan⁹. Nec annū integrū sup̄stes florentie e vita migrauit. vbi ⁊ a cosmo medice amicissimo suo honorificentissimo sepulchro in diui Johannis baptiste templo magna adhibita funeris pompa sepultus est.

Anno mundi. 6616. Anno xpi. 1417.

Martinus quintus papa. patria romanus. otto cognomento colūna prius vocatus. Ex illustri colūnensium familia natus hoc anno in celebritate sancti martini epī ex cardinali dyacono in constantinsi cōcilio nationū omniū ⁊ cardinaliū consensu pontifex creatur. Is em̄ a teneris annis cura parentū moribus et litteris imbutus. vbi adoleuisset iuri pontificio perusij operam dedit. vnde ad vrbem rediens ob integritatem ⁊ doctrinam vrbani sexti referendarius factus. Inde diaconus cardinalis ab innocentio septimo creatus. humanior factus patrociniū suum omnibus prestabat. In conuentu constantiensi cū multe in vtrāqꝫ partem altercationes haberent̄ ip̄e mediū quoddam tenuit cōmuni vtilitati semꝑ consulens. Hanc ob rem et imperatori sigismundo ⁊ cardinalibus omnibus gratus. Qui in pontificatu constitutus nō somno ⁊ ocio sed negocio ⁊ sollicitudini deditus oīa ad rē pertinētia miro ꝑfecit modo. Vir antea nequaqꝫ sagax extstimatus sed benignus. In pontificatu tm̄ ita opinionē de se prius habitā redarguit vt sagacitas quidē in eo summa. benignitas vo non sup̄flua neqꝫ minima reperiret̄. Peracto demū concilio reuersus ꝑ fines mediolaneñ. Mantuanoꝝ ferrariensiū rauennatū florentiā venit. bononiā vitans que se per id tp̄s in libertatē vendicarat. florentie vo bienniū fere resedit ꝑopportuno loco ad rē ecclesie componendā. Nā ⁊ cū braccio q̄ ecclese oppida ꝑmulta occuparat oppitulantibus florentinis concordiā fecit. Illiusqꝫ post hec fretus opa bononiam redegit in suā potestatē. ⁊ ceteras vrbes vbiqꝫ recepit. ex quo eius plurimū creuit auctoritas. florentiā tandē abiens ciuitatem metropolitano honore exornauit romā desideratus ꝑuenit. vniuersa vrbe eidem obuiā effusa. que eū nō secus ac patrie parentē expectabat. quā adeo vastatā inuenit vt nullā ciuitatis faciē habere videbat̄. Quā ob rē pontifex pietate cōmotus ad eā exornandā cōponēdosqꝫ mores ita animū adiecit vt breui ꝯualescens meliorē faciē p̄ se tulerit. plura in vrbe restituit. Hic aūt vir in omni vita integer Demū pontificatus sui anno quarto mense tercio rome apoplexia morit̄. etatis sue anno sexagesimotercio. Sepelit̄qꝫ eius mandato in basilica constantiana ante capita aplo̅ꝝ sepulchro eneo. comitante populo ro. et clero nō aliter flēte q̄ꝫ si eccīa dei si vrbs roma vnico atꝫ optimo ꝑnte orbata fuissꝫ. vacat tū sedes dies. xij.

Linea imperatoꝝ
Sigismundus



Duo amantes hijs diebus in ytalia fuerūt. Miles vnus eurialus noīe Sygismūdi impatoris. curialis pcipuus. Et lucrecia in senēsi ethrurie vrbe. ambo decori. amboqꝫ speciosissimi. Uer lucretia mira pulcritudine precellens. Res acta senis est dū sygismundus illic degeret. Hij nāqꝫ ceco amore adinuicem solo visu exarsere. Et tandē ad cōcupitū finē puenere. Et cum ibidem p aliquot temp⁹ dies suos deduxissent. ob cesaris absentiā facta fuit sepatio. Ex qua tātā vterqꝫ contraxit tristiciā. ꝙ lucrecia post longas lacrimas egritudinē incidit. Et q̄r cor suū aberat inter brachia matris indignantem exalauit aīam. Eurialus vo postqꝫ obisse verū amatorē cognouit. magno dolore pmotus. cōsolationē vllam admisit nisi postqꝫ cesar ex ducali sanguine virginem castissimā sibi matrimonio coniūxit. Ex quoꝝ exemplis monētur. vt temperatis motib⁹ studeant. Qui enī nūqꝫ sensit amoris ignem aut lapis est aut bestia. Ipse nāqꝫ per deoꝝ medullas non latet igneam fauillam. horum historiā pius pon. ante pontificatum pulcre descripsit.

Notate senes qui increpa rij iuuenes amantes

De aduentu Delphini in alsaciā. tpe concilij basilieñ.

Uenit per hos dies ludouicus delphinus vieneñ. ac primogenitus regis francie. cum magno exercitu infra limites imperij. Oppidumqꝫ obsidione cinxit. Cui nomē est mons belligradi. quod ab imperio comites de wirtenberg habēt i feudū. Ibi cum aliquādiu delphinus maneret. cū castellanis tandē conuenit. vt sibi ad certum tempus oppidum traderet. Quo lapso id libere restitueret. Nam aliter vi decreuerat expugnare. vt locum haberet in quo morari posset. quia non decebat regis filium in campis degere absqꝫ tecto. Postqꝫ aūt delphinus belligradi potitus est. fama vndiqꝫ aduentum suū publicauit. ſ non vno modo apud omnes. Apud aliquos nāqꝫ se in auxiliū nobilitatis venisse predicabant. tanqꝫ in germania p comites esset oppressa. Apud alios vo vocatum se dicebat per romanoꝝ regem cōtra Swicenses. nōnullis aūt se velle vendicare iura domus francie se asseuerebat. que vsqꝫ ad rhenū protendi dicebat. Ex hac causa vrbem argentinā obsessurū se affirmabat. dicebat ⁊ ꝓpter ducem sygismūdū se venisse. Et hos rumores vbiqꝫ publicari studebat. Non ꝙ ita esset. ſ ꝙ fauorem ob eam causam sese putabat habituꝝ. De delphini exercitu varia dicta sunt. qui minora probant quinqꝫ. ⁊. xx. milia censent esse. Concordatū est inter delphinū ⁊ alsacieñ. quinqꝫ ⁊. xx. milia hominū ex suo exercitu p hyemem in oppidis alsacie recipi debere. ipseqꝫ delphinus ⁊ thuriceñ. ⁊ alijs obsessis ferre opem promittūt. Ueniebant iam delphini gentes q̃ vulgo vocantur armeniaci in subsidiū quoddā castelli. quod swiceñ. ꝓpe basileam obsidebant. suiceñ. vt hec senserunt non expectatis hostibus obuiam pergunt. primasqꝫ armeniacoꝝ turmas incidūt. stragem dāt. plurimosqꝫ neci prebent. armeniaci vo retro pedetenti fugientes ad maiorē exercitum se recipiūt. Illi sanguinis cupidi ⁊ auidi victorie dū gloriam querunt. ꝓpriam salutem amittunt. Uentum est ad hospitale sancti iacobi quod vix stadijs quatuor a basilea distat. ibi vniuersa multitudo armeniacoꝝ in suiceñ. irruit. Nonnullis ante portas basilieñ. positis qui exeuntes obseruarent cederentqꝫ. Cōmittitur atrox ⁊ miserabile p̄lium. Cadūtqꝫ ex vtraqꝫ parte q̃plurimi. prelium a principio diei vsqꝫ ad finem tractum est. Ad extremum non victi suiceñ. ſ vincendo fatigati. victoria lugubris armeniacoꝝ fuit. Campusqꝫ liber eis māsit. nō virtute. ſ multitudine supantibus. Ex armeniacis dicūt aliqui plures stratos esse q̃ ex suiceñ. Magna cedes equorum fuit. plures theutoni dum suiceñ. vlcisci volūt vitam amiserūt. Dum hec agūtur rex romanorum oratores ad delphinū mittit. episcopum augusteñ. ⁊ ioannē de aych doctorem. nonnullosqꝫ milites perscrutatum. Quid cause sit quod imperium cum exercitu sit ingressus. Redeunt oratores ⁊ cum his delphinus suos ad regem destinat qnqꝫ viros prestantes. Interim ex parte concilij basilieñ. cardinales duo arelateñ. ⁊ sancti calixti pluresqꝫ alij doctores delphinū adeūt. Et cum hijs ciues basilieñ. deprecanturqꝫ neue concilio vel ciuitati nocent. Is rursum suos basileam cum hijs nūcios mittit. Qui habuerunt diuersos concordie tractatus. Nam ⁊ oratores felicis pape ac ducis sabaudie totiusqꝫ suiceñ. factōis illuc ꝯuenerāt. Oratores qui Nuremberge fuerunt dixerunt delphinū vocatu regis contra suiceñ. venisse. Tandem cū deuastationem in alsacia peregerunt. non sine nece suoꝝ ad ꝓpria reuersi sunt. Anno domini. 1444.

Brixia olim nobilissima cenomanoꝝ galloꝝ ciuitas. Et nūc q̄dem inter ceteras lombardie vrbes admodū potens. antea hec tp̄a. vi. ydus marcij in venetoꝝ manus deuenit. Hui⁹ cā fuit ꝙ philippus dux quēdam virū pessimū ibidē vectigalibus p̄fecerat. Qui intollerabilia ciuibus imponēs. ꝓpter quod brixiaꝫ lacessiti venetis ciuitatē obtulere. Susceptaq̄ꝫ brixia cardinalis q̄ꝫ sancte crucis vltro citroq̄ꝫ sepi⁹ nūcijs transmissis. Tandē pacē ea ꝯditione inter philippū ꝛ venetos cōposuit. vt brixiā veneti. et oppida brixianoꝝ cremonensiūue. q̄ antea ipi ꝛ mantuan⁹ marchio ceperāt retinerēt. Insup ꝛ bergomū eiusq̄ꝫ agrū legatus ex federe ipis venetis designauit. hac etiā cōditione. ne socios venetorū florētinorūq̄ꝫ bello lacesseret. Inde veneti tantā glīam ꝛ vtilitatē ꝯsecuti sunt. Deinde arx vi ꝛ machinis vix est expugnata. Deinde bellū lucense a florētinis suscipit̄ qđ p annos tres maximo cū vtriusq̄ꝫ ppl̄i dāno ꝓtractū fuit.

Cosmas Mediceus, ciuis florentinus



Cosmas mediceus florentinus potētissimus ciuis. Qui e florētia pulsus. Cū anno dn̄i. 1432. in vrbē rouocatus esset. gubernatōem oēm reipublice statim reformare fecit. Vn̄ ꝛ multos alterius aduerse factionis in exiliū egit. fuit em̄ apud florentinos ciuis primarius. oīm̄q̄ꝫ nō solum apud ytalos ſ; forte et apud exteras nationes opū affluentia prim⁹ habitus ē. Verūetiā prudētia humanitate. liberalitate. bonorūue artiū ꝛ p̄sertim historiaꝝ p̄stantia oēs supauit. Tāta fuit hui⁹ diuitiaꝝ abūdantia vt suo auxilio frācisc̄us sforcia mediolanēsiū ducatū obtinuerit. Multa quoq̄ꝫ eccl̄iastica edificia cultiora reddidit. Et in primis celebre monasteriū apud fesulas nō longe ab vrbe florētina ordinis canonicoꝝ regulariū extruxit. aliud etiā intra vrbē in honorē btī marci euāgeliste ordis sancti Dn̄ici a solo edificauit. In q̄bus bibliothecas extruxit adeo supbissimas. vt oīes supent in ytalia. libris notabilib⁹ in diuersis facultatib⁹. nō solū latinis ſ; ꝛ grecis. q̄ fuerant Nicolai de nicolis viri studiosi lingue vtriusq̄ꝫ periti illā exornans. alia quoq̄ꝫ ea in vrbe extruxit monasteria ꝛ priuata edificia. Et nō longe a domo habitationis monasteriū seu canonicatū pmagnificū edificauit in honore diui laurētij. Que opa viri magnificentiā p̄ se ferūt. Porro cū sic annis multis vixisset. Relicto filio petro virtutis paterne imitatore. anno domini. 1464. kal. augusti defunctus ē. in bona senectute. apud sctm̄ laurentiū conditū cū hoc titulo. Cosmas medices patrie pater. laurentius ex filio petro nepos omnes auitas virtutes atq̄ꝫ diuitias reuiuiscere fecit.

Nicolaus euboicus



Nicolaus euboicus sagūdinus ep̄s latine ꝛ grece lingue atq̄ꝫ elegantie p̄nceps laudatissim⁹ habet̄. Qui in freq̄nti florētino cōcilio medius assistēs multis ꝛ eruditis viris audientibus disputantiū v̄ba atq̄ꝫ sentētias tū grece tū latine ꝓlatas mira celeritate ꝛ adeo accomodate referebat vltro citroq̄ꝫ in vtraq̄ꝫ lingua fidelissime ꝛ summo ornatu reddebat.

Ambrosius florentinus ordinis camaldulēsis general' abbas theologus insignis latine greceq̄ꝫ lingue accurate doctus. ꝛ bonis omnibus disciplinis ornatus in eo cōcilio clarus habetur. inter cetera sui ingenij monimenta. Diogenū Laerciū de morib⁹ ꝛ vita philosophoꝝ ad Cosmū mediceū e greco latinū fecit. Alia quoq̄ꝫ opuscula docta cōposuit.

Joannes Tortellius natione aretinus romani pōtificis subdiaconus ꝛ cubicularius. ac nicolai postmodū pontificis ꝯtubernalis ꝛ studioꝝ suoꝝ intimus comes grecis latinisq̄ꝫ lr̄is ac theologicis nō mediocriter doctus. hac tempestate floruit. Qui inter cetera studioꝝ suoꝝ opa describendi rōne opus p̄clarū edidit. Et ortographiam suis lr̄is ornat. Athanasij quoq̄ꝫ vitā ad eugeniū papā in latinū transtulit. Et appianū historicū aduerbū interpretatus est.

Antonius cermisanus medicorum monarcha



Antonius Cermisan⁹ medicine monarcha. qui lectioni ordinarie padue lōgo tempore p̄fuit. Quē sequētes miris extollūt laudibus. fuit homo hilaris ac iocūdus debite carnosus cōplexionem a deo sibi donatā optimā habēs. q̄ in senectute masculos pulcerrimos post se reliquit. primus ex mente abocili casum in terminis more iuriscōsultoꝝ aperuit. Consiliaq̄ꝫ ex viscerib⁹ Auicēne ad omnes egritudines posteritati reliquit. Diem clausit extremū. anno legi gratie 1441. vicesimaquarti augusti. sepultus apud sanctum Antoniū padue.

Bartholomeus de montagnano medic⁹



Bartholomeum montignanū philosophū ꝛ medicū celeberrimū etas ista attulit. Qui multarum rerum cognitione ꝛ scripturarū subtilitate ceteros sua etate phisicos superauit. Qđ pulcre libri de cōseruatione sanitatis a se editi ostendūt. Adiecitq̄ꝫ his ꝛ cōsilia in medicinis de pticularib⁹ egritudinib⁹ a capite vsq̄ꝫ ad pedes. Silr̄ de balneis. de mō ꝯponēdi medicinas. Et antidotariū i cōsilijs. ꝛ alia multa.

Hugo quoq̄ꝫ Senensis vulgatissimus medicus. per hoc ipsuꝫ tempus diuina quadam ingenij ꝛ medendi gratia. oēs qui ante illum in ethruria floruerunt excelluisse creditur. Qui super primo Auicenne ꝛ Aphorismis Hyppocratis ꝛ Tegni Galieni. Et consilia vtilia scripsisse dicitur.

Nicolaus de Tolleto ordinis heremitarum



NIcolaus Tollentinas eremitarū sancti Augustini pr̄. qui anno dn̄i. 1294. obierat hoc anno. 1446. freq̄ntissim⁹ miraculis clarus ab eugenio pontifice (toto astāte pplo romano om̄iq3 cardinaliū cetu) sctōꝝ ꝯfessoꝝ nūero aggregatur. Voluerat tn̄ ioannes. xxij. pontifex q̄ de ei⁹ sanctitate p̄cipuā habuerat noticiam. hūc ei honorē impēdi. ꝫ multis belloꝝ scismatūq3 turbinibus vexatus. ac etiā morte p̄uentus. id hāc ad vsq3 diē dilatū ē. Is sanct⁹ ex pyceno oppido qd̄ sancti angeli nūcupat̄ sb̄ firmana ciuitate mr̄e amita. p̄re cōpagno mediocribus parētib⁹ nat⁹. adultus fact⁹ corpus ꝛ aīam dn̄o ꝯsecrauit. In adolescētie p̄mordijs mūdo renūciās ordinē heremitaꝝ beati augustini complexus ē. inde m̄ltis ieiunijs vigilijs vberibus corpusculū afflixit. ꝛ cōtemplationi se totū dedit. oīs ei⁹ s̄mo aut rarus aut cū opus erat de morib⁹. de religione. de pietate. de mundi ꝯtemptu. vl̄ de amore dei fuit ꝛ celesti patria. cilicio circuloq3 ferreo subtrito vtebat̄. q̄bus carnē suā plurimū macerabat. diabolicas etiā tēptatiōes ptulit. in eo q̄3 ꝓphetie sp̄ūs fuit. ad eū multi languētes. nōnulliq3 malignis vexati spiritib⁹ ducti curati sunt. triginta ānis tolentino in cōuentu p̄manēs. nūq3 carnes oua pisces aut alia pinguia sanitatis aut infirmitatis tp̄e reptus ē comedisse. Cū q̄dā nocte diu in orōne p̄stitisset. in cella sua obdormiēs vidit i somnis sydus clarissimū situ non altū. e loco natiuitatis ꝓgrediēs qd̄ post oratoriū chori in tolleto terminū habuit. cognoscēs p̄ hoc se emigrandū. in eo loco sepulturā elegit ad insinuandū claritatē sanctitatis ei⁹. Sicq3 sanctissim⁹ vir celo receptus ē. hui⁹ aūt festiuitas decima die mensis septembris celebratur.

Laurētius vallensis



LAurentius vallēsis vt aiūt canonicus. nō min⁹ p̄hus ꝛ theologus q̄ꝫ rhetor ꝛ grāmaticus. hoc tp̄e clarus ex̄ns. ad ioannē tortelliū amicissimū suū Elegantiaꝝ libros sex ex neapoli dedit. quibus nil vtilius excogitari potuisset. Scripsitq3 in dialeticā ꝛ in q̄ntilianū cōmētarios dignissimos. Ep̄las q̄3 pauli suo mō in latinū v̄tit. Homeꝝ insup̄ ꝛ herodotū ac thucididem grecos latine loqui docuit. Nonnulla etiā alia acri cura ac diligentia conscripsit. inuectiuas etiā aduersus multos cōposuit.

MAtheus palmerius natione florētinus historicus ꝛ p̄hus ac orator disertissim⁹. ip̄is q̄3 tp̄ibus viguit. Et inter preclaros viros in cōcilio florētino annuemeratus fuit. Chronicā eusebij de temporibus quā diligētissime emēdauit. Et ab anno domini quadringentesimo quadragesimosecundo vsq3 ad annū. 1448. ip̄e perfecit.

Blondus hystoricus



BLondus flauius forolíuiēsis vir doctissim⁹. ꝛ dicēdi gr̄a gratissim⁹ eugenijq3 pōtificis secretari⁹ dignissim⁹. ꝫ ip̄o tp̄e eas ob res multo habit⁹ ē in p̄cio. Qui p̄ter orōnes ꝛ ep̄las innumerabiles a se editas. maximā gloriam ytalie cōtulit. ꝙ p̄ ceteris latentē sup̄ mille annos historiā tanta attigit diligentia. vt duob⁹ ꝛ. xxx. libris. eandē diffuse ornateq3 ōn̄derit. Nā omnē ne dū ytalie ꝫ totius olim romani imperij ꝓuinciaꝝ regionūq3 statū p̄pulcre descripsit. Indeq3 de roma triūphante libros. x. Et de roma īstaurata libros. 3. ac de ytalia illustrata libros quasi. 13. ac alia m̄lta. Quinq3 hic post se reliquit filios bonarum litterarū feracissimos. nec patri inferiores.

Guarin⁹ veronensis



GUarinus veronēsis crisolare bizantini discipulus grāmaticus. ꝛ orator ac p̄hus eruditissimus. grece latine lingue facūdissimus. ferrariāq3 legendo docendo et cōponendo cū infinitam pene discipuloꝝ turbā ad se erudiendā traxisset. maximū laudis preconiū ꝓmeruerit. Tandem venetijs postea ferrarie. ꝛ victorinus mantue publico salario vōti. m̄ltos in vtraq3 lingua erudire ceperūt Inter q̄s etiā mantuani ꝛ ferrariēses p̄ncipes fuere. Hic guarin⁹ cū eēt ingenij excellentissimi grāmaticales regulas vtiliter i ordinē redegit. indeq3 strabonis geographi europā. ꝛ vitā q̄rūdam ex plutarcho greco latinas eloquētissime fecit. h̄n̄tur eīn ip̄ius cōplurime elegantissime orōnes ꝛ ep̄le a se edite. Deficiens tandē in senectute bona. ferrarie apud carmelitas sepulcro marmoreo. insigni decorato epigrāmate sepelitur.

GEorgiū Trapezuntiū virum doctissimū ꝛ apostolicum secretariū cum his floruisse constat. ꝙ ab eugenio pontifice rome publico gymnasio vocatus. m̄ltis annis hyspanos gallos germanosq3 viros prestantissimos vna cum ytalicis oratoriā ꝛ poeticam docuit disciplinas. Rhetoricā conscripsit ꝛ alia.

GRegorius tiphernas rhetor vtriusq3 lingue eruditus strabonis asiam in latinū conuertit. Joannes quoq3 aurispa secretarius ap̄licus rhetor luculentus in precio fuit. ꝛ quedam cōposuit.

ANtonius guaynerius natione papiensis medicus celebratus. hec ip̄sa tempora suo ingenio suaq3 insigni doctrina clariorem reddidit. Qui in medicinis composuit de febribus. de stomachi egritudinibus. de matrice. de artetica ꝛ iūcturis. ꝛ calculi passione tractatus cōposuit. Ferūtur ꝛ ip̄sius de fluxibus de pleuresi. de peste ꝛ aliqua alia composita laude digna.

Anno mundi. 6646. Anno xp̄i. 1447.

Nicolaus q̄ntus papa. Thomas sarzanus antea vocatus. a sarzana oppido lucenꝯ agri. humili loco ⁊ familia natus. mr̄e andreola. pr̄e bartholomeo phisico. pōtifex oīm cōsensu creatur pridie nonas marcias. M. ccccxlvij. Vir certe tāto principatu doctrina comitāte liberalitate magnificētia dignissimus. Laudat̄ em̄ eius liberalitas qua in om̄es vsus ē. maxime erga litteratos q̄s ⁊ officijs curialibus ⁊ bn̄ficijs mirifice iuuit. Eos premijs ad cōponenduꝫ ⁊ aduertendos grecos auctores in latinū ita perpulit. vt lr̄e grece ⁊ latine. q̄ sexcentis iam antea annis in situ ⁊ tenebris iacuerāt. tū demū splendorē aliquem adepte sint. Misit ⁊ lr̄atos viros p omnē europiā. quoꝝ industria libri conq̄rerentur. qui maiorū negligentia. ⁊ barbaroꝝ rapinis perierāt. Hic cū oīm virtutum ornatissimus esset. Et in deū ac hominē bene meritus. vno eodemq̄ anno ⁊ ep̄atum bononiensem ⁊ cardinalis dignitatē ⁊ pontificatuꝫ adeptus ē. Qui cū pontificatū inijsset p̄ter spem oīm. mūdi principes habuit fauorabiles. Jdo motus felix hortante etiā friderico cesare pontificatu se sponte abdicauit. Qua ex re galerum cardinalatus ei trāsmisit. Et legatū germanie ꝯstituit. Ea cōcordia ne dū populus ro. ⁊ etiā totus mūdus a tanta seditione liberatus admodū letatus ē. Et fridericus impator creatus vna cū leonora cōiuge p corona accipienda romā cōcessit. Et ab ip̄o coronā ⁊ bn̄dictionē acceperūt. Multa etiā gloriosus hic pontifex in vrbe ⁊ extra edificia magnifice ⁊ splendide edificauit. in vrbe edes pontificias apud sanctā mariā ad p̄sepe. Restituit ⁊ templum sancti Stephani. a fundamētis erexit sancti Theodori tēplū. pantheū in medio vrbis positū. M. agrippe opus plūbeo tecto restituit. Jn vaticano aūt ⁊ pontificias edes in hāc formā quā nūc cernimus redegit. Et muros vaticani prealtos ⁊ latos inchoauit. Et molē ingenteꝫ quibus coherceri hostes possent. ne edes pontificis ⁊ beati petri templū (vt antea sepe factū ē) diriperent̄. Extant adhuc vasa aurea ⁊ argentea. cruces gēmis ornate. ⁊ sacerdotales vestes cū mitra pōtificia. q̄ hoīs munificentiā ostendūt. Libros ꝑpulcros auro ⁊ argento redimitos magne multitudinis (cum adhuc imprimendi ars non ꝓdijsset) suo iussu exscribere fecit. Elemosinas multas in pauperes ⁊ v̄gines inopes erogauit. auaricie adeo expers fuit. vt neq̄ officiuꝫ vendiderit neq̄ beneficiū simoniaca prauitate vlli collocauerit. Gratus erga se meritos. amator iusticie. pacis auctor ⁊ cōseruator. iubileū habuit. beatum quoq̄ bernardinū ordinis minoꝝ in sanctos retulit. Tandem siue tedio animi quo maxime cruciabat̄ post captam cōstantinopolim a turcis. siue febre ⁊ podagra. qua potissimū vexabatur. pōtificatus sui anno octauo. M. ccccl v. morit̄. Sepeliturq̄ in basilica petri. honorificētissima pompa. cum insigni epitaphio


Linea summoꝝ pontificū
Nicolaus quintus


Calixtus tercius

Anno mundi. 6656. Anno xp̄i. 1455.

Calixtus tercius papa. natione hyspanus ex valentia ciuitate. patre ioanne. matre francisca. generosꝭ parentibus natus. alphonsus cognomento boria antea vocatus. libere educatus. Sexto ydus aprilis hoc anno iam decrepitus cardinaliū suffragijs pontifex creatur. Vir certe magni consilij ⁊ vtriusq̄ iuris peritus doctor. Et alphonsi regis secretarius. Pontificatu suscepto. Calisti nomen de more suscipiēs bellū turcis statim indixit. Jd se ante pontificatum vouisse ostendens suo cyrographo. ad id perficiēdum predicatores per totam europam statim misit. qui omnes xp̄ianos in turcos animarēt. Et suis opibus eā adiuuarent. Ex hijs antem facultatibꝰ ad sexdecim triremes rome edificatas in hostē misit. patriarcha aq̄legiensi p̄fecto. qui triennio maritima hostiū asianoꝝ vexauit. Jnsulas quasdam cepit. ac magnas calamitates hostibus intulit. Alphonsus aūt rex ⁊ burgūdie dux crucis signū suscipientes. ituros se in hostē ꝓfitebantur. vel armatos milites missuros. sacerdotibus interea aliquot dierū supplicationes decreuit. Mādauit preterea vt assiduo rogatu deus flecteretur. Jn meridie campanis signum dari fidelibus. vt orationibus eos iuuarent. qui contra turcos continuo dimicabant. Ea de causa officium transfigurationis domini nostri ihesu christi ipse ordinauit. Jussitq̄ eo modo atq̄ cum hijs indulgētijs celebrari quibus celebritas corporis christi in precio habetur. Et ꝓpterea ad vsum cassanū persarum ⁊ armenie principē ad regeꝫ Tartarorum Ludouicum bononiensem ordinis sancti francisci fratreꝫ misit. Cum multis ⁊ magnis mūeribus eos in turcū excitans. qui persuasu hominis magnas turcis calamitates intulere. Pontifex quoq̄ ad transigenda negocia pontificia animū adijciens beatū Vincentiū hyspanū cōpatriotam suū. Et beatū eadimūdū anglicum in sanctos retulit confessores. Calixtus autem in omni vita integerrimus cum elemosinas xp̄i pauperibus frequentes dabat. in victu parcus. in sermone modestissimus. Moritur pontificatꝰ sui anno tercio mense tercio. die decimosexto. Reliquit centum ⁊ quindecim milia nūmum aureorū. quos in vsus bellicos contra turcos cōperauerat. Sepeliturq̄ in vaticano ad sinistram basilice sancti petri in tēplo rotundo. quod sancte Marie de febribus dedicatum est. Nicolai impensa antea restitutum.

Linea imperatorꝝ
Fridericus tercius



Fridericus eius nominis tercius impatoꝛ Ernesti ducis austrie filius. Austrie. stirie. carinthie dux ⁊ comes tyrolis alberto romanoꝝ rege e vita sublato. Anno dñi. 1440. cõmuni voto cesar delectus. Inde coronã regni germanici apud ciuitatem aquensem summo honoꝛe suscepit ⁊ imperauit vsqꝫ in p̄sens. annis. 53. Is postqꝫ discretionis annos attigit mox religionis induit zelum. cepitqꝫ rebus omnibus diuini cultus augmentum ꝓponere. quod sibi ⁊ sue nature bonitas ⁊ nobilitas sanguinis suadebat. Nã domus austrie principes (inter q̃s plures ⁊ reges ⁊ imperatores floꝛuerũt) tunc sibi ꝓspere succedere sperauerũt cũ diuino cultui bene ⁊ constanter famulati fuissent. Quoꝝ vestigia Fridericus secutus. Defunctis parentibus q̃ꝓꝛimũ tutelã exiuit vt locũ videret in quo nostra redemptio celebrata est adhuc adolescens transmare nauigauit sacra visens loca. vbi natus saluatoꝛ. p̄sentatus in templo. baptizatus ⁊ tẽptatus. vbi cenauit. vbi iudicatus curcifixus ⁊ sepultus ⁊ vnde celos ascendit. Quid multa osculatus est terram vbi fuerunt pedes eius qui nos redemit. felicẽqꝫ reditum cũ gloꝛia habuit. Fuit em̃ princeps catholicus ⁊ pius. etate floꝛida. quã sapientia. grauitas et vite integritas comitabant̃. corpoꝛe strennuus vegetusqꝫ ⁊ robustus. apt⁹ ⁊ patiens ad laboꝛes. foꝛtis constansqꝫ animi. sobꝛietatis cultoꝛ p̄cipuus. De sua deniqꝫ mansuetudine. de religione. de iusticia. de pꝛudentia faciendum verbum necessarium foret. Quõ neutralitatẽ eccłe romane nocentissimam ex natione sua sustulerit vt obedientiã germanici populi magno laboꝛe. maioꝛi sumptu atqꝫ industria eugenio ⁊ nicolao restituerit. Unde secuta est qua nũc fruimur ecclesiastice societatis vnitas. Hoꝛremus tñ ingredi cũ paruo nauigio magnũ mare. neqꝫ nostra historia est que maiestatẽ tanti pꝛincipis ꝓ sua dignitate valeat explicare. vetustas em̃ imperij ⁊ amplitudo ac auctoꝛitas ⁊ gloꝛia deducenda foꝛent. ⁊ natio germanica que sibi obsequit̃. domusqꝫ ex qua ꝓgnatus est. Cũ ea regũ ⁊ imperatoꝝ sedes ⁊ sepe hungarie sepe bohemie ⁊ aliqñ polonie reges dedit. que laudes eius habunde demonstrauit. Demũ p̄sona ꝓpria que coꝛpoꝛis ⁊ anime dotibus egregie pollet. Sati⁹ est tamen tacere q̃ꝫ maiestatem tanti pꝛincipis tenui vt nostra est historia ꝑcurrere. Uereoꝛ em̃ ne quis me putet in hoc opere pleraqꝫ scripsisse in gratiã imperatoꝛis nostri ac ꝓinde vanitatis arguendũ esse. quod viciũ a graui viro p̄sertim scribente longissime abesse debeat. qui tamen nouit fridericũ nemo adulatũ dicet. Si eos adulari tantummodo dicimus qui moꝛtaliũ facta dictaqꝫ supꝛa verũ extollunt. Cũ hec scripta eius laudes diminute magis q̃ꝫ ampliter attingunt. quis em̃ eius imperatoꝛis egregia facinoꝛa habunde retulerit: qui annos tres supꝛa quinquaginta sapientissime imperiũ gubernauit. Omnes tandẽ qui modo regnant quiqꝫ regnaturi post hec fuerint fridericũ tanqꝫ speculũ quoddã virtutũ contueri appetere arbitroꝛ. Si gloꝛiam regionibus. suis ꝓuincialibus quietem parare voluerint. Quã ob rem nõ plenam hiboriam scribo. sed ea duntaxat excerpo eaqꝫ ꝓstringo que ad exẽpla virtutũ ac ꝓbitatis accomodari posse videant̃. Nunc igit̃ ad sequentia gesta redeamus. Pꝛohibente scismate vsqꝫ nicolaũ quintũ rome coronari destitit. rebus germanie interim compositis. Quo pontificante oꝛdinatis p̄sidibus austrie ꝓsecutus iter ad oppidum sancti viti ꝑuenit. ibiqꝫ natiuitatis dñice festa pegit. Ad quem locũ ⁊ ladislaum regẽ ꝓficisci iussit. Inde villacũ se confert. id est oppidũ ecclesie babenbergensis supꝛa dranũ situm non longe ab ytalie finibus. ibi ⁊ bohemi ⁊ hungari ꝯuenerant. domi nobiles q̃ꝫplurimi qui romã videre. coronationẽ ytalie spectare moꝛes. militie cingulũ mereri magnoꝑe optabant. Ibi quoqꝫ dux austrie albertus germanus cesaris erat. qui splendidũ ex sueuia comitatum ad se vocauerat. Cupidus ⁊ ip̄e q̃ꝫuis Rome in anno iubileo fuisset rursus ytaliã ingredi ac fraterne coꝛonationis adesse solennibus. Cesar relicto villaco alpes ascendit que germaniam ytaliamqꝫ disiungunt. p̄misso alberto cum parte copiarum. ip̄e regem ladislauz secum ducens kal'. ianuarij ytaliam intrauit anno post iubileum pꝛimo. Legatos venetoꝛuz patricios domi potentes obuios habuit. qui eũ ingenti gaudio exceperunt cum clero ⁊ reliquijs occurrentes. Ad victum omnia sine p̄cio administrarunt quocunqꝫ cesar in territoꝛio venetoꝛum ꝑuenit. Occurrere frequentes populi. laudare splendidum cesaris comitatum. arma lucentia. decoꝛas iuuenũ facies. flauescentes copiosasqꝫ comas. lactea colla. cõmendare speciem cesaris imperio dignam. dicere grauem aspectu. pꝛudentemqꝫ hominem iudicare. multa super Ladislao rege pꝛoloqui. angelicum vultum. quietos moꝛes. vltra etatem gestus. Potissime autem teruisani singulari affectu cesarem inspexerunt memoꝛes olim sub ditione australium se fuisse. quorum adhuc in pꝛetoꝛio signa videntur. Patauini quoqꝫ non ignoꝛantes ad imperium se pertinere. Inter hec teutones plurimi ex Sueuia Franconia rheniqꝫ partibus per vallem tridẽtinam Ueronam Mantuamqꝫ transeuntes Ferrariam veniunt pꝛestalantes cesaris aduentum. Ea re cognita relicto patauio ferrariam petijt. vbi boꝛsius leto vultu honoꝛatum se pꝛebuit ac omnem magnificẽtiam ostentabat. Omissa ferraria bononiã ꝑgit. vbi bessarionẽ legatũ ap̄licũ occurrentem reperit. Inde petiturus floꝛentiam montes appenninos ascenderat. Ingressus postea floꝛentiam exceptus honoꝛe maximo. occurrerũt duo cardiales. Parumꝑ aũt floꝛẽtie moꝛat⁹ donec edes cosme de medicis ceterasqꝫ splẽdi-

de vrbis structuras ⁊ populi magnificentiā spectaret. Senas ꝓfectus est. Cū senis esset Leonora filia regis lusitanie filia alfonsi neptis sibi desponsata pisas venit. statura mediocri. virgo annos natu sedecim leta fronte nigerrimis atq; illustribus oculis. ore paruo. genis ad graciā rubescentibus ceruice facie cādida ex integro venusta. Imperatrix igit̄ senas deducta est ieiunij scd'a die. Occurrerunt primo ciues natu maiores. deinde albertus ⁊ ladislaus. postea clerus. Fridericus cū legatis aplicis extra duas vrbis portas spōse aduentū expectabat. qua visa in amplexꝰ ambo venere. Ubi hec gesta sunt Senenses marmoreū lapidē erexerunt. Cesar post iter suū vrbē versus ꝯtinuauit. Apud viterbiū mandāte pōtifice ingens honor illi exhibitus est. Ad ydus marcias ex sutrio iter romā summo mane accepit. ⁊ quicquid nobilitatis in vrbe fuit obuiā datū est. Uenit deinde cesar in eminentē collē vnde vrbē spectare potuit. Leta oīs nobilitas. cui caput orbis vrbē visere datū est. cunctarū gentiū columē romā. vbi de colle descensum est sacer senatus aplicus occurrit. Sequenti die in pratis que ꝓxima erāt vrbi oīs cesaris comitatus se recepit. Cesar trabea vestitus inter legatos ytalie eminebat. Imperatrix mirificis ornata cultibus portugalēsibus circūdata oīm in se occulos attrahebat. Ladislaus hungarie ⁊ bohemie rex tenera etate purpuratus. Albertus germanꝰ cesaris militie ductor obequitans suū cuiq; locum demonstrans. Duo cesaris vexilla fuerunt. alterum quod sancti georgij vocitant. deinde vexillū aquile. Postq; vrbē cesar intrasset eius equū manu regere marscalcꝰ nudū ensem ante cesarem tulit. Epūs spoletanus vicarius pontificis ac plurimi epī ⁊ abbates infulati sanctoꝝ reliquias ferentes occurrerūt. Cesar sub aureo panno quod vmbraculū vocitant siue baldachinū introducere vsq; ad gradus basilice sancti petri ꝑcedentes. ibi nicolaus pontifex sede sedēs eburnea pōtificalibus ornamentis indutus. senatu cardinaliū circūstante verbis paternis ⁊ supra modū benignis Fridericū suscepit. qui pedibus eius exosculatis auri massam obtulit. Tum q̊z ladislaus ⁊ albertus ac demū imperatrix pedes basiauerūt. Nicolaū deinde rogat vt ex plenitudine potestatis se rome longobardoꝝ regē coronaret. Idibus igit̄ marcijs apud sancti petri summū altare Fridericū in regē longobardoꝝ coronauit. et Leonora ꝑ oratores desponsata inter missaꝝ solennia. denuo ei reiuncta fuit matrimoniū benedictū. Absoluta mediolanensi coronatione postride solennitas augustalis cepta est. Romanus pontifex oīm summam beati petri arā in sublimo throno ꝯsedit. Extra cancellū duo tribunalia fuere. alterū friderico. lenore alterū deputatū. Fridericus postq; iusiurandū beato petro ⁊ nicolao in ea forma ꝑstitit q̄ ludouicū caroli filiū iurasse decreta ꝯfirmant. alba indutus in canonicū sancti petri receptus. Inde augustale paludamentū accepit. in mediā basilice ꝓfectus trinā benedictionē suscepit. Exinde ductus ad altare sancti mauricij in scapulis atq; brachio dextro ꝓ veteri more oleo sacro delinitus. similiter ⁊ leonora. Pontifex rē diuinā inchoauit. Inter celebrandū diuerse solennitates a priscis inuente seruate sunt. Sceptrū quo regia potestas indicat̄. Pomū quod mundi dn̄m ostendit. Ensis qui belli iura demonstrat ꝑ varias vices data. Postremo corona aurea infulata ꝑciosisq; coopta gemmis cesareo capiti imposita. Impatrix q̊z post cesarē coronam ex manibus pontificis accepit. quā ꝯiugis Sigismundi fuisse ꝯstabat. Cesar q̄uis ornamēta sibi ꝑcio incredibili cōꝑasset. In hāc tn̄ solēnitatē palliū. ensem. sceptrū. pomū coronāq; caroli magni ex archiuis nurmbergensiū ad se deferri curauerat. Ut aūt coronationi diuinisq; rebus est impositus modus leonora in suas edes secessit. papa ⁊ imperator ad gradus basilice simul venerunt. ibi pontifex palafredū ascendit. eiq; cesar dextratoris officiū ꝑ aliquot passus exhibuit. equo deinde consceso vsq; ad ecclesiaz sancte marie vna ꝓfecti sunt. Tūc papa in pallatiū redijt. cesar in ponte adriani ꝓfectus ē. vbi albertū fratrē pluresq; duces et comites ad militie ꝓuexit honorē. ter quemq; gladio ꝑcuciens. Trecenti eo die ꝑcussi milites referunt̄. deinde cū sol occideret ad lateranū se cōtulerat. splendidū ibi ꝯuiuiū habuit. Imperator igit̄ Fridericus millesimo quadringentesimo quinq̄gesimoscd'o anno. die. xviij. mensis marcij imperatoria corona donatus. Alfonsi regis arragonū precibus oneratus vt neapolim sese cū imperatrice ꝯferret. statuit tanto regi morē gerere. Ad regē igit̄ amicū ꝓfectus ⁊ post eū leonora. Qua aūt magnificentia neapolim imperator introierat ꝯsultius arbitror reticere. Alfonsus qui antea neptē suā nunq; vidisset nuptā ⁊ in alto locatā amplexus est. Mansit illic cesar ⁊ sanctā ebdomodā ⁊ octauā pasce. Ostendit quoq; alfonsus thesauꝝ suū quicq; ꝑciosum habuit. Inde cesar naues ascendit romā petiturus. Imperatrix octo diebus apud an̄culum postea mansit. deinde manifredoniā profecta est atq; illo ex loco ꝑ mare venecias nauigauit. Cesar romam rediens triduo ibi mansit. Rediens deinde borsium estensem mutine ⁊ regij lepidij ciuitatum ducem creauit qui pro tanta dignitate suscepta monile ꝑciosum dono cesari dedit. quod patrem vno ⁊ viginti milibus aureis emisse ferebat. Is (postq; solennitas ducalis absoluta est) ingressus nauem ꝑ fluēta padi venecias petijt. Cum ciuitati proximus esset nauigia infinita ⁊ artificū ⁊ nobiliū occurrerunt mirabiles ludos prebentia. Franciscus fostari dux venetū vir grandeuus qui triginta ⁊ amplius annis reipublice prefuerat cū trecentis senatoribus obuiam venit. inauditam insolitamq; festiuitatem vniuersos ostendere. Mansit autem apud venetias diebus decem. Sumptus ei ⁊ consorti sue magnifice non solum in vrbe sed in omni eorum territorio prebiti sunt. Deinde recedentem senatus vsq; ad littus profectus est. Fridericus post missa ytalia cum germanie metas attigisset. horribile visu dictu mirabile videri potest. q̄turbidam aeris faciē mutatūq; celi vultum offenderit. quod presagium future cladis multi iudicauerunt. Presertim cum intellexerant quosdam principes res nouas in germania ⁊ hungaria moliri ob regem ladislaum adolescentem. Petentem em̄ ytaliam cesarem rogauerunt australes vt Ladislaum in paterna hereditate apud se dimitteret. Reiecta petitione. auctoribus duobus Ulricis Altero cilie comite. altero eytzingero sumptis armis rebel

lauere. Redeūtē ex ytalia fridericū apud nouā ciuitatē obsidione cinxere. Quib⁹ ⁊ heinricus rosensis natione bohem⁹ cū ducētis eq̄tibus ⁊ mille peditib⁹ se adiūxit. Cessit furēti pplo fridericꝰ. pupillūq̄ adhuc teneꝝ dedit. q̄ summa alacritate apud viēnēses except⁹ est. Hic gloriosus imꝑator inter liberos ex leonora susceptos primo cristofeꝝ habuit quē immatura mors abstulit. Et maximilianū ducē burgūdie postea regem romanoꝝ. cū filia margareta vxore ducis alberti ī baioaria. Australes aūt ⁊ si fridericū cesarē accersitis bohemis in noua ciuitate ⁊ in viēna obsederūt. Eo demū redacti sunt. vt victores ex victo pacē peterēt atq̄ in eā rem auri sex milia nūmū quotannis pēderent. Nouissimis aūt diebus cū mathia hungarie rege bella varia gessit. q̄ ei nōnulla incōmoda. ⁊ ꝑcipue australibus intulit. Viennā ac nouā ciuitatē in austria abstulit. Que post mortē mathie fili⁹ maximilian⁹ prī reddidit. In plerisq̄ tn̄ locis. cū ei semꝑ ingens cupiditas pacis ⁊ otij fuit. xp̄ianoꝝ principū ꝓpter turcoꝝ incursiones cōuentū ꝑcipue anno. 1471. Ratispone edixit. Et post aliq̄s annos Nuremberge. cū oēs ꝓpriū cōmodū q̄rerēt. impauit vt ab armis discederēt ⁊ pacē inirēt. Ratus venisse tp̄s. gladios in turcoꝝ ⁊ infideliū nō in xp̄ianoꝝ viscera ꝯuerti debere. Quāobrē anno salutis. 1486. filiū ei⁹ maximilianū ꝯsortē regni fecit. vt qđ ꝑ senectute adimplere non posset. ꝑ filiū regē ꝑficeret. Cū itaq̄ cesar nr̄ inclitus habūdat potentia numero hoīm ⁊ copia gentiū. etasq̄ ⁊ prudentia ⁊ magnificētia ꝯueniāt (q̄ ꝑcipue sunt ad res arduas capescēdas) Speram⁹ vt ille aut fili⁹ eius det pacem ecclesie. Et cōponat nō mō principat⁹. ⁊ omnē pplum xp̄ianū. ꝟ vniuersum orbē ad vnicā verā fidem xp̄ianā ⁊ sanctā deducet ecclām. ad altissimi dei gloriā ⁊ honorē. sublimationemq̄ throni sui cū laude perpetua ⁊ eterna salute. Quod vt diebus nostris conspicere valeamus pietas diuina concedat.

Bernardin⁹ senenꝯ ordinis seraphici francisci professus: ⁊ instaurator egregius sua etate declamator. Is apud senam vrbē ethrurie nobili loco nat⁹. qui postq̄ lr̄as didicit. ac pōtificij iuris aliquā peritiā habuit. prīmonio qđ non tenue a parentibus iam vita functis accepat inter xp̄i paupes erogato. abnegās seculi pompas. ad religionē diui francisci sese recepit. Amatorq̄ pauptatis eximius. cū ordinē illū labentē ⁊ institutione primeua longe remotū offendisset. reducere fratres in viā. cū diu frustra conatus fuisset. Neq̄ em̄ indurati maiorū cōuentuū mores flecti poterāt. Vocatis ad se nōnullis quos sanioris mētis inuenit. seorsum habitare instituit. hijsq̄ domos ab vrbibus remotas ex elemosina struxit. Jubēs oēs vt prīs francisci volūtas fuerat nudis pedib⁹ ambulare. vestes laneas sine lino habere. cibo vinoq̄. vti modico. plumas oēs effugere. ī sacco dormire. nihil de crastino esse sollicitos. ꝓprij nihil tenere. pecuniā vti venenū malāq̄ pestē fugere. victū elemosina q̄rere. humiles eē. populis xp̄m ⁊ hūc crucifixū ꝑdicare. que oīa primus ipe implebat. sobrius pater in ꝑdicationib⁹ adeo plebi acceptus. vt alter paulus crederet. per. xxx. ⁊ eo amplius annos vniuersam ytaliā predicādo circuiuit. quibus rebus adeo religionē auxit vt q̄nquaginta ⁊ ampli⁹ cenobia ꝑ ytaliā sui ordinis a fundamentis erexit. ⁊ fratribus impleuit. Mos ei fuit inter ꝑdicandū nomē ihesu aureis litteris in tabella depictum ostendere. Cui⁹ rei nouitatē cū plerīq̄ improbarēt. a martino pontifice iussus ē nouū ritū relinquere. hūc in nomine ihesu curasse morbos. ⁊ fecisse miracula nō est ambiguū. Tandem apud aquilam in brutiorū vrbem terrene vite cursu pacto. ad celestem lucem migrauit. vbi corpus eius sepultū. tercio ⁊ sexagesimo vite sue anno. miraculis coruscat. Ideo nicolaus quintus pontifex anno salutis. M.cccel. in iubileo adnitēte ioanne de Capistrano sanctoꝝ ordini ascripsit ac in cathalogo beatoꝝ patrum redegit.


S. Bernardinus

Jubileus hoc anno. M.cccel. rome freq̄ntissimus hominū freq̄ntia fuit qui annus gratie magnus fuit. vt queādmodū ex lege veteri corꝑalis ⁊ animalis seruitus anno q̄nquagesimo extingueretur. Remitterenturq̄ culpe. ⁊ onera peccatoꝝ omībus. qui limina sanctoꝝ apostoloꝝ sincera mente ꝑquirerent. Ingens igitur populi multitudo. ex omī xp̄iano solo ꝑ hunc annū romā petebat. Licet aūt quadragita ⁊ amplius hominū milia diebus singulis ꝑ vrbem templa forasq̄ vaderent. dissonasq̄ mores. deformes habit⁹ ac diuersa linguaꝝ genera cōcurrerent. Sapientia tamē pontificis actum est. vt neq̄ victui necessaria defuerint. neq̄ tumultus interciderint. Unica tamen horrenda visu ⁊ auditu stupenda. paucis diebus ante finem iubilei calamitas accidit. Nam cum circa vespertinā horam basilicam sancti petri frequens ppl̄i multitudo peteret. neq̄ minor iam recepta benedictione rediret. Facta est in ponte quem sancti angeli vocitāt. Ingens euntiū ⁊ redeūtiū concursatio. Cūq̄ hij atq̄ illi a superuenientibus vrgerent premerēturq̄ turmis accidit alios ruere. alios suꝑ ruentes vadere. Cūq̄ nōnulli equis mulisq̄ veherent cum iumētis vna prostrati calcatiq̄ sunt. Inde maius discrimen ortum. Nam parietibus pontis equato iacentiū cumulo. quā plures in tyberim ceciderūt horrendum spectaculū. alij vndis absorpti. alij inter hominū brutorūq̄ pedes oppressi animas exalarunt. quoꝝ corpora diligenter quesita. Romanus pontifex accurate sepeliuit. Exequiasq̄ hijs solēnes fecit. Capellamq̄ marmoream in eodem ponte paulopost construxit. diuturnū tante cladis memoriale.

Anno precedēti pestilētia ingēs q̄ primo in asia exorta. ac deinde per illiricū dalmaciāq̄ in ytaliā serpens. plures postmodū annos ad vltimos germanie ⁊ galliarum fines misere. per omēs fere populos debachabatur. Deinde in locis ytalie ⁊ q̄maxime mediolani deseuit. Sequētibusq̄ annis vbiq̄ peste laboratum est. vt pauci de multis superfuerint. Quod quidem malū preter penuriam magnam. Etiam superior solis defectio ⁊ frequentes terremotus indicauere.

Alfonsus rex



Alphonsus fardinandi arrogonie regis filius. Cuius pater ioānes vlterioris hyspanie rex. qui currentis equi lapsu exanimatꝰ fuit. āno. 1442. renato supato. ⁊ pulso in regno neapolitano succedēs regnauit annis ferme. 22. Cū diu antea regnasset in arrogonia ⁊ sardinia atqꝫ hyspania annis multis. Renatus em̄ rex ludouici andegauēsis frater. ex francoꝝ genere natus a ioanna regina contra alphonsum regē in apulio regno vocatus cū quatuor annis regnassꝫ dicitur. qui massiliā vñ in initio venerat mari reuersus ē. Huius alphonsi pater vir sanctus cū defecisset quatuor post se reliquit filios. alphonsum. ioannē. heinricū ⁊ petrū. Hic cū maior natu esset regnū paternū obtinuit. Et bellicarū rex gloriaꝫ pacis laudibus p̄ferens ad id regnū oculos adiecit. in id magna classe deuenit. Et p̄fectum arcis maritime ad ꝓditionē pellexit. ⁊ castellū cepit. inde bellū neapolitanis intulit. Mortua aūt regina cōtra renatū mouēs adeo neapolitanā vrbem longa ⁊ durissima obsidione fatigauit. vt multi fame perierūt. Tandē noctu ꝑ cuniculū furtim militibus intromissis vrbē cepit. ⁊ paulopost vniuersis regni ꝓceribus domitis vniuersum regnū in suam potestatē redegit. Eoqꝫ tanto regno pacato neapolim rediēs. curru aureo triūphās vrbē inuectus ē. post magnifica gesta. Cuius dicta ac facta antonius panormita poeta clarissimus disertissime ꝑscripsit. q̄nto kal. iulij. clausisse oculos traditur. nullis ex se relictis filijs legitimis. nisi tantū ferdinādū adhuc extantē ex cōcubina filiū. quē ⁊ in apulie regno ex testō heredē sibi dimisit. In arrogonie aūt regno Joānes frater successit. Reliquit aūt hic inclitus rex cū super tria regnasset regna. tantas diuitias quātas vnqꝫ vllus alius p̄decessoꝝ regū fecerit. qui sine ꝯtrouersia regū principūqꝫ omniū quos nostra etas tulerit. ⁊ sapientissimꝰ ⁊ fortissimꝰ habitus ē. Rex inter voluptates moderatus inter adulatores firmus inter vana pleraqꝫ principum exercitia doctrine studia haud omisit.

Julianus cardinalis



Julianus cesarinus cardinalis diaconus. Vir fidei xp̄iane amator feruentissimus. Et omibus v̄tutibus tam diuinis q̄ꝫ humanis ornatus. queꝫ supiorībꝰ diebus. eugenius pontifex legatū in vngariā ad cōponendū inter ladislaum polonie regem ⁊ vxorē alberti impatoris pacē miserat. anno. 1444. apud budaꝫ regni vngarie caput inter ip̄os optimū pacis fedus inijsset. Eo etiā regē ip̄m ⁊ vngaros omnes deduxit. vt magno cōparato exercitu contra turcos europam occupare volentes ꝓficiscerent̄. Qui turcoꝝ fines cū ip̄o exercitu hostili animo ingressi. Inter danubiū fluuiū ⁊ andrinopolim a solis ortu vsqꝫ ad occasum cū hostibus pugnātes. ad quadraginta turcoꝝ milia eo in cōflictu occiderūt. inter quos decem ⁊ octo ex primoribus eoꝝ principibus cecidere. ī qua tamē pugna ladislaus ip̄e polonie rex viriliter pugnās sagitta saucius interijt. Julianꝰ aūt ip̄se mortuo rege ceteros in p̄lio exhortās. duꝫ xp̄iani ex mltitudīe turcoꝝ terga v̄terēt ꝓ xp̄i noīe occubuit.

Franciscus Sforcia



Franciscus Sforcia philippi marie ducis gener. Anno. 1 [illegible]. tercio kalē. marcij. iure hereditario potitus. Quartꝰ mediolanensiuꝫ dux efficitur. Et vna cum vxore blanca maria regnauit annis. 16. ⁊ mense vno. Vir certe indicendo acerrimus ⁊ eloquētissimus. qui sua eloquentia magnanimitate fortitudine. liberalitate. ⁊ prudentia. veteres quasi imperatores superauit cum in re militari victoriosissimus fuit. Qui etiam ipsa in iuuenili etate quantas in primis contra bracium. contra florentinos venetosqꝫ. contraqꝫ eugeniū pontificem. contra mediolanenses ⁊ alios ytalos obtinuerit victorias. multis in locis clarissima extāt trophea. Et que clarissime gesserit in multis poetarum oratorumqꝫ scriptis versantur. Qui etiam permagnifice ⁊ splendide tum mediolani. tum alijs in vrbibus edificauit. Et in primis castelluꝫ iouis mediolani. aliud in lauda ciuitate cōfecit. hospitale magnificentissimū in vrbe fundauit. Extra portaꝫ cumanā apud sanctaꝫ mariam incoronatam. monasterium cum ecclesia diuo Nicolao de tolentino dicata suasu vxoris blanche marie a fundamentis edificauit. Tandem sex post se relictis ex vxore masculis ⁊ ducibus femellis. anno a natiuitate domini. M. cccclxvi. marcio mense mortuus est. funeratus ingenti pompa in maximo vrbis templo loco sublimi.



Solis defectus anno. M. ccccxlviij. quarto kal. septembris hora sexta facta est. Quo anno maxima ⁊ cruentissima bella multis in locis surrexerunt. in anglia em̄ ⁊ in gallia germania. flandria. perusia. pānonia. apulia. ac in vniuersa ytalia (vt dictum est) cedes rapine direptiones. incendia. vastationes. ⁊ infinita prope mala et damna subsecuta sunt. grecis autem mortuo amurate turcorum principe. multo maiora illata sunt damna. ⁊ seuiora bella a mahumeto eius filio excitata sunt. Sequenti deinde biennio tanta vbiqꝫ fuit pestis vt de multis pauci remanserunt. Id etiam malum frequentes terremotus indicarunt.

De expugnatione constantinopolitane vrbis anno .1453.

Constanstinopolis ciuitas orientis imperij sedes ⁊ vnicū grecie domiciliū sapiētie hoc anno q̄rto kal'. Iunias a mahumeto turchoꝝ principe ꝑ. 50. dies obsessa vi ⁊ armis expugnata diripit ⁊ fedat anno regni mahumeti tercio. q̄ coactis vndiqꝫ copijs mirabili apparatu terra mariqꝫ regiā vrbē aggressus. cuius descriptio in superioribꝰ habita ē. Ad terciū aūt diē captato vrbis situ machinas innumeras craticulosasqꝫ ex virgultis viminibusqꝫ ꝯtextas qbꝰ pugnātes tegerent fossatis admouit. Erat aūt murus fortis. q̄ tñ ꝓmachine cā horribili cedebat. Bombardaqꝫ ingens turrī iuxta sctī romani portā collidit. cuiꝰ ruina añmuralis fossatū replet equatqꝫ vt via hostibus pateret. At cū turchꝰ tribꝰ iā locis ꝯcussis lapidibus muros desperaret. Memoratu cuiusdā inuidi xp̄iani ex colle biremes intromittere curat. Est eñ portꝰ ille in lōgū angustūqꝫ ꝓtractꝰ. cuiꝰ orientalē plagā colligate naues ⁊ cathena muniebant. inde hostibꝰ aditus impossibilis erat. quā ob rē vt coangustaret circūuallaretqꝫ magis vrbē iussit in via eq̄re ex colle suppositis leuitis vasis lacerꝰ toꝝ vi ad stadia septuagita trahi biremes. q̄ ascēsu grauiꝰ sublate postꝫ hac eo apice in decliuū ad ripā leuissime sinꝰ introrsum vehebāt. Inde pōtē lōgitudis stadioꝝ circiter. xxx. ex ripa vrbi oppoita q̄ vasis vinarijs colligatis sub constructis ꝯfixisqꝫ lignis q̄ exercitꝰ decurreret ad murū. dyametralisqꝫ cinctio ingressuꝫ transitūue ꝓhibebat. Tandē dato signo vndiqꝫ nō solū ꝯstātinopolis orientis columen. sꝫ ipa q̄ꝫ pera ne q̄d auxilij grecis ꝓstaret oppugnari cepta ē. Turchi rursus subruere murū portasqꝫ q̄tere innixi. Cernit varia pereuntiū forma ⁊ plurima mortis imago. Cūqꝫ defensio remissioꝛ fieret turchi aīaduertentes acriꝰ incūbūt. In ingressu demū porte octīgēti circiter milites ex latinis grecisqꝫ periere. ⁊ iā hostis supiorē muꝝ tenebat saxa īciues deuoluens. Cū subito capta vrbe cesis oībꝰ in rapinas itū ē. In huiꝰ aūt vrbis populatiōe cōstātinꝰ paleologus ⁊ ipe mr̄e helena genitꝰ oriētis impatoꝛ capite trūcatꝰ regni sil' ⁊ vite finē fecit. datis q̄ꝫ edictis vt a sex annis supra oēs vtriusqꝫ sexꝰ ꝑsone necarēt. sacerdotes ⁊ vniuersi monachi diuersis tormētoꝝ generibꝰ necati sunt. Reliquū oē vulgus gladio datū. tāta sanguinis effusio vt riui cruoris ꝑ vrbeꝫ currerent. Sic nobilissima vrbs ꝑ constantinū primū cōdita in manus infideliū venit. Ab eius ꝯditione M. c. xxx. vl' circa. Quibus gestis omnia in predā dedit. sacra templa fedauit. postremo turchi varia nephanda ꝑegerūt

Constantinopolis expugnatio a turchis



Sumcassian⁹ rex ꝑsaꝝ ⁊c



Sumcassianus felicissimus ꝑsarū ⁊ armenie rex. cui ꝓpriū nomen assimbe⁹
Anno. 1454. zenza persaꝝ rege deuicto ac interfecto persis imperare cepit
Hic ꝓmū regulus armenie cū esset aīo vasto. bello potēs ac scientissimus ꝑsepe
paucioribus copiis magnos fuderat exercit⁹ ⁊ zenzo rege interfecto filiū captū
in ꝑsarū regē coronare velle finxit ⁊ vsqꝫ in thauris vrbē q̄ ꝑsaꝝ columen ē ꝓfi-
ciscit̄ oīa oppida ⁊ arces occupās. cū satis sibi cautū putasset nouū regē obtrū-
cans ꝑsico regno potit⁹ ē ⁊ sumcassian⁹ appellat̄. qd̄ latine magnū virū signifi-
cat. qui postmodū bactrianos. medos ⁊ parthos ⁊ maiorē partem orientis sibi
subegit. Cū eo calixtus pōtifex amiciciā inchoauit ⁊ magnū honorem pontifici
detulit. Cui⁹ etiā suasu magnas turchis calamitates intulit. Ad hunc senat⁹ ve-
netus nigropōte ꝑdito quēdā oratorē misit q̄ auxilia ꝯtra othomannū turchum
expostularet. Rex ab eo exorat⁹ ꝯfestim copias suas recensuit ⁊ ꝓmo impetu si-
naū ciuitatē cepit. Inde trapezuntiā inuasit vbi ad. xxx. milia turchoꝝ interfecit
Post nō lōge ab armenie mōtibus bis ad inuicē ꝯflixere ꝑlio. vt plures e tur-
chis neci dati sunt. inde aliq̄t interiecti dieb⁹ cū turchoꝝ rege pacē iniit ⁊ natos mutuo ꝯiugio copulauere

Johannes capistranus

Johannes de capistrano ꝑ idē tp̄s aprutio oppido nō longe ab aquila vrbe cō-
stituto ortus. ordinis beatissimi francisci ꝓfessus xp̄iane religionis acerrim⁹
et egregius ꝑdicator. Ex ap̄lica iussione theutoniā ingressus est ac ꝑ carinthiaz ac-
stiriam venit in austriā. Cui sacerdotes ac plebes cū sanctoꝝ reliquiis obuiauerūt



Cūqꝫ veluti ap̄lice sedis legatum ⁊ dei nunciū susceperūt. Johanni occurrere oēs
accole vestimentoꝝ eius fimbriā auide contigere. egrotes ⁊ male habentes añ pe-
des eius attulere. e quibus plerosqꝫ sanitati redditos rumor fuit. Morat⁹ est autē
in germania dieb⁹ aliquot viam dn̄i ꝑdicans. mortalesqꝫ oēs ad penitentiā vo-
cans. Inuitatus aūt iohannes nurmbergā vrbem germanie petiit vbi vndiqꝫ po-
puli motus fuit. viri ⁊ mulieres impetū fecerūt. intueri virū lacrimas letitie deuo-
tionisqꝫ mittere. leuare in celū manus benedicere venieti. laudare mittentē. tange-
re. osculari qui ꝑpe sunt vestimēta veluti celo missum ⁊ angelū dei respicere. apud
minores deinde sui ordinis fratres exceptus est. ibi cibaria sibi suisqꝫ comitibus
ministrata sunt. Vitā in hūc modū duxit. vestitus dormire. ante lucē surgere. ma-
tutinū. laudes. primā. terciā orare. diuina deinde celebrare. hisqꝫ pactis sermonē ad populū latine ꝓnunci-
are. post hec interpres que dicta sunt ab eo q̄tū capax est exponere populo. Finito sermone ad cenobiū sui
ordinis reuerti. ac sexta ac nonis completis infirmos visere. diu apud eos morari. manus omnibus impo-
nere. Birretū sancti bernhardini ⁊ cruorē quē illi mortuo e naribus fluxisse ferunt singulis egrotantib⁹ se
admouere. precari supplex pro omnibus. exinde cenare. demū his qui se accedūt audientiā ꝑbere. mox ve-
speras dicere. hisqꝫ ꝯpletis ad egrotos reuerti atqꝫ cū his vsqꝫ ad noctē se exercere. Cūqꝫ demum ꝯpletorio
et aliis dilectis ꝑcibus expletis corpus quieti dare minimū esse. quod somno ferme nihil. Ad reuisendos
sacre scripture codices pausillū furari temporis. sic homo quasi celestē vitā in terris agere immaculata abs-
qꝫ sorde. quē pusillū corpore nurmberge vidimus. etate senecta. annos q̄nqꝫ ⁊ sexaginta natū. siccū. aridū
exhaustū. sola cute neruisqꝫ ⁊ ossibus ꝯpactū. letū tñ ⁊ in labore fortem. sine intermissione singulis dieb⁹
predicantē. altas ac profundas materias absoluentem. Ferunt ⁊ hūc cesarē fridericū cupide audiuisse. mul-
tisqꝫ sermonibus eius interfuisse. ac vestimētis eū sacerdotalibus donatū cū apud viennā ⁊ australes aua-
ritiā calcauit. libidinē subegit ⁊ honores seculi fugit. tandē eū cū honore dimisisse. Cūqꝫ audisset innume-
rabiles xp̄ifideles a turchis capi ad pannoniā accessit suis exhortationib⁹ grandi exercitu ibidē congrega-
to ꝯtra turchos impetū fecit. ⁊ populū exhortantē apud belgradū trans danubii oppidū tanto ardore xp̄i-
cole pugnarunt vt magnū de inimicis reportarunt triumphum ⁊ ferme ad sex milia occiderunt. Eo deniqꝫ
mortuo magnis eū coruscare miraculis ferunt.

Frācisc⁹ philelph⁹ poeta

Franciscum philelphum anconitanū ex vetusto Tolletini oppido natū eq̄tē
quidem laureatum. ⁊ lr̄aꝝ tam grecaꝝ q̄ȝ latinaꝝ excellentissime doctum ad-
hec vsqꝫ tempora cū magna fama ꝓuenisse constat. qui ⁊ grecā pariter ⁊ latinam
orationem semꝑ exercuit. In omni genere scilicet dicendi ⁊ prosa ⁊ carmine. Is
itaqꝫ crisolare bizantini auditor ⁊ gener fuit. qui cū ab eo doctissimus euasisset.
primū apud venetos. postea apud florentinos. senenses. bononienses. ⁊ demum
mediolani philippo maria duce vocatus grecas latinasqꝫ lr̄as plurimos docu-
it. ⁊ ibidem vsqꝫ ad hec ferme tempora sub quatuor ducibus cū annua pensione
fuit. vbi libros a se editos dereliquerat scilicet Sphorcidiarū Satyraꝝ. de iocis
et seriis. lyricoꝝ. cōuiuioꝝ. de morali disciplina. epistolare tā grecaꝝ q̄ȝ latinarū
Orationes. 60. oratione soluta. Hippocratis libros de flatibus ⁊ corpis passio-
nibus ⁊ in plutarco vitā galbe ⁊ othonis transtulit. Obiit deniqꝫ bononie anno
salutis nostre M. cccc. lxxxi. nonagenarius.



Leonhardus de vtino ordinis predicatorum professor ⁊ sacrarum lr̄aꝝ doctor tum diuinoꝝ eloquioꝝ
⁊ studiorum humanitatis doctrina. tum multa prudentia ⁊ ciuiū gratitudine claruit. ⁊ multos ꝫmo-
nes ad populos erudiendos ⁊ de sanctis per totum anni circulum post se reliquit.

Iurasse fridericū imperatorē nunq̄ comptū ē nisi cū in ciuitate aquensi apud belgas. ⁊ cū rome coronatus est. idq3 iuramentū constantissime tenuit. Cū eñ iureiurando ꝓmisisset que bona possideret imperium nullatenus alienaturū. ⁊ modo hoc modo illud ex eo peteref maluit auarus negando q̄ȝ concedendo periurus videri. Eā ob causam petenti borsio marchioni estensi ducatū mutine tamdiu restitit donec monstratum est. Cū ducatum qui sub annuo tributo concederef lucri magis q̄ȝ alienationis speciem habere. p̄sertim cū mutina ⁊ regiū in potestate sua non esset. In eū quoq3 fridericū cesarem terciū cū nonnulli dicta probrosa iactassent. referentibus aulicis. an nescitis inquit fridericus. principes quasi signū ad sagittas expositos esse. Turres quidem fulgura prealtas feriunt. humilia tecta preteriunt. At nobiscum bene agitur si verbis tantum impetimur

Latislaus rex bohemie et hungarie



Ladislaus hungarie ⁊ bohemie rex ac dux austrie filius alberti cesaris ⁊ sigismundi imperatoris nepos. Cū postumus nascebaf. qui mox vt in lucē prodit apud albā regalē ⁊ baptismū xp̄iane fidei signaculū ⁊ militie cingulum et sacrā hungarie coronam (quam mater penes se habuit) eadē die accepit. Inde sublatus in tutela friderici cesaris duodecim ferme annis fuit. cui mater ⁊ ip̄m ⁊ coronā cōmendauit. Cū cecidisset in bello vladislaus polonie rex qui regnum hūgarie assumpsit Ladisla⁹ cōi procerū ꝯsensu rex designaf suisq3 auspicijs deinceps in turchos pugnare cepit. Rex āt paulopost magnificētissimis apparatibus bohemiā petijt atȝ in praga summos honores consecut⁹ regni coronā accepit. mansit ibi nō pūo tp̄e nec vnq̄ȝ hereticoꝝ eccīas intrauit. pri⁹ tñ q̄ȝ rediret in austriā vratislauiā nobilē vrbez inuisit slesitaꝝ caput. Postea comes cilie a ladislao huniadis filio in castro regio obtruncaf. Offensus ea re regi⁹ anim⁹ dolorē tñ suppressit. Rex budā se ꝯtulit vbi huniadis filios in carcerē rapi iussit. ꝑcussorē comitis ladislaū natu maiorē capite plecti. mathiā captiuū duxit ī austriam. In austria de ꝯiuge regi tradenda diu agitatū. multe virgines offerebanf. verū nobilissimo regi nulla dignior visa est margaretha Caroli regis francie filia. placet legatos mittere qui sponsam petant. De loco nuptijs eligendo ꝯtentio exorif. hungari budā. australes viennā. bohemi pragā tante celebritate deputandam aiūt. factione tñ georgij pogiebracij solennitas prage destinata. Ordinatis austrie rebus ingenti rex apparatu bohemiā petit. Inde due legationes misse. altera ad fridericū imꝑatorē de pace. altera ad carolū frācie regē filiā adducturā. In ea legatione. 800. equites profecti sunt. quadrige aurate. matrone ⁊ virgīes splendido apparatu que sponsam ducerent. Imperator ⁊ augusta vocati. ambe regis sorores ⁊ cuncti germanie principes. S̄ hos cogitatus immatura mors regis interrupit. Ladisla⁹ igif. x. kal'. decembris egrotare cepit. Cū medici accersiti desperata salute. Georgius vocat⁹ cū quo plura locutus. finito ſmone de curatione aīe actū. xp̄iano more sacramenta exhibita. vbi aīa amplius dimorari nō potuit. sacrā candelam petijt ⁊ intuens saluatoris imaginē orationē dñicā orsus ꝓnunciato s̄ libera nos a malo nil amplius locatus mortalis vite lumen reliquit. O inanem gloriam. quid dignitates. opes. potentiam tantopere flagitamus. Ladislaus nobilissimus adolescens duo de viginti natus annos in ip̄o etatis flore tot regnis ⁊ gentibus imperans intra. iij. ⁊. xxx. horas postq̄ȝ egrotare cepit extinctus est. Mortē eius alij morbo. alij veneno imputauere. qui ad. viij. kal'. decembris regia pompa in sinu proaui sui caroli quarti romanorum imperatoris sepultus fuit in ede sancti viti prage.

Theodorus thessalonicensis vir greca latinaq̄ȝ lingua apprime eruditus. pontificis iussu quom alia egregia grecoꝝ volumina tū theophrasti de arborib⁹ plantisq̄ȝ opus insigne in latinum conuertit.

Uaria nunciata prodigia anno M. cccc. lvi. in sabinis mense februario vitulū capitibus duobus ortum rome sanguinē apud veneris portam. in ligurio carnes pluisse. In agro piceno ortus infaus dentibus sex. facie insolite magnitudinis. future calamitatis que postea secuta est magna ꝓfecto indicia.



Cometes gradu. 15. cancri in oriente mense iunio visus est. Inde anno sequenti cometes quā nigrū appellant M. cccc. lvij. anno iunio mense gradu. 20 pisciū p mensem visus varie mortaliū mentes affecit.

Maumetes turchoꝝ imperator ad thaurinū oppidū quod nūc albaz dicunt ad confluentes sauū danubiūq̄ȝ sitū a paucis xp̄i cruce signatis fusus fugatus castris exutus est. Johannes genere hispan⁹ cardinalis sancti angeli magnas illic copias cōparans. quo cū erat iohānes capistranus de quo cōciti pānonij ad insequēdos barbaros maximā stragē infinito hostium numero parua manu dedere. Bellū aūt gestū est die sancti sixti. qui ē viij. yd⁹ augusti. ob idq̄ȝ calixt⁹. iij. pō. eo die trāsfigurationez dñi ꝯstituit

Terremotus ꝑmaximus anno dñi. M. cccc. lvi. die quinta decembris hora noctis vndecima. Et iteruz xxx. die eiusdem mensis hora. xvi. fuit vt in memoria hominū nō sit ⁊ nusq̄ȝ legif tam vehemētes fuisse ⁊ tam magnū spaciū terre occupasse. p̄cipue in regno apulie. In neapoli beneuento ⁊ multis alijs ciuitatibus ⁊ villis circūstantibus. ex quo multa templa ⁊ in neapoli pallatia. domus cuȝ interitu magno hoīm pecorūq̄ȝ corruerūt. Et in terra laboris capue. caiete. auerse ceterisq̄ȝ veteris campanie vrbibus. Fuerūt nihilominus ⁊ alij terremotus ꝑcepti inter ꝑmū ⁊ scd̄m etiā postea s̄ tenues ita vt nullum damnum edificijs ac personis intulerunt.

Anno mundi. 6657. Anno xp̄i. 1458.


Linea summoꝝ pontifici

Pius secundus


Paulus secundus

Pius eius nominis secundus papa eneas cognomento picolhomineus antea vocatus. natione ytalus. senis oriundus. corsiniani ortus patre siluio. matre victoria. Ideo prius eneas silui⁹ poeta vocitatus hoc anno patrū omniū consensu terciodecimo kalendas septembris pontifex creat̄. vir quidem oī laude dignus eloquentissimus copiosissimusq̄. prudentie singularis. qui nō ad otium sed res maximas agendas vocatus. Is corsiniani cū ꝑ etatem discere potuisset grāmaticam didicit. Annū vo decimū ⁊ octauū agens senas ꝓficiscit̄ vbi a necessarijs ⁊ cognatis adiutus poetas primo. mox oratores audiuit. quibus facultatibus tanto ingenio valuit vt breui preclara poemata latina ediderit. inde ad ius ciuile se contulit. Postea dominicū capranicū secut⁹ basileā ꝑuenit. Deinde bartholomeū nouariensem epm̄. ⁊ post eum nicolaū sancte crucis cardinalem secut⁹ Iterū ad basileam ꝓficiscens semꝑ in honore apud omnes est habitus. Fuit em̄ scriba in illa synodo ⁊ lr̄aꝝ ap̄licaꝝ abbreuiator. In eo aūt ꝯuentu ꝑsepe orauit. Legationes plures ꝯcilij causa obiuit. Orator deinde ad fridericū imperatorem a felice missus tantū dexteritate ingenij valuit vt eū corona poetica donatū in amicos ⁊ ꝓthonotariū receperit. Relatus deinde in senatoriū ordinem. quē princeps in rebus grauibus consulit. Creato autē nicolao pontifice dum ab eugenio subdyaconus creatus ep̄s tergestinus morit̄. in cui⁹ locū eneas se quidē inscio a pontifice ⁊ imperatore suffectus est. A calixto aūt pontifice in numerū cardinaliū refert̄. ingressus conclaue post obitū calixti pontifex creat̄. Accepta pōtificia corona confirmata prius ecclesie ditione se totū ad curam reipublice xp̄iane conuertit. Sigismundū austrie ducem q̄ꝑ in cardinalē ad vincula petri aīaduertisset diris execrationibus ꝓsecutus est. Maguntinū insuꝑ antistitē sede deiecit. Beneuentanum q̄ꝫ archiep̄m sūmouit. nil regibus. nil populis timore aut auaricia cōcessit. katherinā senensem inter sanctas xp̄i virgines retulit. pragmaticā in gallia abrogauit. fodinas inuenti tū alumis apud tolphā instituit. Cultor iustitie et religionis. admirabilis eloquio. Inter ferdinandū regem ⁊ sigismundū malatestam inducias composuit. vt mantuā vbi cōmunem xp̄ianoꝝ conuentū indixerat tuto ꝓficisci liceret. media igit̄ hieme ab vrbe discedit. mantuā postremo ventū est vbi magnus erat principū numerus. magna legatoꝝ vis. actūq̄ꝫ est pio illo dicente vt bellū cōmuni oīm decreto turchis indiceret̄. Urbem aūt romam multis exornauit edificijs. ⁊ tybure arcē construxit. ac senis nōnulla ornatissima edificare fecit. Fuit aūt continentissime vite ⁊ otij inimicissimus. homo stature breuis. caput habuit ante annos canū. facie senecta. aspectu seueritatem facilitate conditam ostendebat. Circa cultū corporis neq̄ꝫ morosus neq̄ꝫ negligens. robustum ei corpus natura dederat. quod tn̄ longe ꝑegrinationes ⁊ crebri labores attriuerant. accedebant morbi eius familiarissimi tussis. calculus ⁊ podagra quibus ꝑsepe cruciabat̄. Duodecim cardinales suo pontificatu veteribus addidit. Qui tandē ancone dū venetorum ducem belli socium ancone expectat vt contra turchuꝫ cū innumerabilibus populis ꝓficiscerent̄. diuturna ⁊ lenta febri afflictat⁹ morit̄ anno sexagesimoquarto supra quadringentos ⁊ mille. xvij. kal̄. septembris. anno vero pontificatus sexto. diebus sex minus. Funus ancona romā defertur ⁊ in basilica sancti petri condit̄ ad altare sancti andree. Delectatus ē aūt mixto scribēdi genere ideo plura oꝑa edidit. Caput sancti andree e peloponesso romā auectū in sacello ad id fabrefacto collocauit. cognitionē q̄ꝫ reꝝ antiquaꝝ nō omisit cū ꝯmentarioꝝ libros scripsit ⁊ plura alia.

Anno dn̄i. 6663. Anno xp̄i. 1464.

Paulus secundus papa patria venetus. patre nicolao. matre polixena. petrus barbo antea vocatus. eugenij pontificis ex sorore nepos sancti marci p̄sbiter cardinalis hoc anno pridie kal̄n. septembris pōtifex creatur. vir certe magni animi. corpus habens egregiū maiestate dignū. Is adolescens adhuc iturus in mercaturā erat. que apud venetos in precio est. Ei nunciatū est gabrielem auūculū suū pontificem creatū esse. substitit adhortante fratre paulo barbo. ac lr̄is (licet iam adultus esset) operam dedit. inde vocatus ab eugenio archidiaconatū bononiensem. ac post ep̄atum ceruie cōmendatione adeptus ꝓthonotarius ab auūculo creatur. Tandem vna cū alouisio patauino medico. quem postea patriarchā appellarunt cardinalis ab eugenio creat̄. Erat aūt natura blandus. natura humanus. Mortuo itaq̄ꝫ pio in eius locū suffectus ē. Duo bella quidem parua in ytalia suscepit. que nulla re pri⁹ repetita bello ꝟ insidijs incboata postea deseruit. In colligēdis aūt pecunijs ita diligēs fuit vt fere sꝑ bn̄ficia ⁊ ep̄atus his ꝯmitteret q̄ officiū aliq̄d venale haberēt vn̄ elici mun⁹ possꝫ. his aūt pecunijs interdū etiā ad liberalitatē vtebat̄. nā ⁊ cardīales paupes maxie ⁊ ep̄os ⁊ pricipes ac nobiles domo extorres. virgīes. viduas. egrotos freq̄nt̄ iuuabat. Curauit itē vt rome annona ceteraq̄ꝫ ad victū ꝑtinētia vili⁹ q̄ꝫ antea vēderet̄. Multa deinde edificia splēdide ac magnifice tū apud

sanctum marcū. tum vo in vaticano qd ad munificentiā pertinet extruxit. iustus quoqꝫ habitus ē. hic pontifex ac clemens morosus ⁊ difficilis canonicos regulares e sancto ioanne laterano pulsos a calisto pontifice restituit. Cognita aūt georij regis bohemie pfidia. in boiem vngaros ⁊ germanos cōcitauit. Apparatu aūt pontificio maiores supauit. In corona siue mitra in quā multas opes contulit coemptis vndiqꝫ acmagnis pcijs adamantibus saphiris smaragdis chrisolitis hiaspidibus vnionibus ⁊ quicqd gemmarū in pcio ē. Tandē vo decem cardinalibus creatis. quoꝝ de numero franciscus sauonensis eius successor extitit. Cū annos plurimos viuere sibi psuasisset. anno salutis nostre. 1471. v. kal. augusti. secūda hora noctis Cū eo die letus ꝯsistoriū habuisset. ⁊ iocundissime cenasset. apoplexia correptus. vitā cū morte mutauit. anno pontificatus sui sexto. mense. x. peponū em esu. cancroꝝ. pastilloꝝ. pisciū succide admodū delectabatur. Quibus ex rebus ortam credūt apoplexiā illā. qua e vita sublatus ē. Nā duos pepones. ⁊ quidē pregrandes comederat eo die. Quo sequenti nocte mortuus est. Eius corpus in basilica beati petri mane sepulture traditum est. Et tūc vacauit sedes dies nouem.

Antoninus archiepiscopus florentinus



Antoninus florentin⁹ archieps ordinis pdicatoꝝ pfessus pater. historiarū ac romane vrbis olim auditor causarū. sanctissime vite ⁊ moꝝ vir. ⁊ sacrorū dogmatū admodū doctus. hijs tempribus. ob lraꝝ gloriā apud ytalos in precio habitus ē. Qui multa ⁊ grandia volumina. magno qdem cōfecto labore. lōgisqꝫ lucubrationibus posteritati reliquit. que legentibus atqꝫ audientibus magnā afferūt doctrinā ⁊ voluptatem. Ex quib⁹ extat summa accuratissima in casibus cōscientie sacerdotib⁹ p necessaria. S ⁊ multos historiarū libros ad erudiendos mortales ꝯposuit. Tandē āno domini. M. cccclix. deficiēs. vi. nonas maij. nō sine magna sanctitatis opinione fuit. cū crebris miraculis claruerit. Eius autem sanctū corpus ex domo epali. ad sanctū marcū ordinis sui delatū. cū magna populoꝝ frequentia ⁊ veneratione sepultum fuit.

Borsius marchio inde dux ferrariensis



Borsius estēsis marchio. Et primus ferrarie dux leonelli marchionis frater. Et nicolai estensis filius. defuncto leonello fratre maiore. in regnuꝫ ferrarie succedens. regnauit annis. 22. Vir certe ingenio diuino. in quo nihil fucatū. nihil subdolū. Eius verba sapientie plena. opa aūt grauissima. ⁊ semp regia. ad eū cum fridericus cesar accedens. visa hominis celsitudine ⁊ animi magnitudine. illum mutine ⁊ regij (vt premissum ē) ducem primo creauit. Deinde exactis mltis annis romā accedēs a paulo pontifice magnifice exceptus. ab eodē ducatus ferrarie insignitus fuit. Nicolaus aūt pater cū hos ⁊ alios ex pellicibus genuissꝫ filios. senio cōfectus. alios ex vxore suscepit liberos videlicet herculē ⁊ sygismundum. quos moriens regni heredes sub leonelli tutela reliquerat. qui eos neapolim relegauit. ⁊ regnū omne occupauit. Et cū ludouici ganzage sororem haberet vxorē. ex ea nicolaū tantū suscepit filiū. Quo nato nō multo post mortuus. cū nicolaus regno aptus non esset. hac conditione in borsiū imperiū deuenit. vt post obitū nicolao iureiurādo regnū restitueret. Borsius principatu suscepto cū prudentissimus esset herculē ⁊ sygismūduꝫ relegatos reuocauit. ⁊ eos ac nicolaū tanqꝫ filios carissimos omnes habuit. Erat autem diuinaꝝ humanarūqꝫ litterarū egregie doctus. ⁊ doctorum viroꝝ amator. Hic vrbē ferrarie miris edificijs ornauit. Nam arcem nouā ⁊ curiā pulcerrimis edificijs clariorem reddidit. Monasteriū insuper toto orbe celeberrimū ingenti impēsa ordini carthusiensiū a solo cōstruxit. deniqꝫ anno regni sui. xxij. in pace quieuit. Eius corpus apud carthusienses ingenti pompa delatum. humili loco sepeliri voluit.

Ferdinādus rex



Ferdinandus huius nominis secūdus. alphonsi regis ex concubina filius. hijs temporibus patre defuncto. ex eius testamento in neapolitanū regnuꝫ eidem succedens. Alphonso autem sine legitimo filio defuncto. id regnū feudatario ⁊ antiquo iure ad sedem apostolicā deuolutā censebatur. Quod cum calixtus pontifex armis repetere statuisset. morte superueniēte disturbata sunt omnia. At ferdinādus metu liberatus ab eius successore pio papa regni cōfirmationē. reclamantibus gallis accepit. Quo regno in pace adepto multos hostes bello postea profligauit. hūc pius pontifex cum vehementer diligeret. et regno confirmauit. ⁊ regia corona donauit ac coronauit. Et ei etiā annuū censum in parte relaxauit. Inde auxilio pontificis ioannem andegauenseꝫ renati filiū apulia fugauit. Pio pontifice postmodū mortuo ferdinandus cum paulo eius successore. ⁊ sequentibus pontificibus inimicicias suscepit. qꝛ peterent tributū quod singulis annis ecclesie romane pendebat. ⁊ ob bene merita relaxari optabat. Inde multo maiores simultates cum senatu veneto ob cipri regnū cōcepit. Et turcum in venetos (vt aiūt) concitauit. Veneti igitur cū turco pacem cōposuerunt. qui omnē vim belli in regem conuerterūt. ⁊ hydruntū maritimā ytalie ciuitatem ei abstulerūt. Et verendū fuisset nisi mahumetes morte sublatus fuisset. plura damna regno apulie intulisset. Eo vo mortuo. difficilimo bello vrbem hydrunt. rex per alphonsum calabrie ducem filium suum in armis strennuū recepit.

Anno abhinc ferme sexto ⁊ q̄dragesimo. inter frẽs beate marie theutunicoꝝ ⁊ vladislaũ polonie regẽ de regni finib⁹ orta q̄stione. Utraq̄ pars ingentes copias in bellũ eduxit. At primi pruteni siue nũero militũ. siue animi ferocia exultantes. duos gladios p̱ fecialẽ. regi misere. vt ex hijs quẽ mallet. vnũ acciperet. Is cũ vitoldo fratre. deo suo hostias litabãt. q̃ audito feciale. nõ inuitus inq̄t prelij signũ recipio Consecratoq̄z gladio quẽ elegerat. eo se cinxit. Et facta pugnãdi copia. lituanos q̃ auxilio venerãt p̄mos opponit. quoꝝ strage fatigata copia prutenoꝝ. Et ipa polonis supuenientibus sternit cruentissimo p̄lio. ea die confecto victoria regis fuit viri equestris ordinis ex religione q̄dringenti cũ ipo magno mgr̄o periere Cesa ex plebe multa milia. qui sup̱fuerũt capti. Prussia p̄ter oppidũ. b. marie omnis ad polonos defecit. Seq̄ntib⁹ annis casimir⁹ rex polonie eis ciuitates munitas dantzk ⁊ dorñ abstulit. asserens portionẽ sui regni esse prussiam.

Albertus marchio brandeburgeñ. annis effluxis belluz aduersus Nurẽbergenses enixissime gessit. Greuẽburgiũ ab eo multa vi oppugnatũ ẽ. Id oppidũ in valle iacet. xx. milibus passuũ a nurẽberga. muro ⁊ fossa munitũ. Et cũ varia dãna ab vtrisq̄z illata fuissent p̱ ludouicuz baioarie ducẽ. ad hos tumultus sedãdos vocatũ (cũ diu laborasset) hoc bellũ post varias dictas sopitũ fuit. Deinde cũ post aliq̄ tẽpora inter ludouicũ baioarie ducẽ p̄dictũ ac marchionẽ brandeburgeñ. principes potentissimos. bellum susceptum esset. Haud quidẽ iniuria. ⁊ magna cum animi fiducia ꝯtendissent. post plures strages principes germanie pacem postulantes. Tandem res equo animo sedata fuit.

Ludouicus rex francie



Ludouicus caroli regis francie fili⁹. his tp̱ib⁹ p̄ri in regnũ succedẽs. Fuit aũt carolus pientissimi animi vir. ꝟ ingenij ebetis. Qui cũ bellũ ꝯ heinricũ angloꝝ regem. Et ioannẽ burgũdioꝝ ducem excitasset. ⁊ multos occidisset. Inde ingenti cede fusus fuit. ⁊ hi multas ciuitates adimerent. Et nisi per puellam deus miraculose restitisset. de eius regno actũ fuisset. Tandẽ Nicolaus cardinalis sancte crucis ordinis carthusieñ. pacẽ cũ duce burgũdie cõposuit. quez tñ postea p̱ insidias interficere fecit. qd̾ infinita mala excitauit. Hui⁹ itaq̄z caroli primogenitus ludouicus. delphinat⁹ regionis princeps. regno suscepto multos p̄ri beniuolos regno depulit. Inde cũ libertatẽ eccl̾ie in regno minuere conaretur. multos romanos põtifices habuit aduersarios. Inde cũ carolus aq̄tanie ⁊ normandie dux e medio p̱ eũ sublatus esset. quẽ ob eius sapiam populi regnare cupiebãt. Qd̾ cum regni ꝓceres ⁊ burgũdie dux intellexissent id ex sua ꝓcuratõe factitatũ. vetusta odia renouarũt. ꝯspirãtes ingẽtez exercitũ in eũ deduxerũt. dux burgũdie in picardiã aduolãs. ciuitatẽ pichignetũ cepit. ⁊ ꝯplanari fecit. at rex a suis destitut⁹ pisius cõmigrauit. regiã saltẽ tutaturus. In normandia igit̾ innumera oppida euerterũt. Pontifex aũt romanus ad hos tumultos sedandos. Bessarionẽ nicenũ cardinalẽ in galliã misit. cũ diu laborasset tantũ ꝓfecit. vt cedes ac incõmoda sopita fuerũt. Demũ ãno a natali xp̄iano. 1484. Remis deficiens. Carolũ primogenitum suũ annoꝝ. xv. extantem habuit successorem.

Georgius rex bohemie



Georgius pogiebratius bohem⁹ post obitũ ladislai hungarie et bohemie regis. accersitis ꝓcerib⁹ gubernatõem suã nõ expirasse regis obitu dixit pragenses nihil morati se sue gubernationi cõmisere. Exin ꝯstituta die qua nouus rex eligeret̾. Re pro regni vtilitate discussa. rex pronũciatur militie domiq̄z apprime clarus. Cui ad res gerendas nec cõsiliũ nec etas defuit. Ea res necati suspitõnem maxime auxit. Inde ex p̄torio in edem beate marie vbi rochezana presidebat regi publica salutatio exhibita fuit. Cum autẽ inclitum bohemie regnũ vt premissum est dudũ in perniciosam iacobelli ⁊ hussitarũ hereticã prauitatem (vt cõmunionẽ sub vtraq̄z specie de necessitate fore eterne salutis ꝓfiteretur) prolapsum fuisset. Georgius q̃ se catholicuz affirmauit. In manibus ianueñ. ⁊ bacieñ. ep̄orũ tactis sacramẽtis euãgelicis publice iurauerit. dũ coronationis recipet insignia. Et deinceps fidelis ⁊ obediens esset sancte ro. ecclesie. ⁊ cũ se ac conthoralẽ cũ liberis tali iuramento obligasset. per fridericũ ro. imperatorem confirmatus extitit. Uerũ cũ hijs omĩbus ꝯria ageret. ⁊ hereticorũ sectam foueret ⁊ amplecteretur. Inde vratislaueñ. ⁊ ceteri catholici homagiũ prestare recusarũt. Ideo papa pius. ⁊ post eũ paulus põtifex. grauissimis cẽsuris eũ ac totũ regnũ bohemie fulminarũt. At paulus secũdus anno. M. cccclxvi. publico cõsistorio eũ heresi dãnat. dignitateq̄z ac regno priuat. Tandem post annũ. 71. supra quadringẽtos ac mille idem georgi⁹ bohemie occupator. morbo perijt.

Mahumetes turcoꝝ imperator. Expulso thoma paleologo. ⁊ fratre secũ deducto. peloponessum occupat. anno eius. xi. eodem anno trapesuntij rege capto ⁊ interempto pontũ. anno. 1460. obtinet. Inde mitilenẽ expugnat. diripitq̄z anno regni sui. 12. Postea veneti magna classe copijsq̄z terrestribus in peloponeso veterẽ murũ fossamq̄z ab vtroq̄z mari in ipo Isthmo tumultuarie opera pluribus simul locis erigere adorsi. corinthum obsident. Turci v̾o laborãtibus suis auxilio ꝑperantes ꝑ interruptas munitiões vi penetrant. ac xp̄ianos ad naues fugere cogũt. Tandẽ dux venetoꝝ cum prestãtissimis senatoꝝ triremibus. 12. p̱ equora ornatissime instructis. Anconã pontifice pio adbuc spirante venit. quibus e speculo ꝓcul visis papa. 19. kal̾. septẽbris gloria ingenti vita functus est.

FRidericus impator. extra cenā nūquā vtitur vino. in cena leuissimū bibit. ⁊ id aqua ꝑdomitū leonore auguste que paterna in domo nūquā vinū gustasset. Suadebāt medici in germania regione frigida si mater fieri vellet. vinū biberet. Quod cū accepisset fridericus enea siluio vocato. Ibi inquit. atqꝫ imperatrici dicito sterilem me cōiugem. quā vinosam malle. proinde si me amat. vinū oderit. At id nūciū leonora. Et si viri iussioni tam libenter pareo. quā vino si tamen vini vsum mādauerit imperator. mori optauerim quā parere.

Mathias rex vngarie



MAthias ioannis huniadis gubernatoris regni hūgarie filius. Ladislao ꝑdicto rege sine liberis extincto. Vngarie regnū consentientibus ꝓceribus occupat. Eius pater prouinciā vga ferrea gubernauit. nec dum rex abfuit minor eo habitus ē. hic prostratis apud albam turchis. post breui tpe morbo extinctꝰ ē. Comes cilie cuiꝰ caput erat a rege secūdū. et eius auūculus. a ladislao huniadis filio in castro regio obtrūcat. Rex ladislaus quāqꝫ vehemēter cōmotus. tā atroci facinore dolorē tñ suppressit. Rex budam repetijt relicta alba. vbi secutos curiā huniadis filios in carcerē rapi iussit. Percussorē comit̄ ladislaū natu maiorem. Qui quatuor ⁊ viginti natus ānos egregio corꝑe adolescēs. flauis de more crinibus super humeros passu reuinctis post tergū manibus talari atqꝫ aurea veste indutus capite eū plecti iussit. Mathiā vo captiuū duxit in austriā. Et profectus in bohemiā eū sequi mandauit. Cū aūt apud pragā obijt mathias qua die rex clausit oculos eadē pragā applicuit. quē georgius gubernator in custodiā suā recepit. Nec diu postea rex hungarie designatꝰ magnis sponsionibus dimissus e carcere. volauit ad regnū. facta eñ reconciliatione inter proceres mathias octo ⁊ decē natus annos nono kal' februarij rex acclamatus. Cū vo id regnū sibi cōpetere cesar affirmaret. multa bella inter eos suborte sunt. regnū tamē ei cessit. Fuit autē xp̄iane religionis ꝯ turcos defensor ⁊ ꝓpugnator acerrimus. qui pannoniā ⁊ alias ꝓuincias a turcoꝝ impetu tutatus fuit. Naꝫ multis vicibus ingenti ꝓlio turcis sup̄atis. etiā ꝑtem bosnie recuperauit. Et turcorū regnū incendijs. populationibꝰ. cedibusqꝫ inuoluit. Sed ⁊ bella in bohemia cū casimiro rege polonie gessit. Pax tñ ꝯposita hoc mō inter eos fuit. vt pannonia hūgaria morauia ac slesia mathie relinqueret. ⁊ boemie regnū vladislao casimiri filio remaneret. Hic aūt prestantissimus rex paterno more militaris glorie appetētissimus. bello fortunatꝰ. Cū videret fridericū cesarem sibi aduersari. cū turco pace cōfecta in eum arma vertit. ac viennā vrbem ⁊ alia sibi ademit. In qua vrbe tandē anno. M.cccc.xc. morbo extinctus est. ⁊ ad albā ductus in sepulcris regum sepultus. huic ferdinandus neapolitanus rex filiam suam matrimonio copulauit.

Nicolaꝰ de cusa cardial'



NIcolaus de cusa germanus. sacrosancte romane ecclesie. tituli sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis prestātissimus atqꝫ doctissimus. ea tempestate claruit. q̄ tanta bonitate fuit dū viueret vt pauci meliores suo tpe nati sint. viciorū oīm hostis acerrimus. ambicionis totus aduersariꝰ. integritate animi immutabilis. honestoꝝ laboꝝ indeclini etiā senectute patientissimus. bñfaciendi et gratificandi admirabilis. Sane tanta doctrinaꝝ oīm vbertate fuit. vt q̄cquid ex tpe dicendū incidisset id copia tali dissereret. vt ei solū facultati censeret studuisse. Vir supra opinionē eloquēs ⁊ latinus. historias oīs nō priscas mō. ꝫ medie tempestatis. tū veteres tū recentiores memoria recensebat. In mathematicis disciplinis suo tpe doctior eo fuit nemo. Ius ciuile pontificiūqꝫ didicerat. philosophie Aristotelice acerrimus disputator fuit. Theologie summus interpres. huiꝰ celeberrimi viri plurima extant summi ingenij opera. De visione dei. de pace fidei. Cribratio alchorani. de ludo globi de mathematica ꝑfectione. De apice theorie. de docta ignorantia ⁊ pleraqꝫ alia. Is aūt dū eccl'ie sue brixinēsis iura acriꝰ tueret a sigismūdo austrie duce capit. atqꝫ honesto huat carcere. Pōtifex āt pius. cardialis captiuitate grauiter cōmotꝰ. facūda orone i sigismūdū publice inuehit. ⁊ eū ꝗminoribꝰ interdict̄ deterret. tandē liber euasit ac pace cōposita. dum pius ancone vita functus fuit. cardinalis rome decessit.

Bessarion cardial' grecꝰ



BEssarion. S. R. E. eps cardialis sabineñ ⁊ ꝯstātinopolitanꝰ p̄triarcha. Niceni venerāda nūcupatiōe terraꝝ vbiqꝫ celeberrimꝰ h tpe floruit. de q̄ sapiētissimo dici pōt. Cuiꝰ cū ea fuit (vt paulus pōtifex summꝰ p̄dicabat) In reꝝ oīm maximaꝝ vsu peritia. Ea in consilijs vl' grauitas vl' ꝑspicientia. vt nihil de summis vnqꝫ rebus factū fuit si Niceni viriꝰ defuisset auctas. In studijs eñ maioribꝰ ⁊ hūanis oibꝰ ea facultas ⁊ copia. vt plura legisse credi neminē possit acrius lecta ⁊ rectius intellexisse. vberius paucissimos cultissimis quibusqꝫ tempibꝰ clariusqꝫ scripsisse. Et quāqꝫ summe reipublice xp̄iane negocijs impeditus. merita tamen indignatione cōmotus ac veritatis studio incredibiliter inflāmatus. defensionis platonice imo diuine philosophie libros aggressus est. tanta id maiestate egit. vt cōuiciatorem calūniosum credi plato ipe diuinitatis secretariꝰ possit suggessisse. Iuste igitur platonis defensor. Qui tandē legatus ac franciam in reditu dum pacem fecit in itinere defecit.

ARs imprimendi libros hijs temporibus primū in germania enata ē. Quātum igitᷣ litterarꝝ studiosi germanis debeant. nullo satis dicendi genere exprimi potest. hanc apud maguntiā rheni vrbem solerti ingenio librorꝝ imprimendorū ratio. 1440. inuentā fuisse aiūt. Hoc tempore in oēs fere orbis ptes ꝓpagatur. qua omnis antiquitas paruo ere cōparata a posterioribus infinitis volumībus legitur. Eius laudes antea in prohemio operis prehabite sunt. Qua certe nulla dignior. nulla laudabilior. aut vtilior esse potuit. Qđ si hec ars effluxis tempibus viguisset maxima pars operū Titi liuij ⁊ Tullius de re publica ac Plinius de bellis germanice aliaqꝫ p̄clara opera malignitate temporꝝ amissa nō fuissent. Ideo in eiꝰ laudem quidā hos cecinit versus. O felix nostris memorāda impressio seclis. Desierat quasi totū qđ fundis in orbē. Oēs te summis igitᷣ nūc laudibus ornent. Inuētore nitent vtraqꝫ lingua tuo. Nunc paruo doctus quilibet esse potest. Te duce q̄n ars hec mira reperta fuit.

Nicolaꝰ perotꝰ Rhetor



NIcolaus perotus saxoferratensis ⁊ Sypontinꝰ epūs egregius theologꝰ ac rhetor disertissimus. ad hanc etatē pueniens. nōnulla in diuinis laude digna cōposuit. Sed ⁊ ad puerorꝝ eruditionē cōmode breuiterqꝫ libellū edidit. Comentarios etiā in multis auctoribus p̄cipue in martialē opus variū cornucopie appellatū fecit. Ac q̄dā e greco in latinū transtulit.

ROberto de licio ordinis minorꝝ ꝓfessor. Et aquile marsorꝝ seu abrutij vrbis epūs in doctrinis sacris doctissimus vir. ⁊ noticie oīm ecclīasticorum dogmatū sufficienter instructus. oīm p̄dicatorꝝ doctor. Hisdē tempibus ob eiꝰ clarissimā ⁊ admirandā p̄dicationis grām. ab oībus ytalis multo in p̄cio habitus est. Qui tantū in scripturarū studio laborauit ⁊ scripsit. vt vbiqꝫ Roberti predicationes nūcupentur. plurimas em̄ ad instructionē fideliū tractatus ⁊ sermones edidit. Qui ab oībus p̄sertim declamatoribus studiose legūtur.

Matheolus perusinus medicus

MAtheolus perusinus medicus doctissimus. hoc tpe medicorꝝ ac phorꝝ monarcha. oīmqꝫ liberaliū artiū cūctarūqꝫ scientiarꝝ. facile princeps. p̄ceptor meus eruditissimꝰ. Quē ego hartmānus Schedel Nurēbergensis. doctor pataūinus. tribus ānis ordinarie legentē auscultaui. a quo demum p̄habita p eūꝫ orone elegantissima. insignia doctoratꝰ padue accepi. Ne sua memoria pereat. pauca de eius vita ac doctrina huic operi adiūxi. Cū em̄ sepius mecū animo cogito. q̄ꝫ maximus ac singularis in omnes amor suus extiterit. Quis ē adeo rerum imperitus q̄ non putet ob incredibilē virtutē suā. singulare ingeniū. summā rerꝝ expientiam. eū perpetua memoria cōplectendū. Cui em̄ ignota fuit verborꝝ suorum integritas. suauissimus sermo. decora facies. qui et artis poetice et oratorꝝ summā cognitionē habuit. Qui nullū cyceronis opꝰ aut mantuani vatis. aliorūqꝫ poetarū dimisit intactuꝫ. In astronomia vō geometria ⁊ arithmetica ⁊ musica opera a veteribus edita totis viribus pscrutatus fuit. Uerum nec phia atqꝫ medicina cōtentus. demū sacris litteris delectatus. in eis tanq̄ꝫ mel in fauis dulcedinē abditā sensit. Reddidit igitᷣ suos auditores auscultando dociles. beniuolos. attentos ac disertos ipō orante. In eo nāqꝫ maxima fuerunt omnia. siue acumē ingenij. siue artis peritiam. siue orōnis elegantiā cōmoditatemqꝫ considero. Reliquit aūt post se orationes lepidissimas. Cōmentaria in hypocratem. galienū ac Auicennā. Et arguta consilia in medicina. Tandē senio deficiēs padue sepultꝰ fuit.

Platina historicus



BAptista cognomēto platina. pria cremonēsis aplicus abbreuiator. magni animi ⁊ ꝯstātie vir. eruditione ⁊ eloquētia nulli inferior. hisdē tpibus i pcio exn̄s. a paulo pōtifice maxīo. bonis ⁊ dignitate indicta cā priuatᷣ ⁊ i carcerē detruditᷣ. Et ibi vsqꝫ ad pauli mortē rētinatᷣ. Ex q̄ tandē post mltas calamitates a sixto pontifice eius successore liberatꝰ. ⁊ in statū pristinū restitutus. neq̄ꝫ ingenio suo abusurus. p̄ter librꝝ quē de natura rerꝝ ⁊ obsenijs ediderat. Egregiū etiā opus de vitis ⁊ moribus pontificū sixto pontifici obtulit. In quo etiā impatorꝝ principūqꝫ ac ducū multorū res gestas inseruit. nōnulla etiā alia opera ⁊ eplas scripsit. Demū anno domini. 1481. rome ex peste defecit.

DOminicus calderinꝰ pria veronēsis rhetor luculētissimꝰ. ⁊ tā greca q̄ꝫ latina lingua nō mediocriter eruditꝰ. ⁊ i studijs hūanitatꝭ eminētissimus. p hoc tp̄s ipe diuini igenij fecit opuscula. i iuuenalē. marcialē. suetoniū. et i Ibin nasonis interp̄tationes edidit celebres. Saphos etiā eplas cū ꝓpercio. et cyceronis eplas ad atticū cōmētatꝰ ē. Et nisi imatura morte p̄uētꝰ fuisset. p plura alia edidisset. Obijt deinde anno domini. 1477.

MArius philelphus frācisci philelphi oratoris filiꝰ eques auratus laureatusqꝫ poeta philosophie et artiū doctor. p hoc tēpus toti ytalie clarus extitit. Qui cū eruditissimꝰ esset funebras orationes preclarissimas. ⁊ alterius materie plurimas. ⁊ quidē elegātes hūit. Extāt eiꝰ ingenij opa in diuersis metrorꝝ generibus edita. Richmos quoqꝫ ⁊ cantilenas composuit. Deniqꝫ ⁊ hic a Friderico ganzaga marchione mantuano publico salario ad lectionem vocatus ibidem in anno domini. 1480. vite finem fecit.

Leodium galliaꝝ clarissima ⁊ potētissima ciuitas hoc anno M.cccc.lxviij. a carolo burgundioꝝ duce capta ⁊ ingēti edita cede. diripit. Superiorib⁹ em̄ annis inter leodiēses ⁊ burgūdionū ducē maxie ꝯtentiones agebant. q̄s cū leodiēsis ep̄s extīguere tēptasset a ꝯciuib⁹ suis vrbe pulsus fuit. ideo summ⁹ pontifex tricariensem ep̄m legatū eo misit. Is in carcerē trudit. Quā ob rē indignatus dux vrbē in germania populosissimam presente ⁊ fauente ludouico frācoꝝ rege acerrimo īpetu ac p̄lio vrbē expugnauit ac eā euertit

Mathias inclitus rex hungarie bosnēse regnū hac tēpestate aggressus castrū iaytza tū loci natura tū vo menioꝝ altitudine munitissimū deditione cepit. Inter hec sacro regni hungarie diademate a manibus friderici romanoꝝ cesaris magna cū difficultate rehabito. rex sexto sui regni. Anno dn̄i M.cccc.lxiiij. in die cene dn̄i astantib⁹ ꝓceribus cū solēnitate maxia coronatus. Post hec mahumetē turchoꝝ imꝑatorē in expugnatione dicti castri iaytza in fugā vertit. relictis machinis ⁊ tormentoꝝ generib⁹ inglori⁹ in turchiā rediȷ̄t. Landē post aliqua tp̄a castrū siue castellū turchoꝝ sabatz denoīatū ad lit⁹ flumis zaue vel saui ꝑ eosdē ex lignis terraq̄ꝫ multū curiose ꝑforti oꝑe p̄paratū (vt sequēs figura ꝑ omnē diametrū ac formā ostendit) turrib⁹ ac fossatis ac vallibus. necnō minus militibus munitū diro hiemis sub rigore obsedit. in quo lignea menia ex tabulis fabricata sunt. quaꝝ tabulaꝝ cōpago ita solidū est vt vix ab intento posset iunctura ꝯprehendi. Suntq̄ꝫ tricliuia ambitu ꝓlixiore distincta portic⁹ in oī decore disposite. Area vo curtis ingēti ambitu cicte vt amplitudo ip̄a regiā aulā ostentat. Dūq̄ꝫ rex acrius p̄lio insisteret. turchi rapto comite iohāne de witebitz ab exercitu regis ad castellū. eo interfecto caput ei⁹ absciderūt cū flauescēte copiosaq̄ꝫ coma haste suffixuz ad terrorem exponi iusserunt. Mathias rex indignatus vi aggressus deditione cepit ac expugnauit ingenti gloria. Nouissime turchi anno M.cccc.xcij. iterato castellū inuaserūt. ab hungaris repulsi ad propria redierunt

Sabatz



Anno mundi.6670. Annn xpi.1471.

Sixtus quartus papa natione ligurus ex sauona vrbe maritima natꝰ frãcis
cus antea vocatꝰ ordinis minoꝝ generalis minister hoc anno paulopon.
in diei crepusculo dũ solus in cubiculo quiescit interitu sublato quinto ydꝰ au-
gusti in eius locũ a patribus suffectus est. vir certe doctrina clarus. Is statim a
pueritia diuinis misterijs a parentibus dicatus est apud ordinem minoꝝ inici
atus. Adolescentior factus patauinũ venit. fama ciuitatis illectus ad sapientiã
capescendã. in quo moratus ꝑ viginti fere annos nobilis alũnus legendo orã
do scribendo vniuersum orbẽ splendidissimis sapientie radijs illustrauit. ⁊ iõ
de potentia dei librũ scripsit. librũqꝫ de sanguine xpi. librũ de futuris contingen
tibus ⁊ librũ de conceptione beate Marie virginis ac quedã alia. qui in ordĩe
minoꝝ ꝑ omnes dignitatis gradus ad cardinalatũ ꝑuenerat. Fuit aũt ante põ
tificatũ ac etiã in ipo pontificatu mitissime consuetudinis ⁊ vite continentissi-
me. in pauperes religiososqꝫ maxime munificentissimus. quos omnes fouit ac
priuilegijs amplissimis adiuuit. Inde in amicos ⁊ familiares iocundus. in delĩ
quentes clemens. principes ac nobiles patria extorres ꝑsertim paleologoꝝ fi-
lios. bosnieqꝫ reginam turcho pulsos pecunijs adiuuare nõ destitit. ⁊ rhodioꝝ
milites ac ferdinandũ a turchis vexatos incredibili pietate confouit. vrbem ro
manã cenosaꝫ ⁊ vetustate in plerisqꝫ collabentẽ instaurans. vias eius cultissime
et decentissime strauit. pontem sup tiberim maxima impensa iecit ⁊ a se sixti põ
tem nominauit. Edes quoqꝫ pontificias apud sanctũ petrũ cultissimas reddi-
dit. Hospitale sanctispiritus in vaticano ꝑmagnificũ fabricari fecit. in quo ⁊ vi
te sue ordinem splendide depingi voluit. Et cũ maxime beatissime virgini Ma
rie deuotissimus esset ecclesiam sancte Marie de populo erigere fecit ac decora
uit atqꝫ alia innumera bñficia vrbi ramane contulit. nilqꝫ in põtificatu egit qꝺ
merito reprehendi possit nisi ꝙ ipe (vt fit) suos nimiũ amauit. in queꝫ errorem
multi superioꝝ cecidere. Cũ ordelaphos e foro iulij depulit ⁊ hieronimo Ria
rio necessario suo concessit. cuiꝰ consilio arduis in rebus semper vsus fuit. Iu
bileum a paulo institutum anno quarto pontificatus sui celebrauit. Et beatũ Bonauenturam in sanctoꝝ cõ
fessoꝝ numero ascripsit. Et licet hic multos habuerit detractores optimus tñ põtifex fuit. summa eñ alacri-
tate ⁊ animarum custos extitit. cupiditatem a se resecauit. iras compressit ⁊ malitias extirpauit. Viginti
cardinales toto tempore sui pontificatus creauit. e quibus tres fuerunt romani. duo genuenses ⁊ quatuor
sauonenses. inter quos iulianus sancti petri ad vincula ex fratre nepos fuit vir certe ꝑhumanus ⁊ comis
fuit qui ipsius corpus maxima pompa ⁊ deuotissimis exequijs in nouo templo seu sacello apud sanctuꝫ pe-
trum in vaticano sepeliri fecit. cũ obisset pontificatus sui anno tredecimo.





Anno mundi.6683. Anno xpi.1484.

Innocẽtiꝰ octauꝰ papa patria genuensis patre aron ciboꝝ familia mediocri ꝫ honorato natꝰ. iohannes
baptista antea vocatus post sixtum pontificẽ ex cardinali ꝑsbitero sancte cecilie hoc anno idibus augu-
sti pontifex creatus. Is ex genua que adiacens mari oriundus. que ciuitas ytalie pulchritudine ⁊ reꝝ om-
niũ que terra mariqꝫ aducbunt opulentia ⁊ edificiorum amplitudine ceteras excellit. Ab his parentibus
ortus qui generis nobilitate ⁊ reꝝ gestaꝝ gloria clarent. familia ciboꝝ vetustissima. aranius pater eiꝰ eque-
stris ordinis vir ꝓbatissimus. Hic eps melffidẽ. inter ceteros patres cũ pauperior humaniorqꝫ haberet
Sixtus eñ quartus ob eius ingenij amenitatẽ dexteritatẽ atqꝫ modestiã maiorem immodũ eũ dilexerat. ĩ
datariũ asciuit ꝓpter ipsius humilitatẽ ac comitatem. facilitatem morum. moderationẽ ⁊ elegantiã pontifi-
ciũ munus ꝓmeruit. Fuitqꝫ in rebus gerendis prudentissimus eo ꝙ senis ⁊ in vrbe legationis officiũ cuꝫ
optĩe functꝰ fuisset magnã sui regiminis ⁊ prudẽtie spe patribus dedit. Huiꝰ põtificatus principiũ ciuiuꝫ su-
orum bellis plenus fuit. ⁊ quod ab omnibus potentatibus expetiuit a suis obtinere nõ potuit. quibuscũ-
qꝫ eñ oratoribus a principio ad ꝑstandã ex more obedientiã ne dũ in ytalia verũ ex germania ad se venien-
tibus sumopere pacẽ postulauit. armaqꝫ omnibus deponere mandauit. ꝫ inimicus homo vt optimis eiꝰ
desiderijs obsistere posset poulopost in languorẽ maximũ pontificẽ ꝑducere curauit. ⁊ illico inter vrsinos ⁊
columnenses vrbis primiores dissidiũ excitauit. diu ei inter ipas familias immortale odiũ. qui vniuersum
vrbeꝫ suis factionibus ꝑturbarũt. que res magnã animi dolorẽ põtifici infixit. nõ destitit tñ armis ⁊ minis
discordias extinguere. multa eñ circa pontificiã dignitatem ac rempub. xpianã ⁊ ecciaꝝ vtilitatem ordina-
re ꝓposuit ꝫ ob breuitatem tpis ⁊ eius infirmitatẽ. bellũ quoqꝫ ⁊ epidimiã adimplere nõ potuit. beneficũ
tamen ⁊ circa deum atqꝫ amicos ꝓ viribus se ostendit. nã post adeptã sanitateꝫ corporis dona ecclesie san-
cte marie de populo condonauit. Leupoldũ ducem austrie diu defunctũ ob crebra eius miracula enarrata
in sanctorum confessorũ numero aggregauit. Domum solacij quam vocant belluidere ꝓpe vrbem romanã
extruxit. cuius structuram simul ac picturam ⁊ reliqua excedere quadragintaqꝫ milia ducatorum ferũt.
Anno salutis M.cccc.xc. conuentioneꝫ oratoꝝ. regum. principũ ⁊ cõmunitatũ rome habuit ꝓ expeditiõe
ꝯ turchos. Collectionẽ pecuniaꝝ ꝑ plenarias ĩdulgẽtias ĩ germania ꝓ exeqnda expeditiõe fieri fecit. auxi-
lio raymũdi payraudi archidiaconi. cuiꝰ ĩdultũ ne dũ ad viuos veꝝ ad ĩferos se extẽdebat. magnã copiã au-

ni collegit. tādē oēs curā mēteq3 ac diligētiā ad subditoꝝ comoda. ad tuēdū dignitatē eccle. ꝛ ecōtra ipās rebelliones delēdas. ac religione (habito iā maximis laborib⁹ zizimo sultano) ꝓpagādā ꝯuerterat. Fuit itaq3 ꝯstātissime iusticie cultor. pacis studiosissim⁹ amator ꝛ exuberantis annone vigilantissimus ordinator. Sedatis honorificētissime ingruētib⁹ bellis peculiares eccle populos ꝛ romanos ī primis q̄ felicissimos exoptauit. Exultauit sumope cū ad maiores dignitates viros extulit eruditos ꝛ probos. Fuit p̄terea in pauperes misericors. afflictoꝝ nō minus ꝯsolator q̄ p̄ncipū susceptor liberalis. ꝛ dei ac sanctoꝝ ei⁹ p̄ijssim⁹ venerator. Pontificale pallatiū miro sumptuoso opere exornauit amplificauitq3. Uisitat⁹ a dn̄o plurib⁹ longisq3 morbis. quas patientissime tollerauit. Adueniente demū diuine vocationis hora sumptis ex ritu xp̄iano deuotissimo animo salutaribus sacramētis intrepide adeo sp̄m reddidit creatori. vt securus de imarcessibili gloria videref celestē vitā cū morte ꝯmutare anno pon. sui octauo die. 26. iulij anno salutis. 1492.

Fridericus impator anno. 1469. religionis gratia media hyeme romā veniens magnifice a pontifice susceptus donatusq3 est. ac. cxxij. equites creat kal. ianuarij in ponte adriani. Inde tergestum oppidum quū rebellasset per duces subuertit diripitq3 magna ciuium cede.

Maumethes turchoꝝ imperator. 400. nauiū classe. inter quas triremiū. 200. erant ꝛ equit ū. 100. milia Euboiā adortus. chalcidē. 30. die expugnat subuertitq3 magna suoꝝ cede. Ueneti inde classem nauium. 60. instructā ad infestāda turchoꝝ littora mittūt. in ea triremes. 60. 20. onerarie fuerūt anno. 1470.



Cometa magnus p mensem ianuariū in pricipio anni M. cccc. lxxij. circa festū sancte agnetis visus igneo colore rutilans. crinib⁹ longis nigrisq3 quos in occidentalē ferebat plagā. Cui⁹ quidē corpus ꝓmū circa libre principiū fuit. postea se tantū in septentrione flexit. vt extra zodiacū migrasset ꝓculdubio iudicatū sit. durauitq3 dieb⁹. 80. Uerū nō dū isto dissoluto alter apparuit. cui erat coma ignita que in arietis signo posita videbatur ꝛ caudā in orientalē plagā porrigebat. quē alij perticā. alij ascon dicūt Mortales grauiter affecit. Sequenti em̄ anno siccitas incompabilis subsecuta est ꝛ pestilentie bellaq3 cruentissima pluribus in locis euenere.

Cristiern⁹ rex daci ꝛc



Cristiern⁹ rex dacie suecie noruegie. gothoꝝ dux holsatie stormarie in oldēburg ꝛ delmenhorst comes vir quidē xp̄ianissim⁹ ꝛ multis ꝟtutibus ornatus. Anno M. cccc. lxxiij. romā soluendi voti gratia p vniuersam lombardiam thusciamq3 transijt. ab omnibus potentatib⁹ honorificētissime exceptus fuit. inde romā ingressus prodeūte obuiā honorato q̄3 cardinaliū collegio a Sixto pō. max. celebri honore exceptus est. ac pro singulari munere rosa aurea quā pontifices singulis annis in dn̄ica letare alicui ex principib⁹ xp̄ianis donare ꝯsueuerāt ꝛ ipe a Sixto pontifice donat⁹ est. Ibidē em̄ de vniuarsali italicoꝝ principū pace agi cepit vt scilicet vno animo contra turchum coirent ꝫ res pfici nō potuit. inde digressus p omnes ytalie vrbes transiens pbenigne vbiq3 habitus est. domū deniq3 reuersus aliquot annis cū omni sanctitatis exemplo supuixit.

Carolus burgūdionū dux nussiā coloniēsis agri oppidū ad rheni ripas obsedit ꝫ cum fridericus imperator obsessis auxilio venisset inito federe discessit in belgas.


Iubileus a paulo pontifice prius p vniuersum orbē xp̄ianū institutus a Sixto pontifice maximo hoc anno. M. cccc. lxxv. declaraf. Inde ferdinandus rex mense ianuario magnis bimbribus romā venit iubilei gratia vt pre se ferebat. sed reuera vt initū fedus solueret qd̄ effecit. nam po stmodū inter ytalie potentatus initum est fedus pontifice auctore in quo rex primus ascribitur.

Hercules dux ferrarie



Hercules estensis nicolai marchionis filius ꝛ borsij frater scd̄s ferrarie dux his temporibus nō sine magna ꝯtentione regnū paternū suscipiēs regnauit vsq3 in presens cū omni laude. vir bonus ingeniosusq3 ac rei militaris scientia eruditus. ꝓpterea septimo regni sui anno florentini veneti ꝛ mediolaneñ. tantū q̄ virū magnanimum contra alfonsum calabrie ducem ꝛ hieronimū comitē ducē exercitus constituerūt. qui pleraq3 eoꝝ oppida cepit. Hic helionorā ferdinandi regis filiam mulierem cordatam accepit vxorē. ex qua sex suscepit filios. quatuor mares ꝛ duas feminas. Hic tandem soceri sui consilijs cōmotus tergiuersatis venetis ruptisq3 eoꝝ federibus ferdinando ꝛ alijs socijs colligationibus inhesit et venetoꝝ immunitates violare cepit. que res maximum incendium in tota ytalia excitauit. pro qua re veneti illū terra aquaq3 oppugnare ceperūt ꝛ plurimas terras ei abstulerunt. ꝛ nisi alfonsus calabroꝛum dux ferdinandi regis filius vir in armis strēnuissimus ꝛ pontifex execrationibus obstitissent de eo actum fuisset Tandem pace inter eos omnes confecta. inde vrbem ferrariam multis edificijs clariorem reddidit.

Simon beatus tridentinꝰ puerulꝰ. quẽ ob miraculoꝝ frequẽtiã btm̃ appellãt. die marcij. xij. kal'. aprilis anno ab incarnatione verbi septuagisimoquinto supra millesimũ quater cẽtũ. in hebdomoda sctã a iudeis in tridẽtina ciuitate necatꝰ xpi martir efficit. Judei eñ ea in vrbe degẽtes pasca suo more celebraturi. cũ xpianũ nõ haberẽt immolãdũ cuiꝰ sanguinẽ in azimis suis vti possent puerũ in hũc modũ in samuelis cuiusdã iudei domũ furtim deportarũt. In sacra hebdomoda añ diẽ pasce luce tercia vespere facto is añ fores pris puerulũ more sedẽs. cũ nõ aderat genitor nec cara parẽs, pditor thobias astitit blanda voce moratus puer cuiꝰ etas nõ dũ ter decẽ mẽses viderat. fert illico samuel ad edes. Cũqz nox ruit hic gemini saligmã samuelqz thobias vitalis moyses ysrahel atqz mayer añ synagogã leti eiꝰ pectora nudãt. In eius collo primũ ne vagire posset sudariolũ apposuerũt ⁊ extensis brachijs pmo papulũ forpicibꝰ. mox genã dexterã pcidentes. Inde qsqz forpice carnẽ euellit. Sudibꝰ deinde pacutis pupugere. cũ ille manus alter plantas cõtinet crudeliter sanguine collecto hymnos eoꝝ more canẽtes. addũt minis vba. accipias suspẽse iesu. fecere sic olim maiores nri. sic confundant celo terra mariqz xpicole. sic caput eius inter vlnas cecidit ⁊ vita libera ad superos fecit iter. inde ad cenas pperarũt azimas de sanguine eius in xpi dedecꝰ ederũt. eoqz mortuo statim corpus in pinquũ domus eoꝝ flumen piecerũt ⁊ pasca cũ gaudio celebrarũt. Querẽtes deinde anxij parẽtes gnatũ paruulũ. postridie eũ in fluuio inuenerũt. q illico vrbis ptori scelus denũciarũt. Is ptor iohãnes de salis nobilis brixiensiũ ciuis legũ doctor viso puero exhorruit facinꝰ ⁊ confestim vrbis iudeos cõphendit ⁊ eculeo eos sigillatim imponẽs tormẽtis astricti eo ordine crimẽ retulerũt. q diligẽti examinatione cognito iudeos condignis supplicijs exterminauit. Presul eo tpe vrbis Jo. hinderbach collegit extinctũ corpꝰ ⁊ sepulchro mãdat. multis e vestigio cepit florere miracul'. Inde ex oĩ xpiano orbe pploꝝ concursus ad scti huius paruuli sepulchrũ est factus vt etiã vrbs ipa cũ miraculis ⁊ opibus multis sit aucta Corpori vo ipsius pueri tridentini ciues basilicam pulchram erexere



Cõsimile etiã scelꝰ apd motã oppidũ qd ẽ ĩ finibꝰ agri fori iulij pꝰ quinquẽniũ iudei pegerũt. Nã etiã alium puerũ sibi mõ mactauerũt. p q tres eoꝝ captiui venetijs missi fuerũt ⁊ atroci supplicio concremati sũt.

Iterum thurchi inferiorem ingressi misiam magna cede sternunt. Dehinc magnã genuensium vrbẽ capham quã ad meotidem adhuc possidebant. Genuenses expugnant. ciuitas populosa ⁊ mercatoribus plurimũ apta fuit hoc anno ciue genueosi eã prodente in turchoꝝ man' deuenit in littore euxini maris sita.

Puelle monstrũ tẽpestate istac in veronẽsi agro nascit͡ᶠ que vnũ tantũ caput habẽs ꝯ duos podices. duasqꝫ vuluas. ex ipsis ambab⁹ supfluitates emittebat. Insup q̃tuor brachia ꝯ duo grossiora q̃ ꝑ volũtate mouebat. alia tenuiora ⁊ immobilia erant. vẽtres etiã duos circa stomachũ cõiunctos habebat. hanc parentes ꝑ italiã circũferẽtes precia ab inspicientibus mendicabant.

Padus ⁊ tiber reliquiqꝫ oẽs ytalie fluuij nouẽbrio mẽse (ex multitudine imbriũ) ita excreuere vt extra alueũ effluentes multa accolis dãna intulerũt. qꝛ nõ secus ꝑ vias mortales nauigabãt ac ꝑ eoꝝ fluminũ aluea facere consueuerant. Decrescentibus paulopost multa animalia ⁊ q̃ꝫ maxime tiber secũ traxit. ex quorum putrefactione ⁊ flatu pestis maxima subsecuta est.

In hispania morte heinrici prouincia diuidit͡ᶠ diuersis populoꝝ studijs. nã ferdinãdus iohannis arrogonie regis filius helisabetham heinrici sororẽ in matrimoniũ traductã ⁊ alfonsus portugalie rex heinrici iohannam filiam ex sorore sua neptẽ fouens regnũ diuiserũt. Anno sequenti ferdinandus rex hispanie in agro numantino portugalie regem profugat.

Johannes de monte regio astronimus



Johãnes de mõte regio aleman⁹ nõ minor anaximãdro. milesio aut syracusano archimede. vtraqꝫ lingua greca ac latina eruditissim⁹ germanoꝝ dec⁹. hac quidẽ tẽpestate ob astronomiã ceterasqꝫ mathematicas disciplinas a mathia pãnonie rege nurmbergẽsibusqꝫ ꝑpetuo donat⁹ stipendio. ⁊ in germania. pãnonia ac rome multo in ꝑcio habit⁹ ẽ. Qui cũ in hũgaria kalendariũ ꝑpulchrũ ac q̃daꝫ alia in astronomia magno cũ labore suo celebri ingenio composuisset. Ephemeridesqꝫ a nostris diario dicta maxima cura ingenioqꝫ edita inductis noue astronomie tabulis. reprobatisqꝫ gerardi cremonẽsis theoricis romã ad emendandaꝫ pasthilem dionisij computũ a sixto q̃rto pon. accit⁹ dum pleraqꝫ posteritati parat nõ sine maxima studiosoꝝ iactura morbo perijt. Usus ẽ ꝑceptore georgio burbachio in mathematicis excellentissimo. cui⁹ theorice sciẽtissime impsse circũferũt.

Nicolaus estensis q̃ de impio ciuitatis cũ hercule dissidebat. ferrariã clã ingressus primo septẽbris primo ĩpetu aduersarios exterruit. mox concursu Sigismundi fratris herculis eiectus vrbe palude latitans capitur. nec multo post capite obtruncatur adolescens omni virtute insignis.

in qua perennas penas ⁊ infinita tormenta pro peccatis pendit. Propinquante vo huius termino seculi.
prodigia mirāda per omnia elementa mūdi fient. Quibus imminēs exitus vniuersis gentibus intelligat̃
Diuus quoꝗ Hieronimus ex annalibus hebreoꝝ signa. xv. dierum ante diem iudicij refert. an vo conti-
nui sint vl̃ interpollati. non expressit. Prima die eriget se mare cubitis. 40. super altitudinē montiū. stās
in loco suo quasi murus. Secūdo tantū descendet vt vix possit videri. Tercio marine belue apparētes sup
mare dabūt rugitus vsꝗ ad celum. Quarto ardebit mare ⁊ aque. Quinto herbe ⁊ arbores dabūt rorem
sanguineū. Sexto ruent edificia. Septimo petre adinuicem collidentur. Octauo fiet generalis terremo-
tus. Nono equabitur terra. Decimo exibūt homines de cauernis. ⁊ ibunt velut amētes nec poterunt mu-
tuo loqui. Undecimo surgent ossa mortuoꝝ. ⁊ stabūt super sepulcra. Duodecimo cadent stelle. Terciode-
cimo morientur viuentes. vt cum mortuis resurgant. Quartodecimo ardebit celum ⁊ terra. Quintodeci-
mo fiet celum nouū. ⁊ noua terra. ⁊ resurgent omnes. Aperientur igitur inferi ⁊ resurgent mortui. de qui-
bus iudiciū magnū ipē rex ⁊ deus faciet. Cū dies iste finē fatalē acceperit ⁊ mortales ad iudiciū immorta-
lis dei venerint. Ueniet igitur summi dei filius vt viuos ⁊ mortuos iudicet. Apparebit autē dominus in
aere supra locum vnde ascendit. Instrumenta quoꝗ mortis veluti triūphi vexilla. crux. claui. lancea. Ui-
debuntur quoꝗ eius cicatrices quinꝗ vulneꝝ. Ac in valle iosaphat oīs homo iudicabitur. Sed cū mū-
di ⁊ mortaliū venerit iudiciū. quod deus ipē faciet iudicans pios simul ⁊ impios. Tūc demū impios qui-
dem in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui aūt pietatem tenuerūt iteꝝ viuent spiritu dei dante honorē simul ⁊
vitā. Quod non modo ꝓphete futurū esse ex dei spiritu: verūetiam vates ⁊ philosophi vt hidaspes ex in-
stinctu demonū cecinerūt. Nemo aūt querat quēadmodum fieri possit. Nec em̄ diuinoꝝ opeꝝ potest reddi
ratio. Sed si a principio deus hominē nescio quo inenarrabili modo instituit. Credamus ab eo restitui ve-
terem posse qui nouū fecit. Sed infideles clamant ⁊ dicunt. Quomodo potest caro putrefacta cū dissolui-
tur. aut in puluerem reuertitur. maris etiam interdū profundo sorbetur. fluctibusꝗ dispergitur colligi rur-
sum ⁊ reintegrari in vnū corpus. Et ex anima eadem hominis operari: Ad quos responsionem ex sermo-
nibus Pauli faciamus dicentis. Insipiens tu quod seminas non viuificatur. nisi prius moriatur. ⁊ qđ se-
minas futuꝝ est. Seminas sed nudū granū tritici aut alicuius ceteroꝝ seminū. Deus aūt dat ei corpus ꝓ-
ut vult. Quod autem in seminibus que in terram iacis per annos singulos fieri vides. hoc in tua carne q̄
lege dei seminatur in terra futurum esse non credis. Cur queso tam angustus ⁊ inualidus diuine potentie
estimator es. vt dispersum vniuscuiusꝗ carnis puluerem in suam rationem colligi et reperari posse nō cre-
das. An non censeas cum videas ꝙ etiam mortale ingeniū demersas in profundum terre metallorum ve-
nas rimatur. Et artificis oculis aurū videtur. in quo imperitus terram putat. Et cū auri esse ꝓpriam venā.
⁊ argenti aliā. Erisꝗ longe disparē. ferri atꝗ plūbi diuersam Intra speciem terre latere mortale deprehē-
dat ingeniū. diuina virtus inuenire posse ac discernere non putabitur vniuscuiusꝗ carnis ꝓprium sensum
etiam si videatur dispersus. Sed ad hec temptemus animas que intellectu deficiūt naturalibus ratōnib⁹
adiuuare. Si quis semina diuersa in manu sua permisceat. et hec indiscrete seminat. vel passim spargat in
terram. nonne vniuscuiusꝗ seminis granum. quocūꝗ loci iactum fuerit competenti tēpore s̄m nature sue
speciem germē producet. vt statum sue forme suiꝗ corporis reparet. Ita ergo vniuscuiusꝗ carnis substā-
tia. q̄uis varie diuerseꝗ dispersa sit. ratio tamē ipa que inest vnicuiꝗ carni est immortalis. quia immor-
talis anime caro est. ex eo tempore quo seminantis in terram primo veri dei voluntati arrisit. collectū ter-
re attractumꝗ substantie sensum reddit ac reparat in illam speciem. quā mors aliquando dissoluerat. Et
ita fit vnicuiꝗ anime vt non ad confusum ⁊ extraneum corpus. sed ad suum quod habuerat reparet̃. Cō-
sequenter potest pro agonibus presentis vite. cum anima sua caro vel pudica coronari. vel impudica pu-
niri. Nō autē renascent̃. sed resurgēt. Et ideo corpibus induētur. Et prioris vite facturūꝗ oīm memores
erūt. Et ī bonis celestib⁹ collocati ac fruētes iocūditate īnūerabiliū copiaꝝ. pn̄ti deo gr̄as agēt. ꝙ malū oē
deleuerit. ꝙꝗ eos in regnū vitāꝗ ꝑpetuā suscitarit. Hec sunt q̄ a ꝓphetis futura dicūtur. Quorū testimo-
nia ponere non opus est. Cum tantam rerum multitudinē mensura libri non caperet. Qui hec diligenti⁹
voluerit scire. Ex ipso fonte hauriat. ⁊ plura q̄ꝫ nos in hijs libris complexi sumus admirabiliā requirat.
Postꝗ tandē fuit terre mortaliū confusio. Et ipē omnipotēs. cum venerit in solio iudicare oīes animas
⁊ mūdum omnē. Eodem tempore fiet publica omniū resurrectio. Eritꝗ corpus quod resurget a mortuis
incorruptibile ⁊ immortale. non solum iustorum. sed etiam peccatoꝝ. Iustorum quidem vt semꝑ possint
permanere cum xp̄o. peccatoꝝ vo vt absꝗ interitione sua debitas luant penas. Postremo iustus iudex ꝑ-
petuitatem glorie iustis donabit. Impijs vo prolixitatem confusionis ⁊ penas ministrabit. Quoꝝ cor-
pora permanebūt ineternū. vt sufficere possint cruciatibus ⁊ igni sempiterno. Cuius natura diuersa ē ab
hoc nostro. quo ad vite necessaria vtimur. Qui nisi alicuius materie fomite alatur extinguitur. At ille di-
uinus perseipsum semper viuit ⁊ viget sine vllis alimentis. ac sibi ipse eternum pabulum ministrabit. ac-



sensum doloris afficiet. Quãta aũt felicitas existimanda est. iustis ac pijs subtractis hijs labibus terre. pficisci ad illum equissimũ iudicem parentemqꝫ indulgentissimũ. qui pro laboribus requiem. pro morte vitam. pro tenebris claritatem. pro terrenis ac breuibus bonis. eterna ⁊ celestia largiatur. Uniuersos igitur oportet operã dare vt se vel qꝫ primũ ad rectam viam dirigãt. vel susceptis operatisqꝫ virtutibus. hui⁹ vite laboribus patienter exactis. consolatorem deum habere mereantur. Pater em̃ noster ac dominus q̃ condidit firmauitqꝫ celum. qui solem cum ceteris syderibus illuxit. Qui libratam magnitudine sua terrã vallauit montibus. mare circũdedit. amnibusqꝫ distinxit. Et quicquid est in hoc opere mundi conflauit ac pfecit e nihilo. perspectis erroribus hominũ. ducem misit. qui nobis iusticie viam panderet. Hũc sequamur om̃es. hunc audiamus. huic deuotissime pareamus. Congrediamur cum hoste quem nouimus. fortiter vt victores. ac deuicto aduersario. triũphãtes premiũ virtutis quod ipse promisit a deo consequamur. Et in altissimũ celum relicto stellato per illam immensam portam instar iris ingrediamur: vbi vrbs illa beatorũ ciuiũ atqꝫ dei. mater nostra hierusalem in medijs celi campis apparebit. Hec vrbs vt v̾ba Joannis ĩ apocalipsi sonãt. in se dei ⁊ lumen eius simile lapidi precioso habet. Cuius murus magnus ⁊ altus. habens portas duodecim ⁊ nomina scripta. xij. tribuũ filioꝝ israhel. quaternis lateribus prout sunt partes mũdi. Murus ciuitatis que quadrata est habet fundamenta. xij. Et in ipis nomina. xij. apostolorum. fundamẽta muri ciuitatis om̃i lapide precioso ornata. Inenarrabili igitur gaudio perfundimur. cum in patriam veram remigrabimus. Ex qua oriũdi immo in qua orti sumus. ex meliore multoqꝫ prestantiori nostri parte. Quãtope post longũ erũnosum periculosum exiliũ eas regiones atqꝫ illa loca plena magnificentie. ⁊ aduentu nostro gratulantia videntes exultabimus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ om̃ibus. qui hoc audiũt Concedat dominus. fide quã suscepimus custodita. cursu consummato. expectare iusticie repositã coronã Et inueniri inter eos. qui resurgũt in vitam eternam. Liberari v̾o a confusione ⁊ supplicio eterno. p xp̃m dominũ nostrũ. per quem est deo patri omnipotenti. cum spũsctõ gloria ⁊ impiũ in secula seculoꝝ Amen.

Completo in famosissima Nurembergensi vrbe Operi de hystorijs etatum mundi. ac descriptione vrbium. felix imponitur finis. Collectum breui tempore Auxilio doctoris hartmãni Schedel. qua fieri potuit diligentia. Anno xp̃i Millesimo quadringentesimo nonagesimotercio. die quarto mensis Junij.

Deo igitur optimo. sint laudes infinite.

VEteres reꝝ scriptores parcissime de Germania locuti sunt. ac si ea natio extra orbem ia-
ceret ⁊ somniantes quodammodo res germanicas attigerũt. nanqꝫ si legamus vetusta tē-
pora inueniemꝰ germanos olim ritu vixisse barbario. vestibus vsus laceris. venationi
tm̄ ⁊ agroꝝ culture dedisse operaꝫ. feroces quidē hoīes ⁊ belli appetentes. sed argenti
prorsus inopes. quibus quippe nec vini vsus erat. Ipaqꝫ germania intra mare ⁊ da-
nubiũ. rursusqꝫ intra rhenũ ⁊ albim ꝯtinebat. nũc vero quãtũ transgressi sunt suos limites
nō ignorat. nã plus fere est qđ nacti sunt in gallia. rhecia. norico. vindelico atqꝫ in ipsa
scithia seu sarmatia quã qđ intus habuerunt. Quid memoremꝰ nobilissimas vrbes splē-
didissimasqꝫ. ditissima templa. opulentissimos principes ac ꝑlatos. certe nō videmus ꝓuinciã esse que ꝯpu-
tatis omnibus germaniã supet. q̄ si resurgeret aliquis illoꝝ theutonũ qui tpe iulij cesaris vixit germaniã p-
agraret vt ariouistꝰ ꝑfecto diceret nō esse eã terrã quã olim viderat negaretqꝫ suã esse patriã. cũ vineaꝝ ⁊ ar-
boꝝ fructiferaꝝ cōsitões vstitus hoīm. vrbanitatē ciuiũ. splendoreꝫ vrbiũ. tantãqꝫ nitidã polotiã apud ger-
manos cōtueret. Verũ hãc mutationē quis fecit nisi religio xp̄i. Cultus quippe xp̄iane religionis a germa-
nis omnē barbariē expulit atqꝫ ita expoliuit vt iã greci ipi barbari. Germani aũt recte latini appellari mere-
ant. Siue igit noua cōsideranti seu vetera mente repetenti nulla peritior. nulla ardētior (inter omnes natio-
nes quas bello ydoneas iudicant) germanica videtur. Germanis enĩ equi arma ⁊ pecũie sunt. ⁊ vbi tot cla-
rissimi principes. tot generosi ꝓceres. tot fortissimi equites. tot potētes ciuitates. tot diuitie. tot auri. tot ar-
genti tot ferri minere. vbi tanta populi multitudo. tanta iuuentus. tantũ animi. tantũ roboris. Cũ deinde ger-
manie fines vt veteres tradunt ab oriente vicella fluuius ⁊ vngare limes fuere. ab occidente rhenus. a me-
ridie danubiꝰ. a septentrione occeanus ⁊ mare baltheũ quod prutenicũ vocare possumus. nunc quãtum extra
hos terminos possideant ipi videmus. Germani enĩ angliã pulsis brittãnis occuparũt. belgaꝝ heluitiorũqꝫ
fines eiectis gallis obtinuerũt. rhetiã ⁊ noricũ inuaserunt ⁊ vsqꝫ in ytaliã pedē extenderũt. Germani qꝫ bul-
migeros qui nũc pruteni vocant ex manibꝰ infideliũ detraxerũt. Soli ex alienis in germanico solo bohemi
sedent potentissimi ⁊ nobilissimi populi. sed ⁊ illi germanico impio parere se aiũt. regēqꝫ habent principali-
orē ex regni electoribus. Magni igit bellicosi ac fortissimi deoqꝫ accepti germani sunt. quibꝰ adeo fines ex-
tendisse licuit. ⁊ sup oēs mortales romane potentie datũ fuit obsistere. Nã terraꝝ ille calcator oīm ⁊ orbis
domitor iulius cesar quãuis subactis gallis sepe rhenũ trãsiuerit resqꝫ maximas in germania gesserit. bellico-
sam tñ ⁊ asperã sueuoꝝ gentē dimisit indomitã. Augustus octauianꝰ cui ⁊ parthorũ ⁊ indorũ reges mune-
ra miserunt. q̄ vnꝰ oīm romanorũ fortunatissimꝰ creditꝰ est. Ille inquã felicissimꝰ imperator nullubi vnqꝫ nisi
apud germanos succubuit. nã lollianã ⁊ varrianã cladē in germania ꝑpessus est. Lollianã maioris infamie
quã detrimenti. varrianã pene exicialē tribus legionibus cũ duce legatis ⁊ auxilijs oībꝰ cesis longũ esset re-
censere quos intulerũt rei publice molestias germani. qui ⁊ si romanorũ fortũe aliqñ cesserunt. postea tñ ⁊
ipsi de romanis. de gallis. de hispanis. de hungaris. deqꝫ alijs diuersis gentibus sepenumero triũpharunt.
Nec romani cũ rerũ potirent res magnas sine germanis auxiliantibꝰ ꝑegerũt. quorũ tanta in bello virtus
tanta in domo fides: fuit vt cesarei corpis custos cohors ex germanis potissime legeret. Scimus qꝫ Gotfri-
dum qui fuit lotharingie dux cum solis transrhenanis theutonibus ⁊ aliquibus gallicis. paucis italis hun-
gariã ꝑcusisse. greciã penetrasse. hellospontũ trãsisse. asiã ꝑmeasse. iherosolimã ex potestate infideliũ vendi-
casse. victis ac ꝓstratis omnibus que occurrerēt in medio gentibus. quãuis ⁊ turci ⁊ sarraceni numerosi resi-
stere conarent. in eius exercitu ducenta milia pugnatorũ fuisse tradũt. atqꝫ multo maiores copias sola Ger-
mania cogere potest. Nã ⁊ impante conrado cũ Eugeniꝰ tercius romanus pōtifex xp̄ianos excitaret ꝓ tu-
tela terre sancte quã sarraceni euertere conabant. Pruteni cũ ceteris vlterioribus ydola colebãt ac crebris
excursionibus nũc saxoniã aut alios vicinos xp̄i cultores infestabãt. Conradus aũt dimissis saxonibꝰ aut
ceteris vicinis qui domi cũ prutenis ac reliquis barbaris decertarent ipe cũ rhenensibus. sueuis. francom-
bus. bauaris iherosolimã penetrauit. Postremo quã longa ⁊ lata sit germanica natio. quã religiosa. quã verax.
quã iusta quã promissi tenax quã populosa quã diues. quãta illic nobilitas. quã fortis ⁊ experta militia. quãtus ecclesiaruꝫ
ornatus. q̄nta gloria cleri. q̄nta principũ magnificentia. q̄ntus splendor vrbiũ. que celi facies. q̄ terre vber-
tas. cũ prouinciarũ decꝰ cũ principe sit cōmune magis admirari quã recensere valemus. Cũ igit hoc opꝰ
historiaꝝ ex officina nurmberge prodeat que vrbs inclita in medio ferme germanie sita est ꝑpauca de germa-
nia in calce libri absoluemus ꝑmittendo historiã Enee pij scđi romani pontificis rerum vbiqꝫ gestaꝝ in euro-
pa sub friderico tercio romanoꝝ impatore. Is enĩ etsi natione senensis sit se tñ germanũ fatet cũ de se scribat
Sed cũ nos iã annis supra. xxiiij. germaniã incoluerimus nō reputamꝰ extraneꝰ existimare debere. Cumqꝫ
impatori ipiqꝫ nationi longo tpe summa fide magnis laboribus seruierimꝰ ⁊ nũc ad cardinalatũ recepti ea
curemus que nationis ipius honori atqꝫ vtilitati cōducant. ⁊ ita prorsus agamꝰ vt natione potiꝰ germani
quã itali putemur. verũ cũ antiquiora illa tpa sub obscurã ambiguitatē ꝑbeant scribētibꝰ ⁊ temporꝫ descriptio
haud facilis cognitu. quãqꝫ detrahit legentibꝰ fidē. Multa qꝫ de his inter veteres discordia. quã inde nosci
arbitramur. quia nec montiũ nec fluminũ nec gentiũ noīa ꝑseuerant. ⁊ ꝓuinciaꝝ regnorũqꝫ termini multam
varietatē accipiunt A Strabone qui sub tiberio cesare vixit vsqꝫ ad ptolomeũ alexandrinũ qui ꝑ tpa antoni-
pij situm orbis descripsit. haud equidē magnũ tp̄s est ⁊ tñ tanta noīm variatio intercessit vt paucissimos po-
pulos ex his noīari videamꝰ apud vnũ quos noīauerit alter. Ideo Ephorꝰ quippe cymeus Socratis disci-
pulꝰ a suo tpe narrandi exordiũ cepit. Calistenes ac Theopompꝰ quos eadē tulit etas prisca illa minime at-
tigerunt qui tñ omnes historici munere laude sempiterna celebrati sunt. qua motꝰ re eloquentissimꝰ Eneas
omissis prioꝝ gestis in quibꝰ scriptores nōnũqꝫ dissentiũt ad recentiores historias se cōtulit. Que igitur in
germania sub suo euo gesta sunt memoratu digna ⁊ in ceteris regionibꝰ europe in isto opere vario ⁊ egregio
dum in cardinalatꝰ ocio viueret accurrate descripsit. historiã igitur eius deinceps in primis perlustrabimus.

Dum pius Eneas fama super ethera notus

Eneas pius papa Frideric⁹ terci⁹ romanoꝝ ĩperator



Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis
Tu quoqȝ fac simile quisquis regnabis in orbe

Reuerendissimi patris domini Enee de picolominibus cardinalis S. Sabine de his que sub cesare Friderico tercio impatore p Germaniam ꝛ Europam gesta sunt cū locoꝝ descriptione ad d. Anthoniū cardinalē hilerdensem incipiunt feliciter.

Antonio sacro sancte romane ecclesie presbitero cardinali hilerdensi appellato patri suo colendissimo Eneas eiusdem ordinis. non eiusdem meriti cardinalis senensis salutem plurimam dicit. Podragantem me nuper ꝛ arthetícis doloribus (vt soleo) laborantem Librarius quidam theutonicus adijt libellū afferens in quo romanoꝝ cesarū non tam gesta q̄ nomina ꝛ pauca de moribus continebātur vsq ad wenceslaū Caroli quarti filiū. Cuiq illi opusculo q̄tuor impatores deesse viderent. Nā Beneuenustus himolensis eius operis auctor sub wenceslao decesserat. Rogauit me librarius vt adijcerem libello quod deerat. nolui turbare hominē. compleui ad etatem nostram impatorum numerū breuitatem illius qui precesserat imitatus. At cum subiret mentem multa ꝛ magna inter christianos gesta esse ab eo tempore quo Fridericus imperium accepit vsq in hanc diem opusculum seorsum edere statui in quo singularia quedam eius temporis sub compendio ad posteritatis memoriam transmitterem digna memoratu. Edidi igitur breuem historiam tuoq nomini dedicaui. qui cum pari morbo mecū labores facile inter podragandū scripta mea ꝛ leges ꝛ iudicabis. Fuisset fateor operepreciū ab initio potius etatis nostre in hoc euum vsq reꝝ gestarum historiam texere quemadmodum menti mee sepe insedit. sed ea non erat vnius podagrationis ꝛ p̄sertim ieiunio quadragesimali occurrentis lucubratio. Amat edes nostras ip̄a podagra nec tam recedit q̄ reuerti ꝛ libens fortasse ꝛ huic intētioni aliquādo subseruiet. Tu vale ꝛ si quid acerbius in quemq̄ scriptum offenderis non tam mee nature q̄ stimulis podagre vrgētis adscribere. ꝛ quicq̄ inscite inepte absurde occurrerit sumpto calamo dele. Ex vrbe Roma quarto klendas aprilis Anno dñi M.cccc.lviij.

Finis prohemij

Sequitur historia

Que sub Friderico tercio ei⁹ nomīs imperatore apud Europeos et qui nomine christiano censentur insulares homines gesta feruntur memoratu digna mihiq cognita tradere posteris q̄ breuissime libet. Cōmiscebimus aliqua interdum alti⁹ repetita. quemadmodū locorū rerūq ratio expostulare videbitur.

De hungaria et gestis in ea olim pannonia appellata



Hungaria que austrie Friderici patrie cōtermīa ē ⁊ in oriente vergit principiū narratiōis pstabit. Hanc
prouinciā nōnulli pannoniā vocāt tāqꝫ būgari pānonioꝝ loco successerit. verū neqꝫ būgaria pānonie
termīos implet. neqꝫ illa tā lata olī fuit ꝙ nostra etate. Hūgaria ītra danubiū enū ⁊ alpes q̄ ad italiā ⁊ adri
aticū respiciūt mare. Pānonia ɔtinebat ab occasu noricū enūqꝫ amnē. ab ortu mysos ac triballos ⁊ flumē sa
uū ɔtingēs. Intra q̄s limites austrie magna porcio claudit ⁊ a theutonibꝰ īcolit. Stiria quoqꝫ ysdē termi
nis cōtinet, valeria quondā appellata. Hūgaria vo ꝙuis inferiorē pannoniam a fluuio leytha vsqꝫ sauum
cōplexa ē. danubiū tn̄ transgressa ad polonos vsqꝫ protendit. ⁊ q̄ quondā arua tenuere gepide daciqꝫ possi
dent. Impiū gētis būgarie multo latius ē ꝙ ipa būgaria. nā ⁊ dalmate quos sclauos. ⁊ illirici quos bosnē
ses ⁊ triballi seu mysij quos tū seruios tū rascianos appellāt. ⁊ gethe quos partim valachos partim transsil
uanos noīant būgaroꝝ impiū subierūt. Et si nōnulli euo nostro turchoꝝ armis euicti defecerūt hanc proui
ciam quatenꝰ citra istrū extenditur sub octauiano cesare romā primū obtinuere bachone pannonioꝝ rege
subacto: ⁊ amātinis inter sauū ⁊ dranum fluuios prostratis. Daciam vero trāsdanubiū que nunc hungarie
porcio est Traianus impator edomuit ⁊ in solo barbarico prouinciā fecit. Sed amissa sub Galieno p Aure
lianuꝫ recupata est. Post romanos aliqn̄ huni scithica gens. aliquando gothi ex insulis balthei maris po
puli. Deinde longobardi ex germania profecti pānoniam occupauere. Postremo hungarorum natio ex vl
timis scithaꝝ finibꝰ inūdauit q̄ vsqꝫ ī hāc diē regno potit ⁊ vltra citraqꝫ istrū late dn̄at. Extat adhuc nō lō
ge ab ortu thanays altera būgaria nr̄e huiꝰ de q̄ sermo ē mater ligua ⁊ moribꝰ pene simil ꝙuis nostra ciuili
or ē xp̄i cultrix. illa ritu barbarico viuēs seruit ydolis. in būgaria quā danubius interlabit tēpestate nostra

Sigismundus caroli quarti romanoꝝ impatoris filꝰ natione bohemꝰ. origine theutonicꝰ. varia fortuna an
nos supra qnquaginta regnauit. princeps singulari prudentia. magnitudine animi. benificentia ⁊ liberali-
tate insignis. corpis q̊z maiestate ac decore illustris. Ceterū bello prorsus infelix. quē nō turchi dūtaxat. sed
bohemi q̊z sepe acie fuderūt. Vxor ei prima fuit maria lodouici regis filia cū qua regnū accepit. illius causa
duos ⁊ triginta regulos in hungaria primarios q̄ aliqñ rebellassent gladio pcussit. ob quā rem ⁊ ipe paulo-
post (regina fatis functa) in vincula ꝯiectꝰ est. mulieriqꝫ vidue cuius viꝝ interfecerat in custodiam traditus
donec regni pceres suppliciū decernerent. Sed nō defuit capto in extremis rebus puidentia. qui vt erat fa-
cundia potens mulieri longe melius esse ostendit regiū sanguinē conseruare q̄ꝫ fundere. dimissus ab ea bar-
baram Hermanni comitis cilie filiā duxit vxorē. nec diu postea cōpatis auxilijs regnū vendicauit. de prodi-
toribus suppliciū sumpsit. Mulieris vidue filios ⁊ honoribꝰ ⁊ opibꝰ inter primos regni proceres cumula-
uit. quoꝝ adhuc alterius viuit filius. Latislaus garius comes regni palatinus multa huiꝰ Sigismūdi egre-
gia facinora memorie prodita sunt. Inter que illud pclarissimū ꝙ ecciam catholicā in tris partes diuisaꝫ co-
acto apud constantiā generali cōcilio ad vnitatem redegit. Italiā Galliā Hispaniā Angliā eius rei cā pera-
grans. Vitoldo lituanie duci vt se regem appellaret missa corona indulsit. prius tamen ille vita decessit quā
solennia coronationis expleret. Prussiam quā rex polonie fratribus beate Marie theutonicoꝝ armis ade-
merat restitui iussit. Cū venetis duce pipone florentino grauia bella gessit. Venceslaū bohemie regem ger-
manū suū ꝙ regno inutilis esset cōiecit in vincula. Quis negligenter custoditū magno reipublice malo qui-
dam bohemi e carceribus surripuerint coronā imperij ab Eugenio quarto pontifice maximo rome accepit
Bohemia post multas calamitates vix tandem potitus est marchiā brandenburgenseꝫ friderico burggrafio
nurmburgensi dono dedit filiā Elizabeth ex Barbara natā Alberto duci austrie in matrimoniū copulauit.
illiqꝫ demū apud znoymā morauie ciuitatē moriens regna quibus pfuerat vltima voluntate reliquit. ossa eiꝰ
in varadino iacent. Albertus apud albam regalē cū ꝯiuge coronatus bohemie q̊z diadema suscepit. Cuius
felicitatem admirati germanie principes ⁊ ipi suū sanguinē extollere decreuerūt romanū ei cōmittentes im-
periū. Id alberto suscipere nō licebat nisi primores hungarie indulgerent. quibus haud ex vsu videbat̃ su-
um regem theutonibus impare. atqꝫ ob eā causam iureiurando albertū obligauerant ne suo in iussu imperi-
um acceptaret. vocati tamen ad regem qui tum Vienne fuit victiqꝫ pcibus pbuere consensum. ille imperium
nactus in hungariā redijt aduersus turchos qui tunc rasciā inuaserant arma moturus. sed dum bude morā
facit (ea est regū sedes) iudex ciuitatis natione theutonicꝰ hungarū quēpiā ob delictū fluuio demersit. id hū-
gari molestissime tulerunt. quibꝰ theutonicū nomen exosum est. Excitat̃ euestigio tumultus. hungari arma
capescunt. obuios theutones passim trucidant. fit fuga in arcem qua rex se continebat. diripiūt̃ negociatoꝝ
domus. quoꝝ pars maior theutonica fuit. Euangelizabat eo tpe budēsibus Jacobus marchianꝰ ordinis
minoꝝ professor doctrina lraꝝ ⁊ vite sanctimonia clarꝰ. qui sedaturꝰ tumultū simulacrū saluatoris crucifixi
manu gestans furenti armatoqꝫ populo obuiam factus vt cedi parcant vt rapinis abstineant vt arma depo-
nāt supplex orat. Illi verba eius minime intelligentes. neqꝫ eñ tempus ferebat interpretem hñ sibi futurū
autumant qui xpm suis ceptis ducem habeant. sublimēqꝫ iacobū simulqꝫ crucifixū in vlnis attollūt ac ba-
chati p vrbem nūc istā nūc illā domū cōpilant. fiunt tamē aliquāto minora spolia. ⁊ a cedibus tpatuꝫ est ob
presentiam iacobi qui mō pcibus modo lachrimis furorē incense plebis lenire conatus est. Sedato tumul-
tu Georgius palocius strigoniensis eccie pontifex morit̃. apud quem pciosa regni suppellex in custodia fu-
it. Rex strigoinum petit ⁊ regina cum eo. aperiuntur arche in quis thesaurus obseruabatur coram regina.
et selectis regni baronibus. illa clam subtracta corona. q̄ꝫ sacram appellant fideliqꝫ anni tradita archas
claudit atqꝫ obsignat. Albertus paulopost ad dranam vsqꝫ fluuium pficiscitur ibiqꝫ castrametatꝰ maiores
copias expectat cū quibus turchos inuadere possit Smederomam vrbē rascie obsidentes. priꝰ tñ expugna
tū est oppidū q̊z auxilia venirent. ipe Budā reuersus cū dissintheria laboraret Viennā repetere statuit siue
moriturus inter suos. siue qđ aerem in quo fuerat nutritus ꝯferre aliquid ad sanitatem sperabat. sed in itine-
re magis ac magis morbo affectus relicta vxore pregnāte obsignatoqꝫ testamento in villa que longa dicit̃
vi. kaln. nouembris e vita decessit. religiosus princeps ⁊ qui liberalitate simul iusticiaqꝫ pstaret. Fuit q̊z in
bellis audax ⁊ manu pmptus Morauos ⁊ Bohemos armis subegit. Polonos late vagantes intra regnū
suū cohercuit. Magna de se xpiane rei publice pmittere videbat̃. nec minora populi de sua virtute concepe-
rant. pulcherrime spei satisfieri breuitas vite nō sinit. repente occidit que breui ad summū potentia creaue-
rat. neqꝫ eñ biennio toto impauit. Statura eius procera fuit. neruosuꝫ ⁊ validū corpus. facies terrifica mo-
re gentis erasa barba. superius labrū intonsum. vestem haud splendidā. Baltheus auro grauis cinxit. nec
vnq̄ꝫ lateri defuit ensis. Corpus eius in alba reconditū est. Cognita regis morte ꝯuenientes hungari indi-
gnū ac periculosum existimantes tātū regnū vnius femine iudicio subiacere reginā magnis pcibus hortan-
tur Vladislaū polonie regē qui populū armis tuet̃ sibi vt virū asciscat. Consentit mulier ea ꝯditione adie-
cta ne quod filio piudiciū fiat si masculū pariat. Legunt̃ in poloniā plati eccīaꝝ ⁊ principes regni natu ⁊ au-
ctoritate maiores. quibus iter agentibus Latislaus postumus nascit̃. qui mox vt in lucē prodijt apud albā
regalem ⁊ baptismū xpiane fidei signaculū ⁊ militie cīgulū ⁊ sacrā hungarie coronā quā mater penes se ha-
buit eadem die accepit. inde sublatus in tutela friderici cesaris. xij. ferme annis fuit. cui mater ⁊ ipm ⁊ coro-

nam cōmēdauit. Legati q̄zuis ꝓhibente regina Uladislaū adiere quē magnis pollicitis oneratū in bunga-
riam traxerunt τ imposito diademate regē salutauere. quo cū diu Ladislai mater vario euentu armis cōten-
dit bungaris in duas partes diuisis vlricus comes cilie dū consobrine studet latislaoq; regnum defendit ca-
ptus a polonis diu in carcere macerat⁹ est. Dionisius archieps strigoniensis qui postea cardinalatus ho-
nore donatus est genere ac moribus illustris vtriq; regi diadema imposuit. alteri volens alteri coactus. vo-
catus em̄ ad polonū q̄zuis publica fide accepta budam petiuisset nō prius libertati sue redditus ē q̄z Uladi-
slaum in alba coronauit. ipe q̄zprimū potuit domū reuersus polonoꝝ conatibus summo studio aduersatus
est. Julianus cardinalis sancti angeli ab Eugenio pontifice maximo in bungariam missus vir summo inge-
nio. singulari facundia. excellenti doctrina q̄zuis inducias belli inter Uladislaū τ Elizabeth ad certū temp⁹
composuit pacem tm̄ efficere non valuit. regina mortua omnes pene bungarie optimates ad polonos defe-
cere. solus Giskra bohemus rei bellice peritissimus τ manu ꝓmpt⁹ latislai partes in bungaria tutatus est.
qui sepe cū parua militū manu ingentes bungaroꝝ polonorūq; copias vicit. fudit. deleuit bisq; iohannem
buniadem magnis exercitibus cinctū castris exuit. Hic iohannes natione valachus fuit haud altis natalib⁹
ortus sed ingenio dextro τ animo sublimi τ virtutis amator multa cū turchis secunda p̄lia fecit. τ hostium
spolijs bungarica templa ditauit. primusq; oīm apud bungaros turchoꝝ acies τ frangi τ vinci posse mon-
strauit. quibus ex rebus excitatus Uladislaus τ ipe p̄lium cum amurate turchoꝝ impatere cōmittere nō du-
bitauit. de quo postea suo loco dicemus. Fedus inter Fridericū impatorem τ vladislaum qui se regem bun-
garie appellauit Julianus cardinalis ea lege composuit vt liceret impatori bungaros cohercere si qd in au-
stria stiriaue damnū inferrent. idem permissum vladislao est in friderici subditos bungariam infestātes. Gū-
tiū oppidum in bungaria ē stirie atq; austrie proximū hoc latrones occupauere τ plerūq; circumiecta castel-
la ex quibus in austriam profecti magnam vim pecoꝝ atq; hominū abegerunt. Motus ea re fridericus com-
parato raptim exercitu in bungariā traiecit munimenta expugnauit. ex latronib⁹. lxxx. furca suspendit. Cuꝫ
cecidisset in bello Uladislaus cōuentus bungaroꝝ apud Pestam habitus. locus hic transdanubium. bude
opponit' neq; muris cinct⁹ neq; magnificis domibus exedificat⁹. ville speciem gerit. hic Latislaus alberti fi-
lius cōmuni procerū consensu rex designat' suisq; deinceps auspicijs in turchos pugnare cepit. nec tamen fe-
liciora eius p̄lia q̄z poloni fuerunt. Johannes buniades regni gubernator assumptus absente rege prouin-
ciaꝫ vt aiunt in virga ferrea gubernauit. nec dū rex affuit minor eo habitus est. hic prostratis apud albā tur-
chis quemadmodū in rebus rascie referemus breui tempore supueniens morbo extinctus est. Ferunt eum
cum egrotaret noluisse ad se dn̄icū corpus deferri. indignum esse aientē serui domū intrare regē. iussisse sese
q̄zuis deficientibus viribus in templum vehi ibiq; de more xp̄iano confessum diuinam eucharistiam susce-
pisse atq; inter sacerdotum manus deo animā reddidisse. Felix spūs qui tante rei q̄nta gesta est apud albā nū-
cius atq; auctor migrauit in celū. Latislaus qui ex tutela iam pridem impatoris emissus τ in paterna re-
gna receptus turchoꝝ metu ex bungnria in austriā se contulerat. audita turchoꝝ strage τ gubernatoris mor-
te quo cū cilie comes apertum gerebat odiū impellente ipo comite qui veluti sublato emulo letabundus id
nunciū audiuerat. rursus in bungariam redijt. sed dum apud albam spolia turchoꝝ τ interemptoꝝ hostiuꝫ ca-
dauera inspicit comes ipe cuius caput erat a rege secundum. τ qui iam solus tanq̄z regis auuncul⁹ leges bū-
garis prescribebat. A ladislao buniadis filio in castro regio obtruncat' inde necem consecut⁹ vnde sperauit
imperium. Offensus ea re mirūimmodum regius animus dolorem tamen suppressit nec dubitauit auuncu-
lum iure cesum fateri. Cadauer defuncti in ciliam missum est. rex budam se contulit vbi secutos curiam buni-
adis filios in carcerem rapi iussit. pcussoremq; comitis ladislaū natu maiorem capite plecti. Mathiā captiuuꝫ
duxit in austriam. τ profectus in bohemiam penes eū sequi mandauit. ipe paucos dies prage morat⁹. siue
morbo pestifero vt plerique tradidere. seu veneno vt alij affirmant diē obijt. nobilissim⁹ sanguis paterna ori-
gine ac materna ex impatoribus ortus. Mathias qua die rex clausit oculos eadem pragam applicuit. quem
Georgius gubernator in custodiam suā recepit. Corpus latislai apud proauum Carolum quartū romanoꝝ
impatorem in arce pragensi atq; in ede sancti viti reconditum est. Defuncto latislao rege bungari ad ele-
gendum successorem ad kal'n. ianuarias diem constituunt. Proceres apud budam frequenter conueniūt in-
ter quos michael zylagi magna militū stipatus caterua p̄sto adest. xiij. milia equitū. peditum. vij. milia eum
secuta ferunt'. quibus statiua in pesta fuerunt. Michael frater cōiugis buniadis τ mathie auuncul⁹ fuit. cui
ꝓpter necem ladislai nepotis cū plerisq; regni baronibus acerrime simultates erant his potentia eius haud
paruū ingessit terrorem. nec iam pculsa metu contio liberam regis electionem futuram arbitrabat'. Michael
vo conuentū adiens non sero circa armatos adduxisse ait. nō vt vim congregatis inferat sed vt eos deterre-
at. si qui sint qui libertatem principum ac populariū in assumendo rege ꝑturbare conent'. Illud tm̄ se veluti
vnum ex regni accolis monere vt Johannis buniadis beneficia meminerint. qui vnus omnium turchoꝝ ar-
ma ab bungarico regn o depulerit. clarasq; gentis victorias peperit indigna suis meritis p̄mia reddita. ex
filijs eius alterū crudeliter occisum. alterum in bohemia captum seruare posse. Barones memoriā iohānis
extollere mathiam ex captiuitate redimere atq; in eius regni fastigio collocare. Quod pater sua virtute suas-

set neqꝫ ferendum vt ad exteros ea potestas deferat̃ parcere se omnibus qui nepoti fuissent insidiati. regni
salutem ante oculos ponere si quem ꝓuincie vtiliorem esse arbitrent̃ nihil obstare quo minus melior eliga-
tur. fuit res aliq̃zdiu anceps cū baronum sibi quisqꝫ timeret. Postremo reconciliatiōe inter proceres facta
cuius auctorē iohannē sancti Angeli cardinalem virū doctrina ⁊ moribus excellentem. qui cū legatū age-
bat apostolicū tradidere. Mathias octo ⁊ decem natus annos nono kal'n. februarij inter. xl. milia virorū
qui medio in danubio cum glacie constricto impatiētes magni secreti electionis exitū expectabant rex ac-
clamatus. Nunc quisquis hec legis ⁊ futura p̄dicito singulare prorsus humane inconstantie documentū
Ex duobus adolescentulis etate moribusqꝫ pene paribus. alter ex regio solio dū noue nupte thalamū ex-
ornat defert̃ ad tumulum. alter dum capitale iudiciū trepidus manet ex carcere vocat̃ ad regnum. Liber-
tas eius ex gubernatore bohemie sponsalitijs atqꝫ pactionibus empta refert̃. Mirabile quod matrem re-
pentina leticia nō examinauerit cū tot cladibus afflicta filium prius regem appellatū audiuerit q̃z vincul'
exemptum in parte hungarie que transdanubium in septentrionem porrigit̃ ⁊ nunc Sepusium vocant
olim gepide consedere insignis latro examites natione bohemus hussitarū pestifera labe infect' milites
predandi cupidos vndecūqꝫ ad se venientes benigne collegit eosqꝫ fratres appellauit. ⁊ vniuersam regio-
nem illā tributariam sibi reddidit ex edificatis munitionibus locis oportunis. ex quibus modo in vnam
modo in alteram partē discurrere posset. predas in fine cuiusqꝫ mensis viritim diuisit. ex quibus nō plus
accepit qui totū mensem q̃z qui diem vnam ante diuisionem in castris fuit numero fratrum ascriptus. id si-
bi ex euāgelio p̄ceptum affirmauit. quod in vinea dn̄i laborantibus ⁊ qui prima hora ⁊ qui vndecima ve-
nerant equā mercedem ꝓmittit. Hec societas cū longe lateqꝫ rapinas ageret ⁊ iam q̄nqꝫ milia pugnatorū
in armis haberet indiesqꝫ cresceret non aliter dissipari potuit q̃z duce ipso Axamite ad stipendia ladislai re-
gis vocato. Transiluana regio est vltra danubiū sita quā daci quondam incoluere feroces populi. ⁊ multis
romanorū cladibus insignes. nostra etate tres incolunt gentes theutones. siculi ⁊ balachi. Theutones e sa-
xonia originem habent viri fortes ⁊ bello exercitati a septem ciuitatibus quas inhabitant Sibenburgen-
ses patrio sermone appellati. Siculi hūgarorū vetustissimi credunt̃ primi omniū qui ex hungaria veteri in
hanc ꝓuinciam venerint. Eam ob causam q̃zuis agros suis colunt manibus ac rure viuentes greges pe-
corū pascūt. nobiles tn̄ appellāt̃. ⁊ occurrētes inuicē alter alterū generosum dn̄m salutāt. nec tributa pendūt.
nisi quo anno rex hungarie coronat̃. tūc quot sunt patresfamilias tot boues regi tradunt. quorū numerum
supra. lx. miliū esse ferunt. Jussi v'o in bellū exire nisi pareant capitali pena plectuut̃. bona fisco applicant̃
Valachi genus italicū sunt quemadmodū paulopost referemus. paucos tn̄ apud transsiluanos inuenies
viros exercitatos hungarie lingue nescios. Jn hac ꝓuincia oppidum fuit quod Bistriciū vocauere regie
corone subiectum. Jd ladislaus rex cū Vienne ageret iohanni huniadi dono dedit. Tulerunt id egre op-
pidani diuqꝫ restitere. coacti tn̄ impata fecerunt. Et mortuo Johanne eiusqꝫ filio ladislao bude occiso Mi-
chaelem zylagi qui ꝓ Mathia altero iohannis filio regnū petebat turpiter reiecerunt. Jlle indignatus q̃z
primum ladislai regis mortem accepit eo cū exercitu redijt vi oppidū expugnauit. rebellium ciuium alijs
oculos eruit alijs manus amputauit alijs necem gladio intulit. oppidū incēdio deleuit. Jngresse sunt pau-
lopost transsiluanā turchorū circiter tria milia p̄damqꝫ magnam abegerunt. pecorū atqꝫ hominū quos inse-
cuti sibinienses ⁊ ipsi theutones ad internitionē vsqꝫ deleuerunt. victores p̄da recuperata domum rediere
Vix ciuitatem introierant. cū michael ex alia parte haud paruis ducēs copias affuit ciuitati exiciū parās
que bistricensib' aduersū se opem tulisset. Sed cum Sibinienses intra munitissimā vrbē se continerēt fru-
stratus desiderio suo minabundus recessit. Apud hūgaros obijt etate nostra Paulus vergerius iustino-
politanus grecis ac latinis litteris apprime instructus. cuius plura extant opera ab eruditis ꝓbata. Arri-
anus qui Alexandri magni gesta greco sermone ↄscripsit. Latinus ab eo redditus est hortatu Sigismūdi
cesaris. Scripsit de ingenuis moribus grecas ⁊ barbaras amicicias compauit aduersus Malatestā. qui
maronis statuam in foro mantuano deijci iusserat. nobilem inuectiuam edidit. Ex hūgaris qui studia hūa-
nitatis secuti euo nostro claruerunt. duos nouimus iohannem ep̄m varadiensem. qui regni cancellariam
obtinuit. Et alterum iohannem eius ex sorore nepotē. qui sub Guarino veronense grecas ac latinas litte-
ras didicit. nec minus versu q̃z soluta valet oratione. Horum tamen originem sclauonicam ferunt. Scien-
ciam iuris plurimi ꝓfessi sunt. Jnter quos Dionisius excelluit gente canysia natus. qui strigoniensē sor-
titus est ecclesiam. honorem quoqꝫ cardinalatus vt ante diximus emeruit. Jn re militari Nicolaus way-
da transi luanus. Michael vrsatius. ⁊ qui calisium inuasit Pangratius nomen adepti sunt. Nunc clarus
habetur michael zylagi ex alieua ruina magnus. Johannes huniades cuius nomē ceteros obnubilat nō
tam hungaris q̃z valachis ex quibus natus erat gloriam auxit.

Walachia



Valachia per quā lata regio ē a transsiluanis incipiens vsq; in Euxinuz protensa pelagus plana ferme tota ⁊ aquaꝝ indigua. cuius meridiē hister fluuius excipit. Septentrionem roxani occupant. q̄s nr̄a etas rutheuos appellat ⁊ versus fluuiū thiram nomades scithaꝝ genus quos tartaros hodie vocitamus. hanc terrā incoluere quondā gethe. qui ⁊ dariū histaspis filiū turpi fuga repulerūt ⁊ traciā pluribus cladibus affecerūt. postremo romanis armis subacti ac deleti sunt ⁊ colonia romanoꝝ que dacos coherceret eo deducta duce quodā flacco a quo flactia nuncupata. Exinde lōgo tp̄is tractu corrupto vt fit vocabulo valachia dicta ⁊ pro flaccis valachi appellati. Sermo adhuc genti romanus est q̄uis magna ex parte mutat⁹ ⁊ homini italico vix intelligibilis. Inter valachas tempestate nr̄a due factiones fuere. altera danoꝝ. altera draculaꝝ. sed hij cū danis impares essent atq; ab illis multifariā opprimerent turchos in auxiliū vocauere. q̄r armis adiuti danos pene ad internitionē deleuerūt. Danis v̄o iohānes huniades hungaroꝝ imperio fretus opē ferēs nō tā illos restituit q̄z sibi ip̄i claritetē ⁊ opes acq̄siuit. Quippe q̄ danoꝝ agros ex p̄tāte turchorū ereptos ⁊ sibi ⁊ posteris perpetua possessiōe retinēdo occupauit. Valachi ⁊ īsulas histri accolūt. inter q̄s peucen insulam apud veteres fama notaui. Et in tracia q̄z sedes habent. valachorū pars turchorū imperio pars hungaris paret. nō me latet difficilimam esse prouinciarū descriptionem q̄n ⁊ autores ip̄i quos imitari oportet non solū varij verū etiam inter se ꝯrij ac magnope dissentiētes. inueniunt ⁊ ip̄aru ꝓuinciarū limites pro dn̄antiū auctate ac potētia sepe nūero ꝯmutāt. nā q̄ ꝓuicia latissima quōdā fuit etate nr̄a aut ex-

tincta est aut ꝑ modica. Ꝫ vo q̄ nulla vel minima extitit. nūc latissimā florētissimāq̄ȝ videm⁹ lōgobardiā ac
romandiolā nō ꝯgnouere maiora nr̄a tp̄a Insubriā emiliā ac flaminiā ꝓrsus ignorāt. macedoniā sub ema-
thione rege a q̄ emathia cognomiata ꝑaugusti clauserāt termini. Virt⁹ postea regū ꝛ gētis industria sub-
tractis finitimis populis lōge ac late ꝓtēdit. Dēt igiť veniā equū cēseo si q̄ mea scripta legētes nō eos lo-
coꝝ termios offenderīt q̄s ipi vel mēte sua ꝯceperūt vel apud alios inuenerūt. nō que ab alijs accepimus.
seu veterib⁹ seu nouis autorib⁹ incorrupta referim⁹. Q̄uis nō ē ꝓpositi nostri geographiā edere. licet aliq̄n
historia ipa quā scribimus locoꝝ aliquā significationē requirat sic em̄ elucidior reddiť.

Tracia



Post valachos igiť ꝛ hūgaros de q̄b⁹ sermo habit⁹ traciensiū res geste sese offerūt. Tracia, vo vt pleri-
q̄ȝ autores tradūt ipiq̄ȝ ꝓstātiores amplissima prouīcia ē lōge lateq̄ȝ patēs. cui ab oriēte euxinū pela-
gus ac propōtis occurrit. a meridie egeū mare, ꝛ strimon fluui⁹. silq̄ȝ macedonic⁹ ager. septētrionem hister
claudit. occidētis orā tū peonij mōtes tū pannonia ꝛ sau⁹ excipit amnis. in q̄ sentētia ꝛ pliniū veronēsem
fuisse video. ꝛ Strabonē ipz q̄ iuga mōtis hemi traciā diuidere mediā affirmat. ideōq̄ȝ dardanos. tribalos
mysos incolere, traciā n̄ ambigit. Tribalos aūt eos coluisse cāpos in q̄s vel rasciani mō vel seruij sedes ha-
bent nemo negabit q̄ scripta veteꝝ pn̄ti reꝝ statui ꝯpauerit. Mysi vo post tribalos ad oriētē vsq̄ȝ exinū pro-
tendūť, inter histrū ꝛ hemū mōtē habitacula sortiti. hos hodie bulgaros appellāt. Post q̄s maritima loca
versus meridiē ad hellespontū vsq̄ȝ romania ē natio greca q̄uis oli barbara fuerit. Et iterū nostro tp̄e dele-
to grecoꝝ impio dn̄antib⁹ turchis in barbariā redit. Hui⁹ prouīcie metropol' ē Bizātiū. i. cōstātinopol' agi-
os pri⁹ appellata. Lacedemonij eā ꝯdidere duce pausania. q̄b⁹ appollinē ꝯsulētib⁹ vbi nā, sedes q̄rerent
mādasse oraculū memorie ꝓditū ē vt ꝯtra cecos habitationē locarēt. Cecos aūt, megarēses appellauit, cal-
cedonis cōditores. q̄ q̄m prius in traciam nauigassent. situmq̄ȝ vbi postea Bizantium edificatum ē conspe-

xissēt. amissa tā locuplete ripa tenuiorē e regiōe in asia delegissent. hec Strabo. Cōstantinū vō impatorem cognoīe magnū cū statuisset imperij sedē ex vrbe roma in orientē transferre q̄ facilꝰ parthoꝝ excursiōes cōpesceret tradūt ecclastici autores in troadē ꝓfectū ibi regie vrbis fundamēta ieciisse vbi quōdā agamenō cetericꝫ grecoꝝ pncipes aduersus priamū regē fixere tētoria. sed admonitū in somnis a xp̄o saluatore locū aliū designāte ceptū opꝰ cuiꝰ diu māsere vestigia infectū reliquisse atꝫ in traciā nauigante Bizātiū petiuisse eūcꝫ sibi locū diuinitꝰ ostēsum dixisse. mox vrbē ampliasse. noua menia erexisse. sublimes excitasse turres. magnificentissimis tū priuatis tū publicis opibꝰ exornasse. tm̄cꝫ illi decoris adiecisse vt altera roma n̄ immerito dici posset. Scriptores vetusti q̄ florētē vrbē viderūt videre deoꝝ potiꝰ in terris habitaculū q̄ꝫ impatorū putauere. Nomē vrbi nouā romā īpator īdidit. ꝟ vicit obstinatio vulgi vt a ꝯditore potiꝰ ꝯstātinopolis vocaretᷣ. In hac vrbe multa sub impatoribꝰ epoꝝ ꝯcilia celebrata. multe suppꝛsse in xp̄iana religiōe surgentes hereses. multe etiā hereses inuēte. inter q̄s ea diutiꝰ māsit q̄ de ꝓcessione sctīspūs. q̄ꝫuis in pluribꝰ agitata ac reiecta ꝯcilijs ad nostrā etatē vsqꝫ ꝑueniēs. denicꝫ sub Eugenio quarto pon. maxio in florētina synodo. queādmodū suo loco dicetᷣ. nō solū a latinis ꝟ ab ipis ⁊ grecis dānata explosacꝫ ē. Ueꝝ q̄ꝫq̄ꝫ Joseph patriarcha ⁊ Johes impator gentis eiusce cū latina eccīa cōcordibꝰ animis fidei symbolū decātauerit Constātinopolitana tn̄ eccīa credere qd̄ romana sentiret nephas duxit. Obierat in florentia patriarcha q̄ vnioni ꝯsenserat nec impator domū reuersus diu suꝑuixerat. Cōstātinꝰ q̄ ei successit siuē deceptꝰ siue sponte sua insaniēs haud q̄q̄ꝫ vnioni ꝯsentiēs videbatᷣ. ⁊ iā Gregoriū patriarchā priori suffectū qd̄ ad veritatem fidei ambularet domo pepulerat eccīastica bona inuadēs. miserat eo nicolaꝰ pōtifex romanꝰ ysidoꝝ epm̄ sabinensem vniuersalis eccīe cardinalē virū industriū ⁊ q̄ rutenoꝝ eccīam iādudū rexerat ꝑcontatū q̄ nā rōe grecanica natio lagatoꝝ suoꝝ cōuenta reiceret cū latinis florētie habita. iā ille impatorē eiuscꝫ senatū in rectā viā pellexerat cū turchoꝝ bellū duce ⁊ auctore moamethe veluti repentina tempestas in constantinopolitanos emersit. de q̄ paulopost suo loco dicetᷣ. Uideo cōplures etatis nr̄e nō auctores aut poetas dūtaxat verū ⁊ historicos eo errore teneri vt theucroꝝ noīe turchi appellētᷣ. credo eos idcirco motos. q̄m turchi troyā possidēt quā teucri coluere. ꝟ illoꝝ origo ex creta atꝫ italia fuit. Turchoꝝ gēs scithica ⁊ barbara est de cuius origie atꝫ ꝓgressu q̄ꝫuis ꝓpostū egredi videar dicere haud alienū existimo. q̄n sub euo nr̄o intātū hoc genꝰ hoīm auctū ē vt asiā greciācꝫ tenēs latinū xp̄ianūcꝫ nomē late ꝑterreat. ea narratio res q̄ꝫ traiacēses apiet de q̄bus institutꝰ est sermo.

De turchis



Turchi vt ethicus philozophus tradit vltra piracheos montes ⁊ tharachontas insulas ꝯtra Babilo-
nis vbera sedes patrias habuere. gens truculenta ignominiosa ⁊ in cunctis stupris ac lupanaribus
fornicaria. Comedit que ceteri abhominant iumentoꝝ lupoꝝ ⁊ vultuꝝ carnes. nec abortiuis hoim̃ absti-
nuit. diẽ festũ nullũ coluĩt nisi mẽse augusto saturnalia. romanoꝝ impiũ audiuit magis ꝙ̃ sensit. ꝙuis octa-
uiano augusto in auro littoneo cẽsum dedit. ⁊ id quidẽ sponte. nã cũ vicinas vndiqꝫ regiões annua illi tri-
buta reddere aĩaduertisset nouũ dierũ ac tpm deũ exortũ esse arbitrata munera ei quotãnis trãsmisit. Hec
gens teste othone historico et impatoris friderici patruo regnante apud francos pipino a caspijs portis
egressa cũ auarib⁹ q̃s hũgaros nr̃a vocat etas feroci pugna mltis vtrobiqꝫ desideratis ꝯflixit. Exinde põtũ
capadociãqꝫ transgressa ad reliquas inde finitimas gentes sensim dilapsa more latronũ clamdestinis qui-
busdam excussionibus vires sibi vẽdicans occupatis quibusdã mõtib⁹ ⁊ claustris oportunis vnde p occa-
siões facile irruptiones fieri possent vsqꝫ adeo emersit ac sublata ẽ animis vt palã iã ⁊ pari marte aduersuꝫ
finitimos de agri possessione certare ⁊ deniqꝫ procedente tpe nõ solũ pontũ ⁊ capadociã verũ galaciã. bi-
thiniã. pamphiliã. pysidiã. vtrãqꝫ frigiã. cylices. cares ⁊ eã asiã que minor vocat ad oras vsqꝫ ionye ⁊ lit-
tora greci maris occupauerit. nõ vnũ quẽdã principẽ sed alios alij duces ⁊ varia auspicia quasi pfactiões
secuti. Ex hac gente queadmodũ nicola⁹ saguntin⁹ vir grece ac latine historie peritissimus ad nos scripsit
vigesimũ ab hinc ⁊ centesimũ circiter annũ. Otoman⁹ exigui tñ cẽsus ⁊ obscuri inter priuatos nomis ex
collecticio milite nõ parua manu per seditionẽ ꝯflata crassari passim ac non solũ reliqas xp̃ianas vexare.
verũ ⁊ hoĩes sue gẽtis armis infestis petere ⁊ sibi subdere cepit. cui⁹ conatib⁹ orta inter turchoꝝ p̃ncipes
seditio facilem cursum p̃buit. nã illi dũ sese inuicẽ laniant asscitis vndiqꝫ oĩb⁹ q̃ ꝓ ingenio prede rapinarũ
ꝗ percupiti essent auctoritatẽ breui ⁊ nomẽ adept⁹ est oppida nõ pauca partim vi parti deditione in ptãtẽ
accepit. Ottomãno filius successit Orcanes q̃ rẽ inchoatã a pr̃e comode prosecut⁹ ad modũ ꝓpagauit. euꝫ
amurates fili⁹ subsecut⁹ ẽ q̃ duob⁹ de grecoꝝ imperio disceptãtib⁹ ab altero q̃ supari timeret in auxiliũ ac-
cersitus turchoꝝ prim⁹ trãsiuit in greciã vbi cõsulto bellũ protrahẽs. postqꝫ ambos eneruatis cõsumptis-
qꝫ virib⁹ fractos ⁊ defessos aĩaduertit versis vt aiũt prioris arma in eos sine vllo discrimie per occasioneꝫ
cõuertit. ⁊ occupato callipoli oppido peroportune in cheroneso ad hellespõti fretũ cito cetera greca oppi-
da aperte petere bello palãqꝫ sibi ⁊ posteris grecoꝝ polliceri imperiũ nõ dubitauit. magnãqꝫ thracie par-
tem nullis ferme obsistere audentib⁹ ditioni sue subiecit. Is vita funct⁹ duos reliquit filios Salmanũ et
pazeitẽ. Salmano breui e vita subtracto res vniuersa ad pazeitẽ deducta est qui prosperos fortune adept⁹
afflat⁹ vsqꝫ adeo nouelli regni fines extulit vt thraciã pene vniuersam excepta cõstantinopoli ac pera thes-
saliaꝫ. macedomã. phocidẽ. boeciã. atthicam maiori ex parte occupauerit. Misos qꝫ illirrios tribalos cre-
bris excursionib⁹ infirmauerit. Cõstantinopolim vo tũ omni agro suburbanisqꝫ ac delicijs spoliauit. tuꝫ
longa ⁊ difficili obsidione vexauit vt ciues desperata salute de deditione agere ceperint perissẽtqꝫ procul
dubio ⁊ in hostis seuissimi potestatẽ venissent ni tamburlanes ille scithaꝝ p̃potens rex instar torrẽtis ipo
incursu atqꝫ impetu cũcta prosternẽdo ac vastando pazeitẽ ipm occurrere ac reluctari conantem magno p̃-
lio ⁊ ingenti strage superatũ in asia cepisset. Hic est ille terror gẽtiũ in cui⁹ exercitu duodecies centena mi-
lia hominũ fuisse tradunt xerse ac dario maior quoꝝ copijs siccata flumina prodiderũt. ira ipe se dei voci-
tauit. nec nomini crudelitas defuit. multas ac p̃claras asie vrbes deleuit. hoĩes tanqꝫ pecora trucidauit nõ
etati nõ sexui pepcit. Damascũ nobilissimã sirie vrbem diripuit atqꝫ incendit. pazeitẽ cathena vinctũ prã-
dens quasi canẽ sub mensa sua comedere iussit. ascensur⁹ equũ eo tanqꝫ scabello vsus est. post cladẽ pazei-
te filij eius qui cõplures erant in potestatẽ grecoꝝ venere qm̃ piculũ euasuri in tharciã traijcere ꝯtenderent
Calapinus aũt natu maior emissus a grecis patriũ regnũ obtinuit. aduersus quẽ sigismũdus rex vngarie
collatis signis p̃liũ iniens tumultuose fusus castra ⁊ impedimẽta reliquit. Christianoꝝ ingẽs occisio facta
Johannes dux burgundie in eo p̃lio captus multo auro libertatẽ redemit. Calapino mortuo Orcan ei⁹ fi-
lio tenella etate adolescentulo moyses patru⁹ ⁊ regnũ ⁊ vitam eripuit. q̃ paulo post sine filio desiderato ma-
oemetẽ fratrẽ reliquit heredem. Is flaccis id est walachis fortissimis ⁊ bellicosissimis nationib⁹ transda-
nubiũ vt ante diximus late dominantib⁹ bello attritis tributa grauia impauit. nõnullos in asia turchorũ
regulos armis regnisqꝫ penitus spoliauit. xp̃ianos sub impio suo degentes ꝙ̃ durissime afflixit. Macho-
mete mortuo amuratem eius filiũ qui dũ per id tempus in asia moreret. audita patris morte in traciã tra-
ijcere conãte ĩpator grecoꝝ ꝓhibuit. diu muscaphãqꝫ reliquũ ex pazeite filijs vt rex potiret emisit ⁊ sum-
ma ope ꝓsecutus est. Sed muscapha pugna supato ⁊ interempto amurates victoria vniuersum regnũ cõ-
secutus thessalonicã illustrẽ grecie vrbem quã tñ veneti possidebãt vi captã expugnãtqꝫ penitus diripuit
eaqꝫ victoria auct⁹ epirũ atqꝫ echoliã nõ obscuras ꝓuincias reliquo regno adiecit. Illiricorum agros va-
stauit. oppida multa vi cepit diripuit atqꝫ incendit. vxoribus more gentis ꝙ̃pluribus iunctus est. Inter
quas Georgij seruie dispoti filiam duxit. nec diu post immemor affinitatis aduersus eum duxit exercituꝫ
lere potissimũ sit. Postremo nicolaũ francisci vrbis ad duellũ ꝓuocauit. In q̃ duces ipi eorumqꝫ copie de
gl̃ia de dignitate certarẽt. apariturũ q̃dẽ vno prelio ducũ sil' atꝫ eq̃tũ v̾tutẽ sil' a rege petijt vt equus specta/
tor pugne adesset. Nicolaus iã inde ab initio ea audiẽs ꝯmot⁹. haud leniorib⁹ ꝯuicijs ĩ frãciscũ absentem
cõiect| fidẽ suã m̃lt| exemplis cõprobãs egre sibi eẽ r̃ndit. Corp⁹ suũ vulnere ĩ ceruice recepto debilitatum
fuisse ꝯñsuꝝ se singulari certaĩe vter eoꝝ ꝓditõis ĩfamia cẽsend⁹ eẽt. nisi fortũa hãc sibi facultatẽ abstulissꝫ
oblatã tñ pugnandi cũ exercitib⁹ cõditõeꝫ. leto se aĩo. cũ bona regis venia accipe. Postero die cũ copijs su
is sꝫ ipam vrbẽ fauũ patenti campo futuꝝ. qd cũ a se postulare nicolaũ decoris tuẽdi causa rex aĩaduerteret
vtriusqꝫ pt| securitati sese ꝯsultuꝝ recepit. Sꝫ cũ dicta die nicolaus ĩ campũ cũ suis ꝓcessisset. atqꝫ insultãs
vrbis menib⁹ vsqꝫ ad portas cucurrisset. Rex v̾o ꝓcul ĩde ad mille passus cũ exercitu ꝯsedisset. Liberꝝ vtri
qꝫ pti p̃staturus campũ frãciscus sine regi parũ fidẽs. sine gl̃iam suã de q̃ ꝑ id tp̃s haud dubie ꝑiactabat ĩ di
scrimẽ adducere verit⁹. intra vrbẽ suos ꝯtinuit. Mag̃ inter franciscũ ⁊ Nicolaũ. nõ emulatio mõ viguit ob
rei militaris gl̃iam. cui⁹ primas ptes sibi vterqꝫ arrogabat. verũ ⁊ simultas ingẽs ob veteres inimicicias
q̃ olim iter Brachiũ ⁊ Sforciã fuerãt. q̃ꝝ alter frãcisco pr̃ alter nicolao mgr̃ ac dux fuerat. atꝫ idcirco nõ tm̃
hostes ꝫ vt inimici inter se bellũ gerebãt. nec sꝫ vno eodẽqꝫ p̃ncipe vt militarẽt adduci poterãt. Nicolaus
ex corporis breuitate pycinini nomẽ qd ytalica ligua puũ sonat accepit. Sꝫ q̃nto mediocritate statura ei⁹ ife
rior. tanto aĩ magnitudo supior. Pauca ei v̾ba fuerẽt atꝫ paꝝ compta. Sꝫ q̃ m̃ltaꝝ ac magnaꝝ reꝝ sñiam cõ
ꝑhenderẽt. in milites suos ĩdulgẽs. ĩ amicos liberal'. in hostes dur⁹ ⁊ asper. dimicandi cupid⁹. q̃et| impa
tiens. gl̃ie auidus. ⁊ ĩ ꝑicul' obeundis ꝓmpt⁹ ac secur⁹. ꝑliũ ex occasione ꝓtin⁹ sumpsit. hostẽ celeritate p̃
uenit excursione fatigauit. leuis armature. eq̃te magisqꝫ pedite vtebaẽ. fortes atꝫ asperos milites amauit.
hostiũ nũero deterreri nõ potuit. Quib⁹ reb⁹ cũ plimos ⁊ ĩ gallia cysalpina ⁊ ĩ reliq̃ ytalia triũphos ex ho
ste duxisset haud dubie reꝝ gestaꝝ magnitudĩe ⁊ gl̃ia mgr̃o suo Brachio maior euasit. Francisc⁹ aũt hone
sto corpe fuit. ⁊ qd mediocritatẽ non paꝝ excederet. amplo pectore. robustis mẽbris ⁊ apte disposit|. facie
grata. iocũdis ocul'. caluicie venerabilis. facũdia copiosus ingenio pacri. aĩo reꝝ magnaꝝ cupido. solers ĩ
m̃istrandis reb⁹. ĩ laborib⁹ ꝑferẽdis infatigabilis. in occasionib⁹ ꝓspiciẽdis acut⁹. ⁊ sagax ĩ hostib⁹ fallẽ/
dis. v̾sut⁹ ⁊ vafer ĩ p̃sagiẽdis euitandisqꝫ dolis. ac hostiũ ꝯsilijs p̃uertẽdis caut⁹ atꝫ ꝓuid⁹. Raro nisi ex
destinato cõflixit hostẽ. sepi⁹ obsidẽdo qꝫ decertãdo cõfregit. peditatũ ĩ mag̃ precio hũit argento atqꝫ auro
cultos esse milites voluit. in exeq̃ndis cõsilijs celer ac ꝑseuerãs ĩ oĩ renouãda p̃ñtia aĩ laboꝝ tollerãtia. vsu
exercitatione cõsilio mirifice instruct⁹. q̃b⁹ artib⁹ breui adeo magn⁹ effect⁹ ẽ. vt vn⁹ ex oĩb⁹ copiaꝝ ducib⁹
inuẽtus sit. q̃ cũ Nicolao de rei militaris principatu cõcertare posset. Nã cũ scĩa rei militaris atꝫ auc̃te pa
res videreẽ. diu dubiũ fuit. vter alteri añponendus esset. Sꝫ hãc litẽ fugat⁹ paulopost nicolai exercitus. ⁊
in gens victoriaꝝ francisci cursus ⁊ mediolaneñ. fortuna ĩ eũ pleno cornu trãslata ꝓrsus diremit. Ceterũ
fani expugnatõꝫ cũ rex difficillimã ĩtelligeret. nõ frãcisci solũ magni ⁊ ꝑitissimi duc| p̃ñtia defensi. verũetiã
qꝛ vrbs mari adiacens claudi. ne cõmeatus intraret haud quaqꝫ potuit. inde abiens in firmanũ duxit quo
in loco cũ alexander francisci frater eruptione facta. postremũ agmen eius inuaderet. cõuersis in euꝫ signis
hostem intra vrbem repulit atroci pugna per muris facta ⁊ antemurali quod pro vallo stabat vi capto. De
inde ad turrim palmaꝝ composito agmine. ꝑueuienti francisci ep̃la reddita ẽ nuncio intercepta. q̃ troilo ac
petro Bruniauro inscripta. inter cetera ea v̾ba continebat. ne ampli⁹ differẽtes. iam tandẽ cogitata matu/
rarẽt quapropter omẽs de ꝓditione suspectos armis eq̃sqꝫ ⁊ omĩ suppellectile priuatos in vincula cõie
ctos in arogoniã misit ⁊ in arce satabie valentini agri custodiri mandauit. nec diu postea cuꝫ temaritani de
ditõem fecissent in regnum suũ diuertit. duobus milibus equitũ ad pycininũ q̃ ad montem aureũ cũ exer/
citu substiterat transmissus. Sed priusqꝫ illi aduẽtassent pycininus repentino francisci aduentu inuasus p̃
lio. fusus pulsusqꝫ fuerat. Cliuus in quo castra posita erãt. ⁊ oppidũ ꝓximũ dissipatos fuga ꝑuauit. Fran
ciscus ea victoria simul ⁊ ꝑfectione regis elatus picininũ vndiqꝫ veluti victor percurrere ⁊ infestare cepit.
Rogatus ab eugenio alfonsus eo reuerti. cũ iam se itineri accingisset. noui regni motib⁹ domi retentus lu
pum virreũ vrsinũ garsiãqꝫ cum non paruis copijs aduersus Sforciam misit. Interea nicolaus pycinin⁹
a philippo in galliã reuocatus frãciscũ filiũ cum pte copiaꝝ in pyceno dimiserat. Quẽ Sforcias ad mõtẽ
vlinum prius pugna superatum intercepit quã reg| auxilia ei aduenissent. Post hec ludouic⁹ aquilegieñ.
patriarcha eam prouinciam ab Eugenio sortitus iohannem vintimiliũ inter belli duces famam prestan/
tem. cum magna equitum peditumqꝫ manu a rege missum. omnibus copijs suis prefecit. cuius industria
aufidam oppidum obsidione clausum in deditionem accepit. Erant eo tempore non parue philippi copie
apud cingulum oppidum contra franciscum misse. Nam philippus cũ frãcisci recõciliatõem iã tandẽ mu
tilatã intellexissꝫ Italianũ Forlanũ ĩ reb⁹ bellic| late cognitũ. q̃ põtific| ptes adiuuaret eo trãsmiserat. Cui
cum patriarcha ⁊ vintimilius per rectam viam coniũgi non possent. Nã media loca franciscus obtinebat
magnis itineribus promontana ad eum peruenere. quo cognito franciscus e pyceno discedens in vrbina
cem agrũ sese recepit p̃triarcha montẽ molonẽ obsedit atqꝫ obtinuit. Deindẽ oppidum sancti angeli vi ex
pugnans diripiendũ militi dedit. vintimili⁹ paulopost ab eo ĩ regnũ ad hiberna recedẽs ꝑ agrũ firmanuꝫ
nõ ꝓcul a mõte scõ cõstitit cui⁹ aduẽtũ ꝯterriti oppidani. emissis oratorib⁹ deditõꝫ fecere sibiqꝫ circũiecta
castella. deĩde ad mõtẽ altũ ꝓfect⁹. dies aliq̃t ibi mãsit. Interim firmani ꝯiuratõne fctã spe ꝓpinq̃ auxilia a
frãcisco defecerũt alexãdro frẽ cũ magna equitatus parte in arcẽ cõpulso. q̃bus ⁊ vintimilius ⁊ pontificis

copie mox auxiliū ꝓbuere. Sed cum arx eiuscemodi esset. vt sola fame vinci posset. premunitis vrbis par/
tibus. ne descensus ex arce fieret vintimilius vti ↄstituerat: in hiberna ↄcessit. Seq̄nti āno alfonsus remū/
dū buillum ⁊ cū eo mille equites. totidē pedites ad pr̄iarchā in pycenuz misit. q̄ vbi cuz iacobo caynano ī
eccīe castra ꝑuenit. mox ytalianus forlanis mandāte philippo maria ↄphensus ē. at post triduo iussu pa/
triarche apud Roccācontratā securi ꝑcussus. montē fabruz deinde cepere. ⁊ aliq̄t castella friderico vrbina-
ciū ꝑncipi eripuerunt. Sʒ cuz iā duo milia eq̄tuz a florētinis ac venetis missa. francisci exercitum auxissent.
Philippus vo exercitu suo ad casale maiꝰ iuxta flumē padū a venetis pugna fuso ac castris exuto. copias
suas e pyceno reuocasset. Et amplius eugenij ac regis auxilia postulasset. ad quem duo milia ⁊ quingenti
eq̄tes ex castris eccīe iubēte pontifice trāsierunt. Franciscus iam bello supior mōtē aureuz ⁊ alteꝝ ei ꝓxim
castelluz sigismundi malateste qui iā ab eo defecerat. eccīam fortune secutus. expugnauit. ⁊ eiusdē oppidū
gradrariuz obsedit. Iteꝝ rex alia pr̄iarche auxilia misit. cuz quibꝰ ī pycenuz reuersus iacobuz caynanuz ꝓ/
ditionis suspectum apud roccācontratā. vbi et ytalianuz forlanū interfici iusserat capitali supplicio affece-
rat. Exin nihil memoria dignuz ab eo gestuz. donec frāciscus philippo recōciliatꝰ illius stipēdia facturus
⁊ iā dux ↄ venetos designatꝰ ex pyceno recessit. nā postea nō soluz arx firmana sʒ oīs ferme ꝓuīcia ī eiꝰ po-
testatē facta ē. In asculo iosias nobilibꝰ ortꝰ parētibus admoduz adolescens iohānē francisci Sforcie fra-
trē magno aīo iuuenē. ⁊ qui eā vrbē ꝑ oīe belli tp̄s egregie defendisset. ↄspiratione cum paucis inita in-
cautuz obtruncauit. Sʒ cuz ⁊ ipē tirānuz ī pr̄ia gereret ī exiliuz actus ē ciuitas deinde sb̄ eccīa quieuit. Ci-
uis anno abhinc supiore idē iosias arcē quādā naturale situ munitā ⁊ vrbi ꝓpinquā. cuz plerisqꝫ latronibꝰ
occupās n̄ ꝑuas curas illi pp̄lo īgesserat. q̄ res ei paꝝ ꝓspē cessit. nā rodericꝰ. s. nicolai cardīal eiꝰ ꝓuīcie
legatꝰ. obsidionē loco admouēs. postqꝫ arce potitꝰ ē. captū ipm vinctūqꝫ romā misit. In vrbino dux gē-
tis oddo mr̄e colminiensi nobilissima natus cū per libidinem in matronas nobiles debacharet. nec mo-
dum licentie faceret pp̄lari tumultu interfectus est. Nicentor nequicie ⁊ adolescentie sue corruptor protho-
notariꝰ carpensis nobili genere ortꝰ. sʒ ingenio pessimꝰ. qui nuptis ac v̄ginibus q̄ꝫplurimis vim intulerat
qui per oīa scelera ad summū vicioꝝ peruenerat. eadem nocte cū discipulo suo necatus inexhauste libidis
penas dedit cadauer eius in foꝝ delatum desecta virilia in ore mordicus tenuit. Guido pater oddonis pri-
usqꝫ ↄiugē ex colimineſi familia duceret cū proles ei nulla virilis esset. anxius quonā pacto in gēte sua im/
periū ꝓpagaret cōcubinā ex se pregnātez assimulauit exin Bernhardini cardensis agnati sui p̄clari copiaꝝ
ducis filiū tūc forte natum supponi ꝓ suo nutririqꝫ iussit friderici noīe indito. sʒ coniugio deinde contracto
cum filiū legitimuz sustulisset couersa in eum cura fridericū aduc pueꝝ militie tradidit. in qua ille etatē vsqꝫ
ad virilē ꝑseuerauit. Deinde oddone mortuo vocatus a pp̄lo vrbinaciū princeps factus est. Clarus vir ⁊
castrensibus disciplinis apprime institutus. cui nec in admīstrandis rebus bellicis ↄsiliū. nec in capescen-
dis periculis animꝰ nuqꝫ defuit. nec vere factis q̄m fide clarior. q̄ quidē vel maxime patuit cū bello picenti
franciscū Sforciā q̄ ad eū se receperat fortune afflatu iā pene desertus ↄstātissime iuuit ac fouit. Indignus
profecto q̄ militari ludo dextrū ꝑdiderit oculū. Apud ariminū emilie vrbē sigismūdus malatesta sceleri-
bus insignis imperiū tenuit. qui cū Sforcie filiam matrimonio sibi adiūxisset partes eius in picenti bello
aliq̄ꝫdiu secutus est. deinde sub ecclesia stipendia fecit militauit in gallia contra venetos ⁊ in tuscia cōtra re-
gem aroganum que res postea magno detrimēto fuit. Nā cum de pace totius ytalie apud neapolim agere-
tur rex huiꝰ iniurie memor. eū q̄ sibi fidē nō seruasset extra cōmune pacē esse voluit. Deinde comitē iacobū
pyciniū ⁊ fridericum vrbinaciū principem cū copijs in eum misit qui aliquot ei nō parui nomis oppida
abstulerūt eiusqꝫ agrum ferro ⁊ igne vastarūt ipē cum auxilia vndiqꝫ frustra implorasset. ad extremū quod
vnū salutis erat remediū alfonso misso ad eum reconciliari ↄstituit. cuiꝰ nondū p̄ces exaudite sunt. quāuis
spem ↄcordie regis clementia nō paruā effecit. In fauētia mortuo guidone anthonio cuius multa in re-
bus bellicis clara facinora referūtur principatum frater eius hestor arripuit. ⁊ ipē in armis late cognitus.
qui florentinis contra regem militans haud alia rōne q̄ꝫ sygismūdus ab alfonso declaratꝰ hostis extra vni-
uersalem pacē factus ē. Fabrianeñ. q̄ dudū tyrannide oppressi. necatis tandē q̄ndecim ex familia q̄ princi/
patum inuaserat fugientibus reliquis ad eccīe impiuz redierāt. Multisqꝫ post annis in pace quieuerāt. hoc
anno de rebellione tentantes. seu consentientes seu suspectos ciues aliquos in vincula cōiecere exin tormē-
tis ac questionibus proditio expresso crimine. vltimo supplicō affecerūt. In aquila marsoꝝ vrbe apud
quā memoria nostra brachius parusinus dux belli formidatissimus dum per anni tempus obsidionem te-
nuissent martini quinti pontificis maximi ac felicissimi armis victus interijt. Diuus bernhardinus senen/
sis postqꝫ ytaliā omnē xp̄i nomē p̄dicando ꝑagrasset. mortalis vite cursum ꝑegit. eoqꝫ in loco sepultus cla-
rere miraculis affirmat̄. Fuit aūt bernhardino generosa inter senenses origo. nec vera ē assertio eoꝝ. q̄ pa/
triam illi massam fuisse tradunt. q̄ꝫuis puericie sui ibi nōnulla rudimenta ꝑegerit. cum essʒ mater eiꝰ massa-
na ceteꝝ pater ac maiores sui longa serie inter nobiles senenses habiti sunt vbi ⁊ ipē natus. ⁊ maiori ex ꝑ/
te educatus. Cum adoleuisset iuri pontificio ediscendo operā dedit. sʒ cum sepultis parētibus fallaces hu-
ius mundi blandicias. ⁊ inania eius esse ꝓmissa animaduertisset. distributa inter xp̄i paupes substantia.
diui francisci religionē ingressus. traditam sibi regulā exactissime obsuauit. declinansqꝫ maiores conuen-
tus. eoꝝ ductor ac mgr̄ effectus ē. qui fratres obseruantes appellant̄. maximuz autē ei studium in edocen-
dis pp̄lis fuit. qui cum eēt facundia copiosus. ⁊ doctrina insignis. incredibili oīm attentione audiebat̄. ⁊
quasi alter paulus eēt vas electionis in admiratione ac reuerentia habitus ē. Tres euz pp̄li sibi pontificē
elegerūt. vrbinas ferrarīeses senēses. sʒ nō fuit ei cōsiliū. linguā q̄ toti possʒ ytalie ↄsulere vnā ītra vrbem cō-
cludere Regnū iā neopolitanū igressi ad felices alfonsi mirabilesqꝫ rex cursus stilū ↄuertimꝰ. Post bellū
nauale qd̄ ipē cuz genuensibus infeliciter gessit. tanqꝫ cognorit fortuna suū errorē. q̄ tanto principi molesta

fuiſſet. nouercale odiũ in maternũ mutauit affectũ ⁊ que illi aduerſiſſima fuerit fecũdiſſima facta eſt. nã phi
lippus mediolanenſiũ princeps vbi captiuũ regem ad ſe ductum ⁊ ſe victorẽ longe minorẽ victo aĩaduer
tit mox ex hoſte factus amicus leberũ eſſe regem iuſſit ſocietateqꝫ ſecũ equis conditionibꝰ facta eũ magnis
muneribus donatũ a ſe dimiſit. Iſabella interea ꝯiunx rhenati lothoringie ducis . qui cũ alfonſo de regno
contendebat ⁊ ꝑ id tempus in captiuitate philippi burgundie ducis detinebat̃ cũ duobus ꝑuis filijs caie
tam venerat eaqꝫ ꝓſidio firmata neapolim ſe ꝯtulerat. Sꝫ petrus arrogo frater alfonſi qui ex bello nauali
cũ paucis triremibus euaſerat. repata in ſicilia claſſe ꝓter ſpem mutatus ab altera factione caietanoꝝ nocte
ꝓfectus eo caietã obtinuit ⁊ expulſo hoſtiũ ꝓſidio ſuũ impoſuit miſſis ad alfonſum nauibus que illum ex
portu venerij aducherent. Appulit paulopoſt caietã in eiſdẽ nauibus. alfonſus deinde capuã petijt. que [illegible]
cet medio tꝑe ab yſabella ⁊ iacobutio candola accriter oppugnata fuiſſet. virtute tñ iohannis vintimilij [illegible]
loci ꝓfecti in fide ꝑſtiterant. Ibi reimũdus nolanꝰ regulus alfonſo recõciliatus eſt ⁊ mox ſcaphatũ in innu[illegible]
la ſarni ſitũ caſtrũqꝫ maris in deditionẽ acceptũ. Iſabella vbi ſe viribus alfonſi imparẽ ſe eſſe cognouit ab
eugenio romano pontifice auxiliũ petijt qui vitelliſcũ patriarchã alexandrinũ cũ tribus milibus equitũ ac
pari numero peditũ ad eã miſit. ꝓfectꝰ in agrũ cãpanũ patriarcha aliquot caſtella vi cepit. obſediſſetqꝫ ca-
puã niſi iohãnes vintimilius . dccc. equites quos regina ad eũ tranſmiſerat ex improuiſo inuadens fudiſ
ſet cepiſſetqꝫ. Aggreſſus eſt tñ idẽ patriarcha iohãnẽ anthoniũ principẽ tarentinũ ad montẽ fuſculũ ac euꝫ
expugnatũ in caſtris captiuũ abduxit. eaqꝫ demũ lege dimiſit vt frater eius quingentis equitibus ſtipẽdia
pontifici faceret. Gerebant patriarcha ⁊ iacobus candola cõmuni ꝯſilio ⁊ amicis animis ꝓ regina belluꝫ
ſꝫ interuenientibus ſimulatibus copias ſeparũt. interea duoꝝ menſiũ inducie inter patriarchã ⁊ alfonſum
facte. quibus durantibus patriarcha iacobutio reconciliatus iunctis cũ eo viribus prius opprimere alfon
ſum ſtatuit ꝙ recõciliationis ad eũ noticia ꝑueniret. Erat alfonſus apud vicũ iulianũ tribus miliaribꝰ ab
auerſa ſecutus in caſtr[illegible]. cũ ſibi nunciatũ ẽ hoſtes rupto induciaꝝ fedẽ aduẽtare ſibiqꝫ minime tutũ expecta-
re impetũ. ob quã rẽ ſublatis ſignis mox capuã ſe recepit. nõ tamẽ abſqꝫ dãno ſuoꝝ qui poſtremũ agmen
duxere. Exin cũ patriarcha auerſaꝫ ſibi ad inhabitandũ tradi ab Iſabella peteret iacobꝰ impediret rurſus
inimicicie inter eos ſuborte ſunt. ſꝫ cũ tranenſes excepta arce alfonſum dñm appellaſſent ⁊ arx oppugnari
cepiſſet. patriarcha cũ exercitu eo ꝓfectus obſidionẽ firmauit. cui ⁊ iacobus candola ab Iſabella rogatus
et iohannes anthonius vrſinus ⁊ multi alij ſe ꝯiunxerunt firmata obſidione cũ iohannes anthoniꝰ haud
ex animo bellũ gerere crederet̃ ⁊ naues regis aduentare tranenſibus auxilio narraret̃. veritꝰ patriarcha ne
intercluderet̃ cũ paruo nauigio ingreſſus mare tanqꝫ pecunias ab eugenio petiturus in picenũ adnauiga-
uit. deinde ſe romã contulit. milites eius ſine duce relicti ad candolã ſe contulerunt. Arx deinde alfonſo de
dita eſt ⁊ iohannes anthonius ad eũ redijt. Inter hec rhenatus e captiuitate dimiſſus cũ decẽ triremibus
neapolim venit ⁊ vocato a ſe iacobo candola ex eius ꝯſilio ſcaphatũ petens in deditionẽ accepit. deinde in
ſulmunenſem ꝓfectus cũ fruſtra vrbẽ obſediſſet agrũ vaſtauit incendio. nec alfonſus interea quieſcebat. ſꝫ
albano ac celano agro ſubacto ad caſtrũ vetus ꝑuenerat in valle ſubletia ſitũ cui rhenatus oblata ꝓ milita
ri more cyrotheca preliũ indixit. accepit alfonſus. ſed que ſunt ſingulari certamine an collatis ſignis cũ to-
to exercitu dimicandũ eſſet ſe ad vtrũqꝫ paratũ eſſe. Cũqꝫ rhenatus reſpondiſſet vniuerſi certaminis cũ to-
to exercitu fortunã ſe velle ſubire. rhenato renunciauit placere id quidẽ. ſed qm̃ veteri more eiꝰ fuit qui ꝓ
uocet̃ dieꝫ ac locũ prelij dicere. ſe cũ exercitu inter acerras ac nolã ꝓficiſci. qui campus lata planicie vtriſqꝫ
idoneus eẽt. ibiqꝫ eũ ad diẽ octauũ preſtolaturũ. Hinc orta diſſenſione cũ rhenatus locũ in quo alfonſus eſ
ſet ꝯſtituendũ diceret preliũ impeditũ eſt. Alfonſus in nolanũ prexit. rhenatus in eũ locũ vbi alfonſi fue-
rant caſtra duxit exercitũ. atqꝫ ita ſuo ſatis honori vter̃ factũ putauit. Exinde rhenatus in pelignos ducẽs
caſtrũ vetus ſubegit. Afonſus in vallem cardinã ꝓfectus arparidũ oppidum vi cepit. ⁊ marinuꝫ boffam
vallis dñm captiuauit. Caſertinum regulũ in fideꝫ recepit. In lucaniã ducens oppidũ anglũ obſidione fa
tigatũ obtinuit. Luceriam dedentibus oppidanis accepit. iam quindecim milia equitũ caſtris eius erant.
quibus fretus abſente rhenato neapolim petens cũ petro fratre binis caſtris vrbem obſedit. decem triremi
bus in portu collocatis. oppugnat̃ vrbs magnis viribus. nec ciues ſeipos negligunt. Sed dum petrus
paululũ a caſtris ſpeculandi gracia in littore vagat̃ e carmelitano templo caput tormento ictus repente oc
cubuit. vir apud omnes ordines gratioſus ⁊ ad rem militarem natus. animi magnitudine ⁊ corporis ro-
bore excellens. ad ſubeunda pericula impauidus. acer ⁊ manu promptus. cuius interitu conſternato exer-
citu eius diei dimiſſa eſt oppugnatio. Alfonſus vbi germani iacere truncũ cadauer inſpexit Ad hec inquit
ego te frater ſtipendia duxi vt eſſes ꝙ mihi tuo ſanguĩe tuaqꝫ nece regnũ parares. recondiqꝫ loculo corpus
iuſſit ⁊ in arcem maritimã deportari. cui poſt tempora nactus idonea dignum ſuo genere funus duceret.
Sequentibus ꝯo diebus cũ oppugnatio repeteret̃ tanta vis imbriũ cecidit vt neceſſario ab obſidione diſ
ceſſum ⁊ res in religionẽ ſit verſa. Exin caynarum oppidum tradente quodaꝫ milite multis oppidanis oc
ciſis ab alfonſo receptũ eſt. ⁊ arx fame coacta in deditionẽ venit. Rhenatus interea ex peliginis reuerſus
neapolim vbi que acta fuerant didicit Turrim cũ vincẽcij optune in mari ſitã ad tutelam regie arcis vi ex-
pugnauit. deinde arcem ipam pluribus diebus oppugnans dedente profecto cui annona prorſus deerat
in poteſtatem ſuam accepit. Alfonſus vero cum fruſtra obſeſſis auxilium ferre conatus eẽt in lucanos tra-
ijciens ſalernitanos totamqꝫ ferme prouinciã ⁊ brutioꝝ multos in dedicionem accepit. Iacobus aũt can-
dola preſtanti vir ingenio ⁊ a lraꝝ ſtudijs non abhorrens atqꝫ imprimis rei militaris peritus. qui ſb bra-
chio ſtipendia fecerat. dum caſtellum quoddam iacobi lagunilſe oppugnare nitit̃ catarri ꝓ fluuio correptꝰ
occubuit. clarus profecto regulus ⁊ ingenti laude dignus. ſi ꝙta induſtria ⁊ rei bellice cognitio tanta illi
fides ⁊ in promiſſo conſtantia fuiſſet. Iohannes vintimilius ⁊ ipe ꝑ idem tempus acerras prodentibus


oppidanis ⁊ arcem fame laborantē in potestatē recepit. Auersam ꝗꝫ a rhenato deficientes alfonsum intro
misere. qui arcem apprime munitam ⁊ forti ꝓsidio defensam cū expugnare facile nō posset fossatis ingenti
bus exclusit ⁊ oppugnari quottidie iussit. Rhenatus ad anthoniū candole filiū in apuliā profectus. cū ni
hil ꝓpterea ab oppugnatione arcis auerse cessari animaduerteret ꝑ candinam vallem ⁊ deinde ab alfonso
qui occurrerat impeditus ꝑ transuersos montes sequente anthonio in nolanum descendit. nec tamen ob-
sessis apud auersam opem ferre ꝓsumpsit. cū alfonsus in castris illic potentior videret. Sed reuersus nea-
polim anthonium candolam de proditione suspectum ꝯprehendi ⁊ in carcerem retrudi iussit. que res mag̃
ei detrimento fuit. nam cum castra illius sub vrbem tumultuarent ducemqꝫ suū reposcerent anthoni⁹ dimis
sus est. qui ꝯtumeliam sibi arrogatam iniquo ferens animo mox ad alfonsum transiuit ⁊ arcem auersanā
septimo iam mense obsessam ei tradi curauit. ꝑsuaso ꝑ epl'am xanto qui cū patre suo militauerat. ꝓfectusqꝫ
ibi presidij erat: desciuit tamen paulopost anthonius ab antonio. Alfonso deinde apud beneuentū ei recon
ciliatus est cū arcē proditione traditā. Ciues quoqꝫ consternati in alfonsi potestatem venissent. quo tꝑe et
calathini adactis machinis ab alfonso expugnati sunt. ⁊ castellū padula ⁊ ante vrsariam castra posita. Frā
ciscus Sfortia rhenato amicus arianū troiā manfredamā luceriam ⁊ alia pleraqꝫ oppida ꝑ id tempus ī apu
lia obtinebat. quoꝝ custodiam cesari martinengo cū non paruo equitatu ꝯmiserat ipe in piceno agens. Ce
sar cum esset alfonso infestus bis extra menia troie pugnare ausus. bis ab alfonso ex acie fusus. turpi fuga
in vrbem se recepit. nec multo post vicarū oppidum resistentibus oppidanis vi captū ꝓda militi permissa
feminaꝝ decus regio more seruatū. Alexander aūt francisci sforcie frater sub vrbem thetini reimundū can-
dolam ac ricciū ⁊ iosiam cum copijs ad alfonsum euntes repente aggressus leui certamine fudit. riccium ac
iosiam preceps fuga saluauit. Reimundus interceptus est. qui cū esset anthonij candole patruus illū scd̃o
ab alfonso alienauit. Venit ⁊ iohannes cardnalis tharentinus in regnum aduersus franciscum aquinanū
eugenij copias ducens. Sed occurrens alfonsus retro eū repulit. Exinde rupem vilhelmam in alto monte
sitam castellis circa occupatis fame coactam obtinuit. ⁊ paulopost capreas oppidū in insula eiusdē nomi
nis sitam tyberij quondam cesaris siue delitias siue latebras. nec moratus castra ad neapolim posuit. siml'
qꝫ puteolos obsedit. qui aliqꝫdiu fortiter resistentes. tandem rei frumentarie defectione regi portas aperu
erunt. Turris quoqꝫ quā vocant occanij recepta est. vrgebant interea rei frumentarie inopia neapolitani.
nec spem aliam habebant ꝙ vel genuenses mari vel franciscum Sforciani cū anthonio candola auxiliū ter
restri itinere allaturos esse. Auellus interea faber quidam cementarius quē fames neapolim exire cōpule-
rat. ad alfonsum ꝓfectus. si premium adsit vrbem paruo militum periculo capi posse demonstrat. deligūt
viri fortes ducenti qui cum auello eiusdem fratre ꝑ ostensum aqueductum nocte vrbem ingressi menia oc-
cupent. rex cū exercitu paratus signū expectat. illi in domum quandā ꝑueniunt in qua vnica erat anus ⁊ a
dulta cum ea virgo. mater cū exclamare cepisset celeriter oppressa vocem emittere inhibita est. filia sua spō
te conticuit ⁊ iam sol exortus erat. nec amplius ꝙ viri quadraginta ex omni numero puteum euaserant. q̃
nunciare ingressum regi debuerant. siue negligentia siue aliam ob causam nihil regi significauerunt. existi
mauit alfonsus aut cesos esse qui missi fuerant aut metu exilire non ausos. ꝓfectusqꝫ ꝓpius vrbem ab ea ꝑ-
te que occupanda erat inuadit. Rhenatus cū ea manu quā ad subditos casus parauerat citato equo ad mu
ros contendit hostesqꝫ procul amouit. ingens vō pauor ⁊ ꝯsternatio eos cepit qui e puteo euaserant. nec re
gredi in puteū ne armoꝝ strepitu ꝓderent. nec erumpere ꝓpter paucitatem audebant. Alfonsus vt vidit ni
hil a suis intus misceri desperatis rebus in castra redijt. Rhenatus tanqꝫ periculū depulisset relictis custo-
dibus ⁊ ipe in regiam concessit. nec mora nuncius ad alfonsum currens multos e puteo prodisse atqꝫ in do
mo tacitos ob metū latere nunciat. Iterum igit' ad menia succurrit instaurat qꝫ preliū vt erumpendi anim⁹
latentibus acuat. Interea filius eius quē nominauimus anicole a statione sua domū veniens pulsatis fo
ribus aperiri sibi expetit. mater ⁊ qui intus erant examinati quid agant nesciunt. vincit tandē ea sententia
vt reseratis paululū foribus manus ei injciant eūqꝫ ꝯprehensum tacere iubeant. ꝗ ille repente vt armatos
vidit trepidus refugit. hostesqꝫ intra vrbem esse vociferat. ad rhenatū subito peruolat. queque viderit refert
at qui intus erant vno agmine raptim e domo ꝓsiliunt primoqꝫ impetu menia ꝓpinqua vno tantū vigile
ibi reperto turrimqꝫ occupant. Rhenatus eo nuncio ac tumultu excitatus ad menia celeriter reuersus im-
petum in hostes facit. alfonsus quo suis animos addat scalas admoueri impat. sed oppidani eā muri ꝑtē
facile tuebant'. ⁊ qui ꝑ scalas in captam turrim euaderent grauiū saxorū deiectu obsistebant. dum pugnat'
acriter obequitans menia alfonsus locū quendam neglectum esse aīaduertit. eoqꝫ celeriter scalas admoue-
ri iubens murum obtinuit. iam qui turrim occuparant partim grauiter sauciati pugnā remiserant. partim
precipites e muro se dederant. Eratqꝫ rhenatus eā turrim recepturus nisi a tergo subito cū ingenti clamo
re hostes iniecti terrorem intulissent. auxit ⁊ trepidationem oppidanoꝝ vnus ex alfonsi militibus qui per
menia vrbem ingressus conscenso equo quē vacuū forte inuenit in hostem inuectus oppinionem ꝓbuit ꝓ-
xime porte capte atqꝫ infracte. Nō tamen rhenato defuit animus ꝗ cohortatus qui aderant in hostes forti-
ter irruens eoꝝ impetum paululum repressit. mox vō crescente hostiū numero suos exterritos aīaduertit
sensim referre pedem capit atqꝫ ꝑ diui ianuarij portam hostiū compluribus in arcē regiam cū paucis se re
cepit. tum ⁊ a fori boarij porta ⁊ ab alijs diuersis muri partibus irruptio facta atqꝫ ad ꝓdas discursū ē. a
cedibus tamen tꝑatum. Mox vō ingresso rege ⁊ prede quoqꝫ finis factus. Insignis huius anni memoria
expugnatione tante vrbis que eo modo capta est quo annis antea mille ꝑ belisarium e gothorū manibus
erepta fuerat. xl. ⁊. cccc. supra millesimū ab ortu saluatoris xp̄i. Is annus erat ab initio cepti belli vnus et
vigesimus. Postridie due ingentes onerarie naues a genuensibus misse cum frumento applicuerunt. que
cognita vrbis captura sub arcem concesserunt. rhenatumqꝫ omni spe recuperande vrbis abiecta inde ad-


duxerunt. Tres adhuc arces in fide rhenati ꝑseuerabant. capuana. mōtana. regia. sed capuana pactis pau-
coꝝ dierum inducijs ante rhenati abitum sese dedit. Regia aliq̄ꝫto postea ⁊ montana tardius recepte sunt.
Rhenatus ad eugeniū florentie morantem sese contulit. Exinde in galliā vlteriorem abijt. Alfonsus muni-
ta neapoli aduersus anthoniū candolam ducens ad carpenonū castra posuit. vbi cū facta pugnandi ab an-
thonio copia ineundum certamen reguli dicerent nisi princeps adesset. ego inquit alfonsus qui militi ani-
mum addere consueui. iam ꝑsentia mea terrorē adhibebo. absit a nostro sanguine ea vecordia. moxq; gale-
am induit signumq; pugne dedit. certatum est aliq̄ꝫdiu nutante victoria. Postremo fuso hostili exercitu an-
thonius ipse captus est. cui erroris veniā postulanti non modo ignouit alfonsus verū etiā oppida q̄ a patre
accepta hereditario iure possidebat reliquit ceteris captiuis ꝓhumaniter habit. nec quicq; ex anthonij sup-
pellectile que ingens erat preter cristallinum calicem cepit. Post hec Pelignos Marsosq; subegit. Man-
fredoniam ⁊ subinde arcem in potestatem recepit. omnesq; belli reliquias in apulia extinxit. ac pacato vbi-
q; regno neapolim rediens in triumphantis morem exultante populo magnificentissimis apparatibus in-
gressus est vrbem. Post hec de pace in alfonsum ⁊ eugeniū actū ludouicus cardinalis aquilegiensis ⁊ sua
virtute ⁊ pontificis auctoritate potens. idcirco ad regem missus eam confecit. Leges pacis in hunc modū
dicte. Eugenius pontifex alfonsum regem neapolitanū decernat appelletq;. Ferdinando regis filio cui rex
post mortem regnū destinauerat potestatem succedendi faciat. Terracinamq; regno adijciat. Alfonsus con-
tra eugenij auctoritati se subijciat atq; opituletur ad agrū picenū quē Sforcias occupauerat vendicandum.
Si qn̄ pontifex aduersus turchos aut afros bellum suscipiat rex cum classe adiuuet. Sacerdotes regnoꝝ
suoꝝ sub concilij ꝑtextu basileam ꝓfectos reuocet. nec patiatur tres ex suis qui cardinales sub amedeo sub-
audiensi creati fuerant reuertentes ꝓ cardinalibus suscipi haberiue. matricem ciuitatem ducalem atq; acu-
mulum in marsis oppida romane ecclesie tradat. Traiecit deinde in picenū alfonsus ⁊ que supra relata sūt
felici cursu ꝑrexit. Exinde domum rediēs cū genuensibus duce raphaele adurno ea lege pacem fecit vt bel-
lo ablato nemini petendi ius esset nec regis hostes genuensis populus nec rex genuensiū recipet illos. nec
comeatu adiuuaret. Genuenses regi quotannis dū viueret honoris gratia pateram auream dono darent.
ac neapolim mitterent. Post hec anthonius paterna stirpe centilia ꝑ matrem vintimilius. qui multa in a-
pulis egregia facinora alfonsi gracia affecisset ad fontē populi nō ꝓcul a theano quo iussi erant regni prin-
cipes cōuenire cū equitibus tricentis ꝓfectus tanq; vnus ex purpuratis auctoritate maioꝝ interficere cō-
stituisset. apud regem accusatus clā fugiens catāganū ditioni sue oppidū repetijt. extinctasq; regni lites ex-
citare conatus nō solū vicinos proceres ꝫ venetos ⁊ alios italie potentatus vt in regē arma susciperent ⁊ lit-
teris ⁊ nuncijs inuitauit. ꝫ frustra illi cuncta successere. nā cum copijs rex aduersus eū profectus ⁊ crotanā
vrbem ⁊ omnē ei reliquū agrū ademit ipmq; in catātiano reclusum ad deditionem nulla conditione interue-
niente compulit. Johānem do nuceū qm̄ ꝯtumatie anthonij suasor fuerat oppidis omnibus exutū regno
excedere iussit. Secuta est paulopost ꝓfectio regis in tusciam. de qua suo loco relatū est. vnde reuersus non
multo tempore interiecto Fridericū impatorem ⁊ leonorā impatricem ex sorore sua neptem ad se venientes
tanto honore excepit q̄ꝫtū referre vix oratori maximo facundia suppetat. donatosq; magnifice ambos a se
remisit. Exinde q̄ꝫuis pacem vt ꝑdictū est florentinis petentibus dedisset. cū tn̄ capta mediolanensi vrbe a
francisco Sfortia leonelli marchionis esten̄. interuentu cū venetis positis inimicicijs fedus inisset alterum
tamē in tuscia bellū gessit misso in eam expeditionē Ferdinādo filio. de quo satis inter res ethruscas cōme-
moratū est. Soluta est ⁊ pax cū genuensibus capta naue que de chyo insula genuam petebat vt postea refe-
remus. Ob quā rem cōmota republica genuen̄. Johannes philippus flisca gente ꝓgnatus cū quatuorde-
cim altissimis nauibus in portū vsq; neapolitanū adnauigauit. ibi vt regis triremes onerariasq; naues in-
cenderet. ꝫ repulsus tormentis eneis inglorius abijt. nec multis post diebus classis regia ad montē cyrceū
sex genuensiū naues insecuta cū homines effugissent demersit diuiti preda in eis recepta. Quibus ex rebus
q̄ꝫq; de pace tota ferme ytalia conuenisset inter genuenses tamē ⁊ regē concordia fieri non potuit. Sed cū
genuenses exules ad regis opes confugissent classis ei concessa est que ligusticū vexans litus. etiā vrbem
ipsam vt relatum est oppugnare nō dubitauit ⁊ nunc maioribus viribus idem bellum repetitur. Fuit autem
alfonsus cū Fridericus imperator ad eū venit annis circiter octo ⁊ q̄nquaginta natus. corpore gracili vul-
tu pallido. ꝫ aspectu leto. naso aquilino ⁊ illustribꝰ occulis. crine nigro ⁊ iam albicanti ad aures vsq; pro-
tenso. statura mediocri. cibi potusq; temperans. nec vino vsus nisi aqua multa ꝑdomito. litteris ꝑ omnem
etatem operam dedit. Grāmatice apprime peritus q̄ꝫuis latine ꝑraro loqueretur. historias omnes coluit.
nec poetas aut oratores ignorauit. dyaleticos nodos facile soluit. nihil ei abditū in philosophia. archana
theologie ꝑscrutās. omnia de ꝑscientia dei. de libero hoīs arbitrio. de incarnatione verbi. de sacramento al-
taris. de trinitate. de difficilimis questōnibus ꝑcontāti ⁊ ꝑsto ⁊ sapienter occurrit. in responsionibus dan-
dis q̄ꝫuis breuis ⁊ circūfusus. nunq; tamē diminutus. Sermone blandus tersusq;. Summa ei cura ne q̄s-
piam ab se abiret. ingratas petitiones differre maluit q̄ꝫ negare. Fauit religioni. rem diuinam diligēter cu-
rauit. Sacerdotalia indumenta ⁊ altaris ornamenta ea parauit quibus ꝯpari alia nulla queant. Sacram
ac domesticam suppellectilem auream ⁊ argenteā admirabilē ⁊ incredibicē composuit. margaritas vnio-
nes. adamantes ceterosq; lapides ꝑciosos toto orbe quesitos coemit. sacelli in quo sacris interfuit ⁊ aula-
rum quas incoluit parietes diuitibus atq; aureis pannis ornauit. Vestiuit seipm nitide magis q̄ꝫ ꝑciose.
serico raro vsus aut ostreo. paludamento. venationi magnā vite sue partē consecrauit. In bello seuerus ⁊
asper. in pace clemens ac mansuetus. pepcit facile his qui contra se arma tulerant. humanū sanguinem in-
uitus fudit. scelera tn̄ odit. nec impune subditos delinquere passus est. Regnū quod multis antea seculis
spelunca latronum fuerat adeo pacatum securumq; reddidit vt quacunq; iter habeas nullus ꝑdonū metꝰ


adsit. Legatis omnibus ad se venientibus sumptus oppipare prebuit. Apostolicis qui cardinales essent obuiam extra vrbem profectus quasi patres honorauit. naues insolite magnitudinis fecit. ⁊ quas qui ꝓ-
cul inspiciat sublimes esse arces ꝑ mare vadentes arbitref. Edificauit plurib⁹ in locis. ſ in neapoli supra-
ꝙ dici possit splendide ac magnifice arcē regiam cui nouo castro fuit nomen a fundamentis eiectā iterū ere-
xit. tum opere mirabilē. inexpugnabilemqꝫ tum sumptu magnificentissimā. turribus orbiculari forma ex
lapide quadrato. mirifica structura atqꝫ artificio muriqꝫ crassitudine inaudita ⁊ ingenti arcu triumphali ex
marmore candidissimo excitat. Reformauit ⁊ arcem sancti saluatoris in mari exono nuncupatū. cuius in-
expugnabilis situs ad vsum magnificentissime regie redactus est. Ampliauit ⁊ vrbis portum obiecta ī ꝓ
fundo maris altissima mole. crassissimo muro. turribus munita. salubritatē vrbi exiccatis paludib⁹ dedit.
Magnus ꝓfecto princeps ⁊ in vtranqꝫ fortune partem ꝓbatus. qui inter cetera sibi aduersancia etiam ter-
remotum anno ab hinc scdo passus est. toto ferme regno qualē nec nostra nec patrū nostroꝝ memoria visuꝫ
auditumue ferunt. nā ⁊ multa regni oppida funditus corruere. inter que arrianū ita absorptū est tanqꝫ scis-
mate perijsset. Cara ciuitas absqꝫ insigni ruina supfuit. circiter. xxx. milia hominuꝫ inter cadentia tecta pe-
risse ferūt. neapolitanoꝝ nobiliores edes discisse disiecteqꝫ sūt. nec tēplū ī ea vrbe lesionē nō sensit. ſ hodie
iam ciuitas ferme refecta est ⁊ ciuiū diligentia ⁊ regis liberalitate. Ceterū clarissimi regis qui seculum no-
strū veluti sidus qddā ꝑfulgidum illustrauit. haud ab re fuerit ꝙ breuissime velut in epilogo ꝑclara facino-
ra ꝑcurrere ꝙuis temporis a nobis recepti pleraqꝫ modū excedant. ex quibus illustriora huiuscemodi sūt.
Adolescens mortuo ferdinando patre aragoniā ⁊ que ab illo in hispania regna suscepit cū aliqꝫdiu sapiē-
ter administrasset adoptatus in filium a iohanna neapolitanoꝝ regina dissuadentibus amicis expeditio-
nem in ytaliam suscepit regine opem tulit. Ludouicū ducē andegauensem. qui regnū sibi hereditario iure
debitū affirmabat. pluribus prelijs afflictū expulit. reginā que malo vso consilio ab se defecerat nō tam pu-
niuit ꝙ cohercuit. Rhenatū alterū regni emulū armis victū cedere compulit. Johannem vitelliscū alexan-
drie patriarcham magnis copijs insultantem regno fugauit. Caietā bis cepit. semel acri pugna deuictam
et iterū ciuitatis parte vocante cum defecisset neapolim ꝙuis rhenatus ⁊ magnus inesset popul⁹ expūgna-
uit. Johannē fratrem nauarre regē in hispania laborantē armis adiuuit. Massiliā insignem ꝓuicie ciuita-
tem noctu adorsus obtinuit ac diripuit. ad insulam gerbim quā veteres lothophagiten appellauerunt a cō-
tinenti affrice quatuor milia passuum distantem obsidione amouit. Hosoriū prouincie regem cū copijs ad-
uentantem in ꝓximo littore victum ex minoribus castris ad maiora fugere compulit. Nec diu p⁹ ex eisdē
barbaris tributa suscepit. Ab eugenio pontifice maximo. qui sibi de regno contrarius esset. quas tandem
voluit leges pacis accepit. Franciscum Sfortiam ex agro piceno armis deturbauit. ⁊ in albania ⁊ in orien-
te ꝑ suos duces turchis infestus non parua eis damna intulit. His florentinos ob res gallicas armis affli-
xit. His eis pacem petentibus dedit. Sed maius omnibus est ⁊ admiratione stuporeqꝫ digni⁹ quod pre-
lio nauali a genuensibus vt ante diximus supatus ⁊ in philippi mediolanensium ducis captiuitatem ad-
ductus mox liberatus potentissimo regno positus est ⁊ a victoribus victor tributum accepit. ⁊ adeo erga
phillippum gratus inuentus vt ab illo suꝑma voluntate heres sit nuncupatus. Uera gothoꝝ soboles ex
quibus deriuatum esse regiū hispanie sanguinem vnde alfonsi origo est haud quaqꝫ ambigunt. Illis ⁊ pre-
lio vincere ⁊ regna sibi subijcere propriū fuit. quoꝝ vestigia ferdinandus imitatus haud dissimilem filiuꝫ
genuit. qndo ⁊ ipē aragoniā Cathaloniam Ualentiam Siciliam. Alfonsus vero eam ytalie partem. que
olim magna grecia dicta est pugnando. instando. vicendo sibi subiecit. ⁊ magister ytalice pacis fact⁹ hispa-
nicarum quoqꝫ rerum moderator et arbiter esse videtur.


1497 a later Augsburg ed.

This 1493 ed. is no. 14508 in Hain.









De Sarmacia regione Europe



De regno polonie et eius initio



Quoniam de Boleslao (qui tercius Sarmacie rex extitit) paulo post mētio fiet. quare ꝛ de terra sarma
cie. et quo pacto illa regium sceptrum meruerit breuiter absoluere proposui. Est igitur Sarmatia
nimis ampla ꝛ vasta regio ꝫ inculta ꝛ in solitudīe posita. ꝛ sub rigidissimo ethere iacet. Hec ex ortu mosthos
et thanaim fluuiū habet. A meridie dacos ꝛ pannonias. Ab occidente bohemos. morauos schlesitas ꝛ theu
tones. A septentrione mare germanicum ꝛ sinū codanū. Id vero quod regni nomen tantū partit̄ poloni
am vocant. hec duo nomīa sortit̄. Nam ea pars terre vbi Cracouia situata est minorem Poloniam vocant.
At vbi Posnania ꝛ Gnesna surgit maiorem nuncupant. A Craco aūt primo duce vsqꝫ ad etatē primi boles
lai nō nisi duces illic imperitabant. Temporibus aūt primi ottonis cesaris boleslaus clarissimus dux fuerat
Non is de quo in vita diui Stanislai dicemus. nā ille nepos eius fuit. qui ex monacho hui⁹ Boleslai filio
natus fuerat. Iste igit̄ Bolesla⁹ regē francie ꝛ germanas gentes victrici manu infestabat. Tandē ob Otto
nis cesaris p̄ces tali bello finē dedit ac fedus cū germanis ꝛ gallis ꝯtraxit. Otto aūt cesar videns tanti prin
cipis animi magnitudinē. quā toti germanie ꝛ sarmacie notā fecerat se cū Boleslao duce in sarmaciā ꝯtulit

vt ⁊ imperium ⁊ potestatē eius planius perspiceret. Que illustris dux summis honoribus in posnā suscepit
Nā tribus ante vrbem milibus passuū aut longius sericas lanas muriceasqꝫ vestes auro argentoqꝫ decora-
tas ꝑ viā qua cesar iturus fuerat prosterni iussit. Et post ingressionē cesaris in vrbē posnam cuicūqꝫ licitum
fuerat illa deferre ⁊ deportare. Illic magnificis splendidissimisqꝫ ꝯuiuijs ac theatris ceterisqꝫ cerimonijs cesa
rem venerabatur vt nulla quā aurea illic forent suppellectilia. que post quoslibet cibos in puteos quoꝝ fun-
di nemo certus fuerat deici ac deperdi iubebat. Multas alias pompas ac munificencias cesari ottoni instau
rabat. que satis ample vetusta sarmatica historia enarrat. Iamqꝫ videns cesar tanti principis liberalitatē ⁊
mentis sublimitatē. diuiciarūqꝫ abundantiā nō abre animo duxit tantū clarissimū ducē corona regia dignuꝫ
fore. eū itaqꝫ regali sceptro ac dyademate exornauit. ac ceteris dignitatibus sedē regiā requirentibꝯ celebra-
uit. Ne aūt Boleslaus iā illustris rex tanti erga cesarem beneficij ingratus videretur brachiū diui adalberti
antistitis. quē pruteni nefanda morte trucidarunt ꝓ munere cesari obtulit. Iamqꝫ aucto regni imperio vsqꝫ
ad annos salutis nostre M.cccc. aut paulo antea rex polonie dū absqꝫ prole discessisset. Tandē dux qui litua
nis ac russie presidebat in regē electus fuit. ꝗ ydola antea coluit. Sed eo tempore quo illi regiū sceptrum de
ferebat ⁊ xpianam religionē cum omni terra cui preerat suscepit. Itaqꝫ lituanos ac russitas ad regnū sarma
cie sic adiunxit. vt non nisi absqꝫ certa ꝯditione dissolui possint. Is ergo illustrissimꝯ princeps prutenos ma
ritimas germanie gentes seuissimo bello subiugū duxit ac imperiū amplius extēdit. Ubi insignes vrbes ex
tant Dantiscum ⁊ thuronia. Est ⁊ clarissima arx Marieburgum. cui similis nemo mortalium vidisse fertur.
multis varijs structuris. menibus. turribꝯ ac fossis munita vt nulli inimicoꝝ tutus sit ad arcē accessus. Am
plius imperiū ante aliquot annos fuerat. infestante tamen tartarorum ⁊ turchoꝝ ꝑfidissima gente magnū to
ti sarmacie damnū illatū ē. Nam terra que post Russiam vadit quā gens podoliā vocat tota exusta ⁊ in soli-
tudine posita ē. vt ⁊ necessitatem peregrinantibꝯ ferre non possit ꝙuis fertilissima sit ita vt gramina in altitu
dine vnius celsi viri excrescant. ⁊ apibus ⁊ melle tota redolens vt nō satis illis locus sit vbi mella deferant.
sub arboribus nanqꝫ aut virgultis ⁊ siluis fauos sic educunt. Hercinium aūt celebratissimū nemus quo in to
ta europa nihil prestantius sarmaciā totā percurrit ⁊ circa Cracouiā saltus suos extendit. ꝑ quos iturus po-
test vnusquisqꝫ vsqꝫ in lituaniā ⁊ scithiā. tātis brachijs regionē illam totam diuagat feraꝝ maximas educēs
greges. In ea vero silue parte qua septentrionalior est bissontes fert que ferox ac immanis bellua est huma
num genus maxime odiens. ad vescendum quidē maxime conueniens. Formā aūt gerit citrini coloris. Frō-
tem latā ⁊ cornua fert. vt nec venationi satis aptū sit nisi maximis varijsqꝫ laboribus. Metallū vero nullum
ꝙ plumbū sarmacia fert nō alia ꝙ saturni causa. qui terrā rigido infestat frigore. Salis aūt maxima copia ē
qua cetere longinque gentes vtunt̃. quod maximū ꝓstat toti regioni emolimētū. qua nulla regi ipi maior in
toto regno gaza extat. Nā sub terra excidunt̃ ingētia salis saxa. Extra terrā aūt aliud sal ex aqua decoquitur
Est et sarmacia ferax ⁊ vberrima tellus omni genere fructuū ⁊ quicquid ad pascendū humanū corpus expe-
tit. Nunc addendū est clarissimā prolē illustrissimi principis Uladislai. de quo antea diximꝯ. Is tres (vt qui-
dam ferunt) vxores habuit. ex quibus duos susceperat filios. quoꝝ vnus natu maior Uladislaus vocabat̃.
alter casimirus. Uladislaus aūt post mortem patris regio insignitus fuerat imperio. itaqꝫ hungarie ⁊ bohe
mie ⁊ polonie regnis presidebat. vbi clarissima gesta militari manu faciebat. ac imperiū ⁊ xpianaꝫ religionē
ampliabat. Nam regi turchoꝝ tantū terraꝝ depopulatus fuerat vt ⁊ ante constantinopolim castrametaretur
vbi dū seuissima bella erga turchos gereret ac vtraqꝫ pars crudelissimo conflictu decertaret pānones versis
tergis fugā dabant ac regē cū paucis sarmacie copijs in tanta hostiū multitudine reliquerunt. Cassimirꝯ ve
ro dux lituanis ⁊ russie preerat. Inde dum casus regius genti notus fuerat Cassimirus per sarmatas in re-
gē declarat̃ ꝙ filiā ducis austrie sororē ladislai ꝙ regno bohemie ⁊ hūgarie ꝓsidebat in vxorē duxit. Ex ea sex
suscepit filios ⁊ qnqꝫ filias. Primogenitus vero Uladislaus vocat̃. Hic adhuc iuuenis existens in imperi-
um regni bohemie electus fuit mira quadā animi magnitudine ac optimis consilijs pollens. Ob quod duꝫ
Mathias rex hungarie discessisset ⁊ regnū pannonie adeptus est. Huic erat ꝓximus frater. cui Cassimirus
nomen paternū datū fuerat. qui summo ingenio ac prudentia claruit. tandem morbo inualescente perijt. At
huic successit illustrissimus princeps Iohānesalbertus iā futurum toti orbi spectaculū. Is plurima illustria
gesta militari bello aput Tartaros ac ceteras gentes edidit. Post patris autem obitū regno successit. vbi fa
uente illi ꝓspera fortuna regnū virtute sua ⁊ optimoꝝ doctissimorūqꝫ viroꝝ consilijs gubernat. Inclitꝯ ve-
ro dux Alexender quartus natus regius est. cui fortitudine ⁊ mentis sublimitate parem tota Sarmacia vix
tulit. Hunc ob eius constanciam Lituani post mortem patris in ducem susceperunt. qui ⁊ maximū toti Sar
macie decus esse existimatur. Post hunc sequit̃ Sigismundus celebris princeps. qui paterna sequit̃ vesti-
gia. Is multis egregijs gestis clareret si illi aliqͦd felix fatū aspiraret. Celeberrimꝯ aūt Fridericꝯ ꝑnceps vlti
mū natorū locū obtinuit. qui innata animi ingenua virtute relinquens vanos principum tumultus ⁊ inqui
etam vitā ad sedem tranquilliorem sese contulit. vnde episcopus Cracouiensis electus ad arcpiepiscopatuꝫ
Gnetznensem postea deuenit. Hij omnes quinqꝫ clarissimi principes hanc vsqꝫ in etatem magnifice ac cele
berrime vitam ducunt. Inter filias vero quinqꝫ. prima nupsit Georgio duci bauarie. Secūda Friderico mar
chioni brandeburgensi. Tercia duci pomeranie. At due relique innupte apud matrem vitam ducunt.

Sanctus Stanislaus episcopus



De sancto Stanislao episcopo Cracouiensi patrono Sarmacie

